P. Papinii Statii

Ecloga ultima.

Emendatiorem

edidit

Robertus Unger.

Accedunt

[illegible]

Novae Strelitiae.

Sumptibus G. Barnewitz.

MDCCCLXVIII.

P. Papinii Statii

Ecloga ultima.

Emendatiorem

edidit

Robertus Unger.

Accedunt
ejusdem de Statii locis controversis Conjectanea.

Novae Strelitiae.
Sumptibus G. Barnewitz.
MDCCCLXVIII.

Viro Illustrissimo

Carolo Seip ICto

Magno Duci Megalopolitano a consiliis aulicis

Domino Wrechensi

D. D.

LAETUS LIBENS MERITO

R. U.

P. PAPINII STATII

In Puerum Suum Epicedion.

Silv. V. 5.

Me miserum! (neque enim verbis solemnibus ultra
Incipiam nec Castaliae vocalibus undis
Infusus Phoeboque gravis) quae vestra, sorores,
Orgia, Pieriae, quas incestavimus aras?
Dicite: post poenam liceat commissa fateri.
Numquid inaccesso posui vestigia luco?
Num vetito de fonte bibi? quae culpa, quis error,
Quem luimus, tantus? marcentibus ecce lacertis
Viscera nostra tenens animamque avellitur infans
Non de stirpe equitum nec qui mea nomina ferret
Oraque: non fueram genitor; sed cernite fletus
Liventesque genas et credite planctibus, orbi:

Markl. v. 1. ulla. 2. Incipiam nunc, Castaliae. 3. Invisus. 8. Quem luimus tantis moeroribus? ecce. 9. 10. infans; Non de stirpe quidem, nec. 11. Orave. 12. genas, et credite planctibus, orbi, Orbus ego.

Var. Epicidion *Rehd.* in filium *vulg.* in puerum suum *Rehd. ed. Parm.* — 1. Te *Rehd.* ulla *omnes libri.* ultra *Barth.* 2. Incipiam nunc *vulg.* nec *codd.* ne Gevart. ceu Barth. — 3. Invisus *omnes.* — 8. tantis moeroribus *vulg.* morientibus *codd. Domit.* (*cf. Imhof. de Silv. Stat. Condic. Crit. p.* 8.) *Parm.* lacertis *Politian. om. Rehd.* lacessis *Parm.* lacessit *Vet. Lindenbr.* (*v. adnott. v.* 17). *Rom.* latescis. lacestis *codd. ap. Imhof. l. d. p.* 12. fatiscit *vel* facessit *Heins.* — 9. animaque *vulg.* animamque *vett. editt. ap. Heins. Claudian. Ruf. I.* 37. — 10. *Stirpe* quidem *omnes.* 12. palantibus *Rehd.* orbi *omnes.* orbum *Heins.* —

Orbus ego. Huc patres et aperto pectore matres
Conveniant. Myrrham loculis et germina ferte,
Si qua sub uberibus plenis ad funera natos
Ipsa gradu labente tulit madidumque cecidit
Pectus et ardentes restinxit lacte favillas;
Quisquis adhuc tenerae signatam flore juventae
Immersit cineri subolem primaque jacentis
Serpere crudeles vidit lanugine flammas,
Adsit et alterno mecum clamore fatiscat:
Vincetur lacrimis et te, Natura, pudebit.
Tanta mihi feritas, tanta est insania luctus.
Hoc quoque cum eluctor terdena luce parata
Acclinis tumulo, numeros in crimina verto
Discordesque modos et singultantia verba

Markl. v. 14. Conveniant, crinesque rogis et munera ferte. 18 sq. signatum flore j.ventaa Immersit cineri juvenem. 24. Hoc quoque cum in * * * tar dena luce peracta. 25. luctus in carmina.

Var. v. 14. cineresque (cineremque) oculis et carmina *codd.* ap. *Imhof. p.* 23. crinemque oculis et crimina *Rehd.* cineremque rogis *Heins.* crinesque rogis *Markl.* 17. restinxit *vulg. Salisb.* restrinxit *codd. Domit. Rehd. Parm.* favillas *vulg. Capilup. Paris. Vet. Lindenbr. Rom.* papillas *codd. Domit. Rehd. Parm.* 18. signatum *vulg.* ligatum *Capilup.* 19. cineri juvenem *omnes.* primamque *Parm.* — 20. crudelis *Rehd.* carpere crudelem *Wakefield.* vidit lanugine *vulg. Rehd. Parm.* prima lanugine *codd. Domit. Vet. Lindenbr.* malas *codd. et vett. editt.* flammas *Domit.* — 24. Hoc quoque cum in . . . . ter dena *codd. Parm. Venet.* in om. *Rehd.* cum meditor *Domit. vulg.* dum nitor *Gronov.* Huic quoque dum me do *Heins.* terdana luce parata *Rehd.* peracta *vulg.* — 25. acclivis *omnes.* acclinis *Lindenbr.* tumulo *vulg.* cui nni . . . narus in *Rehd.* luctus in *vulg.* luctusque *Heinsius ex antiquis libris repetiit Adv.* I. 2. carmina *omnes.* 26. discordesque modo. Singultantia orsa *codd. Domit.* Discordesque in . . . . singultantia verba *Rehd. Venet.* modos et singultantia varba *vulg.* —

Molior: orsa acuit rabies atque ira tacendi
Impatiens. Sed nec solitae mihi vertice laurus
Nec fronti vittatus honos: en taxea marcet
Silva comis hilaresque hederas plorata cupressus
Excludit ramis nec eburno pectine chordas
Pulso, sed inceptam digitis errantibus amens
Scindo chelyn. Juvat, heu, juvat illaetabile carmen
Fundere et incompte mersum laxare dolorem.
Si merui, sic me cantuque habituque nocentem
Aspiciant Superi: pudeat Thebasque novumque
Aeaciden: nil jam placidum manabit ab ore.
Ille ego, qui toties pandi matrumque patrumque
Funera, qui vivos potui mulcere dolores,
Ille ego lugentum mitis solator acerbis

Markl. v. 27. Mulior. orsa * * * est: atque ira. 31. Excludit: tenues. 32. sed incertum. 33. Tundo chelyn. juvat heu, juvat illaudabile carmen. 34. miserum nudare dolorem. 35. Sic merui: sic me cantuque habituque nefastum. 36. Superi. pudeat. 37. Aeacidem: nil jam placitum. 38. toties blandus. 39. Vulnera, qui veros.

Var. v. 27. Mollior *Parm. Venet.* orsa est atque ira *codd. Domit.* orsa . . . est: atque ira *Markl.* orsa dulor prohibet atque ira *Domit. vulg.* prohibent *Heins.* prohibet datque *Barth.* — 29. victatus *Rehd.* — 31. Excludi *Parm.* Excludit. tenues (tremulas) *Markl.* ignavo pollice *vulg.* nec eburno *Rehd, Salisb.* — 32. sed *suspectum Barthio.* incertam *omnes* (*Imhof. p.* 32). insertam *Barth.* incertum *Markl.* — 33. scindo *omnes.* tundo *Markl.* chelim *Rehd.* illaudabile *vulg.* in laudabile *Rehd.* inlaudabile *Queck.* — 34. incomile *Parm.* incomtu *susp. Markl.* miserum laudare *omnes.* lacerare *Barth.* cantare Scriver. satiare *vel* saturare *Heins.* stimulare *Cort.* nudare *Markl.* — 35. Sic merui *omnes.* nefastum *vulg.* nes . . . *Rehd.* — 37. Aeaciden *vulg.* Eaciden *Rehd.* Aeacidem *Markl. Duebn.* placidum *omnes.* placitum *Markl.* manabat *Rehd.* — 38. toties *vulg.* quotiens *Rehd.* blandus *vulg.* blando *Rehd. Parm.* — 39. Vulnera *omnes.* vivos *omnes.* veros *Markl.*

Auditus tumulis et descendentibus umbris
Deficio medicasque manus fomentaque quaero
Vulneribus, quæ summa, meis. Nunc tempus agi rem:
Quorum ego manantes oculos et saucia tersi
Pectora, reddite opem et seras exsolvite grates.
Jam mussant (nosco) ora domus: „Ego munera mortis
Increpito: heus, qui damna doles aliena, repone
Infelix lacrimas et tristia carmina: serva."
Vulnere at absumptae vires et copia fandi
Nulla mihi dignumque nihil mens fulmine tanto

Markl. v 43. Vulneribus (sed summa) meis. Nunc tempus, amici. 45. reddere opem saevasque exsolvere grates. 46. Nimirum tunc vestra domans ego vulnera, moestos. 47. Increpui: nunc damna dolens alterna, reposco. 48. et mitia carmina quaero. 49. Vernm erat: absumptae vires.

Var. v. 41. descendentibus *omnes.* pubescentibus *V. D. ap. Gronov. Diatr. p.* 587. — 43. Vulneribus, sed summa *vulg.* sed vana *Heins.* Vulneribusque summa *Rehd.* Vulneribus, quae summa *Weber.* amici *vulg.* amicam *Parm.* — 45. reddite — ex(s)olvite *omnes.* reddere — exsolvere *Heins.* opem saevas exolvite (exsolvite) *omnes.* saevasque *Heins.* gratis *Rehd.* — 46–48. Nimirum oum vestra domus; ego funera, moeatus Inorepito, tunc damna dolens aliena, repono *vulg.* cur vestra *Parm. Venet.* domans *Rom. Venet.* (*Gronov. l. d.* p. 588). funera questus *Rom.* oum nostra domus ego funera mestus *Rehd. et, ut dicere Queckius p. XXVII. videtur, Capilup.* Increpitans, qui damna *Rehd. Parm. Venet.* repone *Rehd. Venet.* servo *vulg.* serva *Rehd. Venet.* cum vestra domans ego funera, moestos lucrepito *Lindenbr. Gronov.* cur vestra domus ego funera moestae Increpito, qui (*vel*: domus eo funera moestae Increpitans) *Heins.* tunc vestra domans ego vulnera, moestos Increpui: nunc — dolens alterna, reposco — et initia carmina quaero *Markl.* nunc vestra domus ego funera moestna Increpitans nuno damna dolens — repono — et tristia carmina solvo *Queck.* — 49. Verum erat *omnes.* Verum hae jam *Barth.* Verum eat *Heins.* absumpte *Rehd.* — 50. men *Rehd.* (cf. Conject. XII). flumine *editt. ap. Lindenbr. p.* 479 et *Markl.* fulmine *Lindenbr. Scriver. ap. Markl. p.* 408. a. —

Repperit: inferior vox omnis et omnia sordent
Verba. Ignosce, puer: tu me caligine mersum
Obruis. Abjuro justum, si in funere carae
Conjugis invenit caneret quod tersius Orpheus.
Dulce sibi si busta Lini complexus Apollo.
Nunc acui nimius fortasse avidusque doloris
Dicor et in lacrimis justum excessisse pudorem.
Quis minuat gemitus lamentaque nostra rependens
More hominum? Felix nimium crudelis, et expers
Imperii, Fortuna, tui qui dicere legem
Fletibus aut fines audet censere dolendi,
Incitat, heu, planctus. Potius fugientia ripas
Flumina devincas rapidis aut ignibus obstes,
Quam miseros lugere vetes. Tantum ille severus,

Markl. v. 53. Obruis ah dira. viso sic vulnere carae. 54. quud Thracius Orpheus. 55. Dulce sibi; sic busta Lini. 56. Non lacuil. Nimius. 57. Dicar. 58. Quisnam aulem gemitus, lamenlaque nustra reprendil? 59. O nimium felix, nimium crudelis, el expers. 60. lui, qui. 61. censere dolendi! Incitat. 64. lamen ille.

Var. v. 51. reperit *Rehd.* nox *Rehd.* — 52. moestum *vulg.* meslum *Rehd. ut dicit Silligius,* moestum, *ut Queckius.* mersum *Heins.* mi caligine merso *V. D. ap. Gronov. Diatr. p.* 590. — 53. Obruis. a duro visu sic *vulg.* adjuro *vel* ah dura *Barth.* Obvius adfer opem *V. D. l. d.* Obruis arsurus *Dan. Heins.* haud dudum *Nic. Heins.* ah durus *Grut.* Obruis. haud, diro *Gronov.* (indigna, insolila, obscura) ah dira *Markl.* ah durum *Parm.* aduro juslo si vulnere lare *Rehd.* — 54. Thracius Orpheus *omnes.* — 55. Dulce sibi; sic busta *vulg.* si *Rehd.* — 56. Non tacuit *vulg.* lacui *Rehd.* conticuit *reliqui codd. Parm.* minus *Rehd.* — 57. Dicor *omnes.* Dicar *Markl.* — 58. Quisnam aulem *omnes.* reprendit *vulg.* repreudis *Venet.* rependis *Rehd.* — 59. O nimium felix *omnes.* — 62. plantus *Rehd.* polius *omnes.* cilius *Heins.* fugenlia *Rehd.* — 63. Fulmina demneus *Rehd.* Flumina devincas *vulg.* detineas *Heins.* ubsles *vulg.* obslet *Rehd.* (*v. adnot. v.* 58). — 64. lamen *omnes.* —

Quisquis is est, nostrae cognoscat viscera caussae.
Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Blanditias doctumque sui convicia Nili
Infantem linguae eximium salibusque protervum
Dilexi. Meus ille, meus: tellure jacentem
Aspexi ac vinctum genitali stamine fovi,
Poscentemque novas tremulis ululatibus auras
Inserui vitae: quid plus tribuere parentes?
Quin alios ortus libertatemque sub ipsis
Uberibus tibi, parve, dedi, ceu munera nosses.
Ridebas ingratus adhuc. Properaverit ille,

Markl. v. 65. vulnera causae. 66. Pharia de pube. 67. Delicias, doclumve (poslea: doclumque). 68. lingua nimium. 69. lellure cadenlem. 70. Excepi, et vinclum genitali carmine fovi. 71. Pulsanlemque novas. 74. tibi, parve, dedi; lu munera noslra. 75. Ridebas, ignarus adhuc.

Var. v. 65. vulnera causae *omnes.* — 66. puppe *omnes.* pube *Heins.* 67. Delicias *vulg.* Aediluas *codd. Domit. Capilup.* (*ap. Imhof. l. d. p.* 42). *Vet. Lindenbr. Parm. Rom.* Ediluas *Rehd.* Ede luas *Venet.* doclumve *Cruc. Barth. Veenhus. Duebn.* doclumque *Rehd. Parm. Rom. Lindenb. Markl. Queck. cf. adnot. v.* 10. — 68. Infaslate *Parm.* linguaque simul *vulg.* (*Lindenbr. Cruc. Barth. Veenhus.*) lingua samium *cod. Petav.* simium *codd. Domit. Vet. Lindenbr. Parm.. Rom.* summum *Rhed. Venet.* Samium *Petav.* linguaque simul manibusque *Barth.* lingua simili *Gronov.* lingua eximie *Heins.* lingua nimium *Markl.* — 69. lellure cadenlem *omnes.* — 70. Excepi et vinctum genilali carmine fovi *vulg.* Aspexi atque unclum *cod. Petav. Parm. Rom.* aspexi ac vinclum *Rehd.* aspexi et unctum *Vet. Lindenbr.* — 71. Poscentemque *omnes.* Pulsanlemque *Markl.* — 72. Inserui *vulg.* inferni *Vet. Lindenbr. Parm.* — 73. ortus *vulg.* arlus *Capilup. Parm. Queck.* arclus *Vet. Lindenbr. Rom.* — 74. heu munera noslra *vulg.* heu (*ut Rehd.*) *vel* seu munera noslra *codd.* (*Imhof. l. d. p.* 32). tu munera *Markl.* — 75. Ridebas *vulg.* Rideres *Rehd.* ignarus *vulg.* ingralus *Rehd. Senens. Parm. Venet. Rom.* properaverat *vulg.* properaveril *Rehd. Parm.* —

Sed merito properabat, amor, ne perderet omen,
Libertas, jam Parca tuum. Nonne horridus aestu
Invidiae superos injustaque Tartara pulsem?
Nonne fremam? Te, care puer, quo sospite natos
Concupii? Primo genium qui protinus ortu
Implicuit fixitque mihi, cui verba sonosque
Monstravi questusque et murmura caeca resolvens,
Reptantique solo demissus ad oscula dextram
Porrexi pandique sinus jamjamque natantes

Markl. v. 76. ne perderet ullum. 77. Libertas tam parva diem. Nonne horridus ipsos. 79. Nonne gemam te, care puer? 80. Non cupii: primo gremium cui prutenus. 81. Adplicui, fixique meum. 83. Reptantemque — dextra. 84. Erexi, blandique sinus, jamjamque natantes.

Var. v. 76. perderet ullum *vulg.* umnem *Vet. Lindenbr* perderet . . . *Rehd.* 77. Libertas tam parva diem. Nonne horridus ipsos *vulg.* hurridus . . . *Rehd.* — 78. Invidia *omnes.* — 79. Nonne gemam te care puer? *omnes.* — 80. 81. non cupii *Domit. vulg.* Concupii *codd. Domit. Rehd. Capilup. Parm.* primu gemitum qui protinus ortu Implicuit fixitque mihi *vulg.* genitum *codd. omnes, ut dicit Imhofius p.* 32, gemitum *Rehd. Capilup., ut Silligius et Queckius.* Implicuit *Rehd.* (*Sillig. p.* XXXIII. Inplicuit *Queck. p.* XXVII.) inplevit *Capilup.* genitum — Implicui fixique *Barth.* gremium — Implicuit *Heins.* gremium cui — Adplicui fixique meum *Markl.* — 82. Monstravi (questusque et vulnera caeca resolvam) *vulg.* „questusque *def.* vulnera *Rehd.*“ *Sillig.* (questus . . . *Queck.*) questu quu *Barth.* Monstravi, questusne et vulnera *Queck.* murmura *Heins.* resolvens *Markl.* questuque in murmura caeca solutum *vel* suetumque in murmura — resolvi *vel* questusque — cientem *Heins.* — 83. Reptantemque — dextra *omnes.* oscula nostra *Venet.* — 84. Erexi, blandoque sinu, jamjamque natentes *vulg.* blandoque sinu jam jamque *Rehd.* blandoque sinus *Parm. Venet. Rom.* blandoque situ *Barth.* blande suetus *idem postea.* blandusque fui *Reines.* blandusque sinu *Heins.* blandique sinus *Markl.* natantes *vulg.* jamque . . . *Rehd. Venet.* nitentes *Parm.* nitantes *Vet. Lindenbr. Rom. Domit.* —

Exceptare genas dulcesque accersere somnos,
Cui nomen vox prima meum Latiusque tenello
Usus et a nostro veniebant gaudia cultu,
. . . .

Markl. v. 85. *Excepisse genas, dulcesque accersere somnos. 86. ludusque tenello. 87. Risus, et e nostro veniebant gaudia vultu.

Var. 85. Exercere genas *vulg.* Excaepere *Rehd.* Excepere *Parm. Venet. Vet. Lindenbr.* Extergere *Lindenbr. Heins.* Excipere ore *Barth.* blande — Exercere *idem postea.* Excepisse *Markl.* dulcesque *omnes.* docilis *Barth.* accersere *vulg.* accercere *Rehd.* arescere *Venet.* — 86. ludusque *omnes.* sudusque *Barth.* ductusque *vel* multusque *Heins.* tenello *vulg.* tenebo *Rhed. Venet.* „tenendo *Capilup., ut in codice antiquo* M. S." *Imhof. l. d. p.* 42. — 87. Risus *omnes.* Jussus *Heins.* e nostro *vulg.* a nostro *Rehd.* vultu *omnes.* P. Papinii Statii Silurum. Liber. Quintus Et Ultimus Feliciter. Explit SIT DEO LAUS. P. T. C. S. E§. *Rehd.*

Adnotationes Criticae.

„Epicedion in filium. Ita vulgo editur inscriptio. Recte igitur conjeci puerum: cui addit Parmensis suum et ita edidi. Sic v. 52: ignosce, puer et 79: nonne gemām te, care puer et ita lib. II. 6: Consolatio ad Fl. Ursum de amissione pueri delicati.“ Haec Marklandus nimirum, ut assolet, omisso Heinsii nomine, qui in Claudian. Ruf. I. Praef. 4. p. 27 (quo loco usum videmus Marklandum v. 45. p. 407) et 37 p. 32 commemorat de „Epicedio in Vernam puerum.“ Idemque ab eo judicium, id quod omnes incompertum habent, factum est in Adv. III. 17 p. 549 his: „Epicedion in vernam puerum, quod male in filium inscribitur“ et IV. 4, p. 594: „Epicedion in vernam: ita enim inscribendum id poematium, non in filium.“ I. 2 p. 16: „Epicedio Vernae pueri.“ cf. in Ovid. Pont. IV. 11, 20 p. 884: „Epicedio Vernae.“ Adde adnot. v. 49. Neque aliter senserat Gronovius Diatr. p. 436. 523. 588: „Epicedion in puerum vernam.“ Et puerum quidem verum esse docet Rehdigeranus liber, quocum congruit Parmensis editio: Epicidion in puerum suum. Quem librum sequutus est Queckius.

V. 1—3.

„Me miserum! (neque enim verbis sollemnibus ulla Incipiam nunc, Castaliae vocalibus undis Invisus Phoeboque gravis). Ita scribendum monuerunt nos eruditissimi viri P. Scriverius et J. Isaacius Pontanus. Observandum autem artificium Papinii, quod in gravissimo luctu suspendit versum illo Incipiam nunc, quasi singultu interstinguat. Barthius pro ulla rescribit ultra. Sed non ejurat omnem bonam copiam poëta; verum se hoc tempore quicquam solennibus verbis hilarique cantu orsurum negat. Retinendum igitur ulla.“ Haec quidem argumentatus est Gronovius

subscripsitque Marklandus his: „Verissimum hoc et similis ars est II. 6, 12. In his affectibus exprimendis nemini poëtarum, ut mihi videtur, cedit Statius. Barthius — refellitur a voce nunc" nec contra dixit aut Duebnerus aut Queckius. Aliud judicium fuit Gevartii: „Numquam capies locum, nisi detrahas litterulam, quae a sequenti voce adhaesit et pro nec legas ne.. Veretur, ne Phoebo gravis et molestus sit, si sollemnibus verbis illum invocet." Quocum sic discrepat Barthius, ut statuat nihil hoc esse convenientius: „ecu Castaliae — invisus" (Advers. XIII. 10 p. 728 et Animadvv. p. 500).

Verumenimvero neutra sententia ne tantulum quidem habet, quod probari queat. Videlicet omnes parum perspexerunt, quid tandem in hoc loco vacillaret. Quos primum hanc verborum seriem intuentes: „nec Castaliae vocalibus undis Invisus Phoeboque gravis" quum advertisset illa quasi conspiratio vocum invisus et gravis, quam agnoscimus in Senecae loco Suas. VI. p. 30, 21: „si cui ex triumviris non es invisus, gravis es" (cf. Theb. III. 367: „divis Invisus vitaeque nocens." Sen. Hipp. 194: coeloque pariter et terrae gravis." Cort. Lucan. VIII. 157 p. 295), ipsa ea res praeteriit, quae major esset et ad cognoscendam et interpretandam scriptoris voluntatem illustrior. Praeclare enim sibi respondent, quae omnes libri tuentur: nec (Castaliae) — (Phoebo) que (ut apud Ovidium Met. II. 811: „Quae neque dant flammas lenique tepore cremantur." Germanic. Arat. Phaen. 132: „Aerea sed postquam proles terris data, nec jam Semina virtutis vitiis demersa resistunt Ferrique invento mens est laetata metallo." Cort. Lucan. I. 479 p. 130. Hand. Tursell. IV. p. 136 sq.). Quo certissimo indicio patefit ac convincitur id erroris genus, quo verba vidi et fudi (quibus multa adjiciemus similia Conject. XVI. et Emendd. Prop. cap. VII. 4 not. 58) inter se permutata esse ut apud Senecam Med. 135 et Germanicum Arat. Phaen. 35. Heinsius Adv. III. 14. p. 507. Ruhnkenius Vellej. II. 111. p. 192.

Schraderus Obss. I. 5. p. 56 docuerunt, ita hic nos affirmamus:

nec Castaliae vocalibus undis
Infusus Phoeboque gravis.

Insolentius hoc dictum plerique mirabuntur; recte dici nemo negabit, qui resciverit inveniri apud Ovidium lumina oleo infusa, apud Columellam olivas, napos aceto infundere (Lennep. Ovid. Her. XXI. 159 p. 311), apud Palladium VI. 1, 2 foena pluviis infusa. II. 4, 3 „mediocriter infusus ager," quocum illa Chrysologi Homil. 42: imber infundit terram et Marcellini: fortunis complurium sese infundit comparavit Munckerus Fulgent. I. p. 607 not. 11, apud Vegetium V. 15, 5 infundi oleo et Coelium Aurelianum Acut. II. 37 panis infusus, aceto infusus id est, ut ait Barthius Adv. XXXVII. 6 p. 1683, perfusus et velut maceratus humore, tum apud Macrobium, quem solum norunt ejus usus testem Broukhusius Tibull. I. 2, 3 p. 33 Heinsiusque et Burmannus Ovid. l. d. p. 314, Saturn. VII. 3, 4: laetitia hominem infundere. ibid. et 5, 114: „infusus vino fit similis insano," denique, ne afferam Lactantium Stat. Theb. XII. 312: „infuso lumine) lacrimis pleno," apud Corippum ipsius potissimum, ut arbitror (Conject. XI), Statii exemplum sequutum Jo. III. 113: nigris infusa venenis Ora madent. IV. 285: lacrimis siccas infundit arenas. VI. 9: gelidis infundit corpora lymphis." cf. IV. 795: multusque infundit sanguis arenas." VII. 393: „siccasque infundit arenas." Ac ne quae dubitatio relinquatur, quum longe frequentissimum hoc sit: errorem animo, oculis caliginem offundere (Oud. Jul. Obseq. 124 p. 217 et Apul. Flor. I. 11 p. 7. Buenem. Lactant. Inst. II. 1, 13 p. 164. Arntz. Nazar. Paneg. Constantin. 11, 5 p. 568), non desunt, quibus contrarium placuerit, ut ipsi Statio Theb. V. 95: aciemque offusa trementi Sanguine (hoc enim et in optimo libro Barth. extat et in Frisingensi superscriptum· invenitur idemque, id quod

incompertum habet Queckius p. X, proposuit Heinsius Val. Flacc. IV. 482 p. 375 et Claudian. p. 962. a). Claudiano R. Pros. III. 177: „lacrimis offusa genas" (nam hoc potius vel suffuso sibi vult illud Vatic. sec.: lacrimas offusa, quam quod Heinsius sumpsit: lacrimis effusa cf. Burm. Virg. Aen. I. 228 p. 71. Inc. Pass. Dom. 52: „terramque — lacrimis suffunde"). Valerio Maximo II. 7, 6: oculos — tenebris offusos. Ciceroni Fin. III. 13: „obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae." Lactantio Inst. VII. 24, 7: „tenebrae, quibus offundetur atque obcaecabitur caelum." de Ira I. 5. Ergo is a Statio dicitur Castaliae undis infusus, qui a Sidonio Apoll. XXIII. 207 mersus aqua loquacis undae et IX. 281 potata madidus ab Hippocrene et Fulgentio I. p. 607: „Gorgonei fontis adspergine madidus."

Ex quibus ita expositis intelligitur illud: nec — ulla, quod quum omnes probaverint, nemo tamen recte et usitate dici idoneis confirmavit exemplis, loco movendum esse, recipiendum, quod Barthius l. d. solerter invenit: ultra, contrario instituto atque apud Serenum Sammonicum cap. 63 v. 1087: „Curaque nil prodest nec ducitur ultra cicatrix" jam melior librorum fides: ulla cicatrix" praevaluit; ac similiter apud Avienum D. O. — nam commemini — scribendo illa et ultra variatum est. Nam non modo tam frequenti usu, quam illud, quod primis verbis subjunctum videmus: neque enim (Burm. Anth. Lat. I. 89, 33 p. 72. Hand. Tursell. IV. p. 115), receptum fuisse scimus non ultra (ut Theb. VII. 31: „Nec sanguinis ultra Ius erit." IX. 75: „ultra Sospes ego?" 58. II. 117. 451; non ultra passus." Virg. Aen. X. 663: „Tum levis haud ultra latebras jam quaerit imago." Oud. Lucan. VIII. 64 p. 603. Arntz. Arator. I. 363 p. 96, sed etiam ad morem poëtae, qui „grandisonis versibus Musarum favores primis carminibus vel poscere vel celebrare solet, ut quemadmodum in Epicedio patris solitam Cirrham dixit, ita hic voce ultra consuetudinem solemnem suam indicare videatur"

(Barth. Adv. l. d.), bene appositum atque, id quod maxime attendendum est, ipsa ea ecloga, quae excludit Silvarum volumen, vel dignissimum esse intelligimus.

Sed ne quid praetermissum putes: „de Pieriis vocalem fontibus undam" idem Statius dixit Silv. I. 2, 6 (quem locum compararunt Gevartius et Barthius), alii λάλον ὕδωρ, loquacem undam, quos idem Barthius nominavit Silv. l. d. p. 44 sq. cf. Adv. XXVIII. 4 p. 1318 et Gronovius Diatr. p. 584. Adjicere licet et Theb. I. 492: „monitusque datos vocalibus antris." IV. 34: „nemoris regina sonori Calliope." Silv. V. 2, 209 vocales lucos et Plinium N. H. IV. 8, 15 Gelliumque I. 2, a quibus canoras aquas praedicari adnotavit Handius Tursell. I. p. 512 cf. Sannazar. Eleg. I. p. 681 Gher.: „Phoebi sacros cogor lustrare recessus Vocalemque undam." In qua autem sententia verba solemnia ponantur, dicit Burmannus Ovid. Met. X. 4 p. 685 add. Senec. Oed. 498: „solemne Phoebus carmen Edit infusis humero capillis." Agam. 349: „Tibi multifora tibia buxo Solemne canit" cf. Schwarz. Plin. Paneg. III. 5 p. 6.

Nihil jam attinet eorum errorem confutare, quibus vox nunc non modo recte, sed mirum quam apte et eleganter posita visa est. Videlicet non desunt, qui hunc quoque probent ordinem verborum: tu me caligine moestum Obruis ah dira v. 53 (ut Silv. III. 5, 57: „non sic Trachinia nidos Halcyone veros," de quo loco jam nostrum judicium secutus aliter statuit Imhofius de Silv. Condit. Crit. p. 33 cf. Sin. IV. 3 p. 112 sq.) negentque reprehensione carere poëtam, qui v. 79 maluerit scribere: „Nonne gemam te, care puer," quam: Nonne, puer, te, care, gemam?" Sed finis non foret, si hanc partem vellem dedita opera pertentare; nam Queckius quidem adeo et poëtae et sibi defuit, ut nec haec verba Theb. II. 492: „Apparet aut celsum crebris arietibus urbis" aut illa XI, 22: „Nec jam hostiles turmae aut ferrum mortale timetur" prodere desi-

neret et ipse hujusmodi versus faceret Silv. II. 6, 77: Torsit et invidia mortem amplexa jacenti. 2, 15: „Dat natura locum montique intervenit curvum.“ Cf. Conject. VII. XVIII.

Postremo ne quis discrepantiam codicis Rehdigerani: Te miserum“ scrupulosius miretur: et in ipsis carminum principiis quae a librariis vitiorum genera admissa fuerint alibi docuimus (cf. Prop. III. 11, 55 Te scelus. Pal. E scelus. Groning. Ete) et apud Ovidium invenimus Her. VI. 147: per me tutus sospesque fuisses“ in Putcan. te et Art. Am. II. 705: Sponte sua sine te in Franc. et Moret. me (add. Heins. Her. XIV. 117 p. 194 cf. XVII. 252 p. 259. XX. 76 p. 295. XXI. 52 p. 309), apud Claudianum Eutrop. II. 202: Me nimium timido, nimium junxere remisso Fata viro.“ Moret. pr. Te nimium, apud Martialem III. 20, 20: Canius tuus“ in Leidensi meus, cujusmodi exempla quae extant plurima, non magis nunc commemoro, quam illud te Hor. Carm. I. 1, 30, quod qui minutiore cura commendare videtur multis Wolfius Anal. I. p. 262 sq., vehementissime ipse, ut dicetur in Emend. Prop. VI. 2. not. 47, repudiavit ac confutavit.

V. 8. 9.

Nisi Statium censemus confuse ac perplexe loquutum esse, omnia in his tricarum plena putanda sunt, quas quidem ex parte sustulit Marklandi sagacitas. Qui vetustiorum exemplarium fide innisus assequutus est, quid in altero versu (9) sententia flagitaret; alterum versum ipsum vitiosissimum esse non magis perspexit, quam quisquam eorum, qui post illum has eclogas recognoverunt. Quid enim? illa: „quis error, Quem luimus tantis moeroribus?“ quo tandem pacto existimemus ferri posse? Quum enim moerores constet non poni nisi in designandis fletibus et planctibus (quorum mentionem suo loco fieri videmus v. 11. 12: cernite fletus Liventesque genas et credite planctibus),

absurdum est haec subjici: „ecce, lacertis Viscera nostra tenens — avellitur infans,“ quae videantur moerorum caussam continere, non ipsos moerores, consentaneum fuit hanc proferri sententiam: „qua culpa quove errore tantum fulmen merui (v. 20)? ecce avellitur infans.“ Jam vocabulum lacertis quam exile est et quam temere inter duas partes suspensum. Nam si lacertis Statii avelli infantem cum aliis tum Gronovio Duebneroque credis: quae satis idonea ratio erit tuendi dissolutam atque incongruentem orationem hancce: „lacertis nostris viscera nostra tenens avellitur infans“ (quam quidem et licuit et praestitit vel ad hunc statum redigi: „Visceribus nostris avellitur“ cf. Barth. Silv. III. 5, 30 p. 339. Duk. Flor. II. 6, 41 p. 318); sin ipsius infantis lacertos intelligis, quid tandem ponderis habet ea mentio hac una significatione illata: lacertis viscera nostra tenens, ne ejusmodi quidem vocabulo addito, quale legimus apud Hieronymum Epist. 1: „nunc tibi blandis haeret lacertis“ aut apud Silium IX. 144: „rigentis Invadit nati tremebundis colla lacertis?“ Non immerito igitur increpuerunt Barthius Adv. l. d. p. 728: „barda lectio; quomodo enim lacertis?“ et Heinsius Adv. IV. 4 p. 594: „quid est lacertis viscera tenere?“ Quid, quod olim nonnullis adeo futilis et levis ista lacertorum commemoratio visa est, ut aut anteferrent lacessis aut, id quod in Rehdigerano factum est, vacuum relinquere spatium mallent, quam sumere alterutrum? Quid multa? probabiliter nos argumentari indicio sunt librii ii, quos dicit Domitius p. 575. A. (cf. Imhof. de Silv. Stat. Condic. Crit. p. 8), et editio Parmensis, in quibus legitur non moeroribus, sed morientibus. Unde non difficilis veri suspicio est:

marcentibus ecce lacertis
Viscera nostra tenens.

Ac ne quid dubitationis relinquat nostra conjectura, comparetur praeter Tibullum I. 1, 60 et Ovid. Am. III.

9, 58: „Me tenuit moriens deficiente manu“ Thebaidis locus II. 630: „fratris moribunda levabat Membra solo Periphas — laeva marcentia colla Sustentans dextraque latus,“ quo loco nihil instructius est et ad confirmandum loquendi genus, cujus similitudo cernitur apud Columellam X. 428: „Brachia — marcentia vino“ et Marcianum Capellam VI. 704 p. 567: „marcentia terga reclinat, Magis quod lassa pulcrior“ (cf. Stat. Theb. IV. 667: Concussus visis, quamquam ore et pectore marcet. Sen. Agam. 789: jam recipit diem Marcente visu. Oed. 146: Cor marcet aegrum penitus. Avien. Arat. Phaen. 46: „ne longum marcentia corda jacerent“), et ad patefaciendam vitii originem; in codicibus enim inveniri morientia testis est Burmannus Anth. Lat. II. p. 669 (ille quidem immemor Politiani Epiced. Albierae p. 330: „Illius adspectu morientia lumina pascit“ et Ovidii Met. X. 194: „Sic vultus moriens jacet,“ ubi miror ab Heinsio non scriptum esse marcens) eodemque modo in Orientii versu: „Pendula quae moerent rugis deformibus ora.“ Heins. Claudian. Eutrop. I. 110 p. 279 marcent et in aliis locis erratum esse demonstrandi copia erit in Emendd. Prop. VIII. 3; nunc satis est primum Statio Theb. XII. 314: „suffusaque sanguine moeret Purpura“ (fortasse etiam Valerio Flacco II. 465: „Exanimum veluti — Moeret ebur,“ quamvis aliter statuat Heinsius I. 86 p. 9) reddere, quod in codicibus Monacensibus BC reperi: „marcet (cf. Adnot. v. 29. Theb. X. 98: marcent Germina.“ Auson. Cup. 8: flores. Avien. Arat. Phaen. 231. 844: „Queis face sub tenui tenebrosus marceat ignis.“ Progn. 207: „orbis — Marcescens tenui sensim caligine.“ 300: „radiis marcentibus ardor Langueat.“ 428: stellarum lumina marcent.“ 20: „Marcentis Lunae.“ 339: Phaen. 253. 515. 482. 535. 651), Marcian. Capell. IX. 914: marcentes faces, deinde Senecae locum Herc. Oet. 1063: „Moerentem feriens chelyn“ ad exemplum Claudiani R. Pros. II. Praef.

15: „Et resides levi medulatus pectine nervos" sic exigere: Marcentem — chelyn" (cf. Ennod. Carm. I. 4 p. 313. B.: „marcidam damnans otii pharetram." Sil. XV. 746: „marcentibus annis." Avien. Phaen. 46: „marcentia corda jacerent) ejusdemque fabulae versum 753: „victor vincitur, moeret, dolet (Heins. Adv. III. 2 p. 404 merito doles) hoc modo perpolire: marcet, dolet." Add. Conject. III.

Quibus ita deliberatis duo manifesta sunt et lacessis (Parm.) vel lacessit (Rom. Vet. Lindenbr. Barth. Adv. XIII. 10 p. 728), latescis. lacestis (codd. ap. Imhof. de Silv. Condic. Crit. p. 12) et quod Heinsius protulit Adv. l. d. p. 594: „fatiscit vel potius facessit," spernendum esse prae lacertis, quod a Politiani Epist. VI. 4 auctoritate repetit Marklandus, ipse Barthius mutata sententia suscepit Anim. p. 502, praeter eum Heinsius Claudian. Ruf. I. 37 p. 32, Gronovius, Duebnerus, Queckius, et contra Barthium atque Heinsium l. d. Statii verba sic interpretatum: „lacertis pariter et anima complexus mea viscera," quem sequutus est Imhofius l. d. p. 32, favendum esse Gronovio et qui Gronovium debita laude non impertivit, Marklando: „Heinsius, inquit, testatur editiones quasdam vetustas habere animamque [cf. v. 19 primaque. Parm. primamque. v. 83 dextram. codd. dextra. I. 2, 143 laetamque. Rehd. laetaque], II. 3, 29 laevumque. Rehd. levaque), quemadmodum ego conjeceram. Et unice verum est viscera animamque tenens propter conjunctionem que, quae ad proximum viscera, non ad remotius lacertis referendum est." Quocum egregie concinit similitudo exempli Silv. V. 1, 47: „te — Visceribus totis animoque amplexa fovebat," quo tamquam certo adminiculo usi contrariarum sententiarum auctores Heinsius ac Gronovius Marklandusque omiserunt tamen ex cura sua rem ut levem ita nec praetereundam et testimonio Rehdigerani libri jam firmam et stabilem; oportuerat enim redintegrari

animaque, quod cum more scriptorum omnium magis conveniret, quam illud animo, quod retinuit Queckius; indicio est vel Quintilianus Decl. I. 14 p. 33: „Tu blanda manu praetentare pectus, ubi assiduo visceris pulsu non quiescat anima“ et quos commemorant Heinsius Claudian. Epith. Pallad. 132 p. 535 et Ciofanus Ovid. Met. VIII. 406 p. 587. Itaque nihil morati ista singulas voces vel connectendi vel dissociandi artificia, quibus rem expedire sibi visi sunt Barthius et Heinsius: „lacertis Viscera nostra tenens, animaque avellitur,“ Gronovius Queckiusque: „Viscera nostra tenens animamque, avellitur,“ Duebnerus: „lacertis, Viscera nostra tenens animamque, avellitur“, hanc edicimus descriptionem:

marcentibus, ecce, lacertis
Viscera nostra tenens animamque avellitur infans.

Sequitur, ut proxime superiora reconcinnentur in eam sententiam, quam plerique hoc modo consueverunt efferre: quo tanto errore hoc merui, ut amores mei avellerentur?“ Atque hoc, quod quaerimus, lenissima correctione consequi videmur hac:

quis error,
Quem luimus, tantus?

Quae correctio confirmatur atque commendatur Senecae exemplo non omnino dissimili Herc. Oet. 1353: „Quis tantus est, qui vincat Alciden, dolus?“ Qui idem ab usitatiore loquendi genere versu 285: „Quis ignis tantus in coelum furit Ardentis Aetnae?“ non magis recessit, quam Statius Theb. VII. 780: quis tantus miseris honor? VIII. 670: quae tanta oblivia luctus? XI. 182: Quis tantus pro luce timor? II. 212. III. 607. Coripp. Jo. III. 34. Prop. I. 18, 9: Quid tantum merui? et quos Oudendorpio quidem Lucan. VII. 847 p. 593 parum cognitos attulerunt Cortius Lucan. l. d. p. 270. Burmannus Virg. Aen. V. 3 p. 598 et Lucan. I. 660 p. 70. Wopkensius Justin. XXIV. 3, 7 p. 218. Illud quidem liquet, quominus scribatur: Quis error, Quem luimus, tanti est“, obstare et

impedire ejus formulae usum, de quo existimatur ex Ovidii loco Met. II. 659: „Non fuerant artes tanti, quae numinis iram Contraxere mihi“ cf. 424 et iis, qui sunt penes Ciofanum et Heinsium Am. III. 505 p. 691. Dempsterum Claudian. Ruf. II. 249 p. 85 sq. Cortium Lucan. II. 62 p. 194 et VI. 768 p. 131. Burmannum Lotich. Eleg. II. 9, 71 p. 140. 680 et Anth. Lat. III. 277, 5 p. 691; si quis autem ullum errorem esse tantum, quantam quae jam a so subeatur, poenam, poëtam voluerit negare his: quis error, Quam luimus, tantus“ nimirum memor Gronovii Diatr. p. 564. Burmanni Quintilian. I. p. 2 et Lucan. IX. 766 p. 666. Marklandi Silv. V. 3, 211 p. 396. Ruhnkenii Terent. Hecyr. III. 4, 3 p. 223. interpp. Tacit. de Orat. 6 p. 351. Rup. add. Sympos. Aenigm. 51, is audaciora quam probabiliora moliri videbitur omnibus.

V. 10.

Hunc locum tantum abfuit ut librariorum aliqua fraude depravatum quisquam diceret, ut sartum tectum haberet turba tacite consentientium. Quamobrem laudandus certe Barthius, quod explicandi periculum fecit Adv. XIII. 10 p. 728 sq.: „Non, ait, neque natura mihi filius erat neque adoptione nec adeo me referebat ore, ut parvulus aliquis Aeneas; cedo sane non fuerim genitor, sed cernite vos lacrimas, genas liventes et credite planctibus, numquam majori dolore ab aliquo orbo auditis. Orbus ego revera. Haec genuina sententia hujus periodi. Fuerim enim, non fueram vera scriptura est, quam docet, cum planctu se orbum aequasse dicit.“ Quamquam idem suum inventum ita contempsit, ut ederet Stat. p. 117 T. I: „non fueram genitor.“ Nec Gronovius Diatr. p. 523 non contempsit ac reprobavit. Quid vero? qui vocibus de stirpe eum, qui natura filius sit, designari vult, is nonne vultus similitudinem vere repeti statuit ab adoptione? hunc enim cernimus sententiarum ordinem: „Non de stirpe quidem nec qui mea nomina ferret Oraque.“ Sed mittam de

Barthio. Etenim sive idem dici hic arbitraris atque ab Valerio Flacco II. 561: sator unus et idem Stirpis honos sive hoc: non ille infans de familia mea prognatus fuit (cf. Sigon. Liv. IV. 1 p. 12) aut filius meus," grammaticae rationes gravissime reclamant. Si quis enim parti illi: „non de stirpe quidem" tamquam imperfectae hoc adminiculum addi jusserit: Non de stirpe quidem fuit", ei aut hoc concedendum est posse homines nulla stirpe nasci aut hoc amplius censendum: omissam esse ipsam vocem mea vel nostra, quam oportuerit minime omnium omitti: „viscera nostra — de stirpe — mea nomina oraque." Ut nihil dicam longissime a latina consuetudine abhorrere hanc enuntiati formam: Non de stirpe quidem fuit nec is fuit, qui mea nomina ferret;" quam hac correctione adjuvandam esse: „Non de stirpe mea, non nomina nostra ferebat" quis est qui non intelligat? Sed ne illud quidem dubium est, quin ad nectendas sententias: avellitur infans et Non de stirpe vinculo utendum fuerit sive hoc: „Qui non stirpe meus" sive illo: „Ille quidem non stirpe meus neque nomine eodem Orave nostra ferens" sive quolibet alio. Quid, quod ipsum illud infans valde displicet tam grave verborum agmen: „marcentibus ecce lacertis Viscera nostra tenens animamque avellitur" subsequens paulo infirmius et nisi aliquam adjunxeris accessionem, perexile et plane ignavum? Quare non dubitavi id pro vero habere, quod ad aperiendam vitii huic loco illati originem multo esset illustrissimum. Quoniam enim ipsa vis vocum: non (de stirpe) nec qui accuratius perpensa admonuit, ut in longe aliam atque ab omnibus factum est partem spectaremus, illud succurrit partes male divulsas (id quod sensisse videtur Queckius hujus descriptionis auctor: „infans, Non de stirpe") in hunc modum conjungendas esse:

avellitur infans
Non de stirpe equitum nec qui mea nomina ferret
Oraque.

Quo tot incommodorum remedio nihil esse facilius ex iis locis intelligitur, in quibus equidem pro equitem scriptum esse adnotavit Drakenborchius Liv. VI. 12, 10 p. 116, de qua re Handius Turs. II. p. 436 secus retulit. Neque indignum poeta esse, quod instauravimus, documento est locus Silv. V. 2, 18: „Non te series inhonora parentum — Plebeja de stirpe tulit; non sanguine cretus Turmali trabeaque Remi" cf. II. 1, 199: „ignota credit de stirpe nepotum" (Virg. Aen. VI. 864. Auson. Par. 14, 5: procerum de stirpe.) V. 3, 109: „Si tu stirpe vetus." Theb. IV. 747: Mortali de stirpe negant." Quid autem dilucidius hoc sententiarum ordine: „viscera nostra tenens avellitur infans nec nobili loco natus nec filius meus?" quidve emendatius ea orationis forma, qua quae usitatius aut hoc modo licuit efferre: „infans, qui nec de stirpe equitum prognatus esset nec mea nomina et ora ferret" aut hoc: „infans non de stirpe equitum prognatus nec mea nomina et ora referens," maluit poeta his amplecti: „infans non de stirpe equitum nec qui mea nomina oraque ferret?" Et omissi participii satus, genitus quidem exempla satis multa expromendi copia fiet in Emendd. Prop. VI. 3, relativi pronominis autem usum explanandi in eodem libro VIII. 3 not. 64. Quod superest: „pro oraque orave legendum esse" censuit Marklandus, qui idem v. 67 doctumque scribi maluit, quam doctumve. Immerito: neque aut vacat aut opus est pertractare rem cum a multis inchoatam tum a Cortio Lucan. I. 252 p. 76 sq. Handio Silv. I. 2, 160 p. 281. Wagnero Quaest. Virg. XXXIV. 1. p. 552. XXXVI. 7. p. 573 sqq. Dillenburg. l. ab Orellio Hor. Carm. III. 1, 23 p. 336 d.

V. 12.

Alii aliter videntur haec verba interpretati esse: namque Lindenbrogius sic descripsit: „credite planctibus orbi. Orbus ego." similiterque Veenhusius: planctibus orbi, Orbus ego: Duebnerus: planctibus orbi; Or-

bus ego: Queckius: orbi: Orbus ego, at Marklandus: genas, et credite planctibus, orbi, Orbus ego." Ante quem dixerat aliquid et Barthius Adv. XIII. 10 p. 729: „genas, et credite planctibus orbi. Fletus orbi sunt quos nemo possit nisi prorsus bona fide orbus tanto affectu movere." Animadv. p. 502: „planctibus orbi. Qui lugeat instar veri patris" et Heinsius Adv. IV. 4 p. 593: „Scribe: et credite fletibus orbum, non orbi. Credite meis fletibus orbum me esse." Nobis aliud judicium est: videntur enim verba et illa: orbus ego et haec: cernite — credite hoc hortari, quod nescio an assequutus sit Marklandus, ut statuamus hoc dici: „quicunque orbi estis, cernite fletus et credite planctibus: ego vere orbus sum."

V. 14.

Incorrupto usus judicio Barthius ita disseruit Adv. XIII. 10 p. 729. Animadv. p. 502: Qui Papinii genium locique istius connexionem perpendit nec videbit versum: Conveniant cineresque oculis et carmina ferte spurium, falsarium, suppositicium et si quid pejus dici potest, esse, is profecto nondum satis videbit. — Qua fronte — cineres oculis et carmina ferre poscat matres et patres infelices, praecipue media sententia propter elegantissimam istam jussionem suspensa?" Similiterque Barthii, cujus editionem non viderat (Praef. p. XIII.), nomine omisso Marklandus: „Monstra sunt. Quomodo enim ferrent cineres oculis? an excaecare eos voluit Statius? cineres quidem genis et capitibus gestare solitos veteres in rebus luctuosis notissimum est — sed quis unquam tulit cineres oculis hac occasione? Nec melius istud carmina. Poëtae quidem dici possent ferre vel inferre vel conferre carmina amicorum tumulis et Manibus: sed nihil hoc ad matres, quae comas suas et dona ferre et injicere solebant pyris ardentibus, non carmina. Habes jam veritatem: crinesque rogis et munera ferte. Nihil certius puto

hac emendatione" (cf. Praef. p. VI). Cujus emendationis potiorem partem occupavit Heinsius Adv. IV. 4 p. 594: „Scribe rogis — non oculis," omnes partes ita improbarunt Queckius et Imhofius p. 8 et 23, ut ipsis codicum memoriis inhaererent superstitiose. Age igitur videamus, si quid proferri possit, quod nos ipsi affirmemus omnes habere numeros veritatis. Nam illud longe certissimum est, quod de Hauptio aliquotics diximus in Sinide, idem dicendum esse de Marklando nimirum ea olim consignata fuisse opinato, quae nemo facile neget ne ab imperitiorum quidem librariorum intelligentia sensuque fuisse disjuncta. Quare in alia omnia discedendum est. Ac licet pancis rem praecidere. Discrepat enim a reliquis libris: cineresque oculis et carmina ferte" hoc Rehdigeranus codex: crinemque — crimina. Quod memoriam affert illius temeritatis, qua a librariis cinnae et crinem Catull. 95, 1, cinnam (cod. August. ap. Naek. Val. Caton. p. 220) et Cirinam Serv. Aen. I. p. 1, cinnas et (Lindenbr.) Sirinas Lucan. II. 546 (cf. Sirenas: myricas Carm. ad Messall. 61. Quaest. de Ansere poeta I. p. 8), Cinnae, Cirnae, Cinerae (Cynarae) et smyrnae, myrrhae cum multifariam tum apud Avienum Descr. Orb. 1114 Cinyreius. Ven. Pith. Memyreus et Priscianum VI. 84 p. 269, 1: cinnae, cirenae, Cinyrae, Smyrnae permixta fuisse subtiliore quaestione in Cinnae commentariis II. 1. (fragm. IV et I) obtinebimus. Unde quum praesertim „gramina pro carmina (crimina) et vice versa frequenter scribi in antiquis membranis nemo nesciat" (Heins. Claudian. Ruf. I. 152 p. 41. Valg. p. 385. 504), facilis est veri conjectura: „myrrham — et gramina ferte" sive mavis germina; nam et myrrham et gramen Indum (Silv. II. 1, 160) et Assyrium (6, 88) ac germina Arabum (4, 35 cf. I. 1, 124: Clymeneaque germina. V. 1, 214: Cinyreaque germina. Claudian. III. Cons. Hon. 210: dabit ramos Panchaia cf. Heins. Nupt. Hon. 95 p. 180. Burm. Prop. II. 22, 17 p. 425) defun-

ctorum honori congesta fuisse quis Kirchmanno Fun. Rom. III. 6 p. 226 posterior ignorat?

Jam illam audaciam incuriamque pro oculis legentium rogis defendi par est hac diremptas litteras: „que oculis“ reconcinnandi ratione (coculis Valg. p. 430. Avien. Arat. Phaen. 335: rauco congesserat ore“ id est, ut nostrum fert judicium: raucoque ingesserat. Quintil. Decl. XIX. 15 p. 376 equuleos. Leid. pr. oculos): loculis (Valg. p. 503. b. cf. Martial. XII. 15, 2: Donatum est oculis deisque nostris. Heins. loculis), non quo ea instauretur mentio, quae est apud Ovidium Fast. VI. 741: „Gramina continuo loculis depromit eburnis“ cf. Burm. Prop. II. 23, 15 p. 425, sed ut ei receptaculorum generi locus reddatur „quibus vel integra corpora vel reliquias asservari“ solitas esse Kirchmannus allatis Plinii testimoniis N. H. VII. 2, 2 p. 7: „Pyrrhi pollicem — cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt conditumque loculo in templo“ et 16, 17 p. 24 docuit Fun. Rom. III. 15 p. 292 sq., quibus testimoniis et alia adjici possunt, quae sunt apud Cangium Gloss. T. II. p. 319, et Fulgentius Expos. Serm. Antiq. p. 767: „Sandapilam antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum id est loculum.“ Gloss. Labb. p. 41: „*γλωσσόκομον*. Loculum“ et Hesych. I. p. 840: *γλωσσόκομον — σορὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων*. Lactant. Stat. Theb. IX. 565: quasi sepulchri vice. Reg. quasi loco. Salmas. Herod. Attic. Inscr. p. 97 sq. 109 sq. cf. Cram. Schol. Juvenal. X. 172 p. 402. In versum autem sic a poeta scriptum:

myrrham loculis et germina ferte

ut tanta mali labes flueret, quantam jam videmus, factum est prava recordatione loci, qui est in Silv. V. 3, 32: „cineremque oculis humentibus hausi.“

Verum ne quid dubitationis relinquatur, corrigendus jam est gravissimus error cum omnium tum Heinsii et Marklandi rogum sive pyram ardentem hic dici arbitratorum. Scilicet fugerat eorum memoriam versus 24, quo

poeta se terdena post conditum puerum luce hoc epicedion pepigisse testatur. Unde evidens est intelligi id munerum genus, quod sepulcris veteres intulisse cum iis locis efficitur, quos exprompserunt Kirchmannus l. d. IV. 2 p. 372 sq. 5 p. 385. Goensius de Cepot. V. 7 p. 80. 83. Burmannus Anth. Lat. IV. 13, 45 p. 14 cf. Goens. l. d. 6 p. 73 sq. 9 p. 86. Elmenhorst. Minuc. XII. p. 125, tum Statii his versibus Silv. III. 3, 211: „Semper odoratis spirabunt floribus arae Semper et Assyrios felix bibet urna liquores Et lacrimas“ et hujus Eclogae 46: munera mortis — lacrimas.“

Postremo quoniam Barthius Adv. l. d. haec praecepit (quibus posset praetexi auctoritas Dorvillii Charit. p. 455. Scaligeri Catull. LXVIII. 6 p. 144. Huschkii Tib. l. 6, 39 p. 169 cf. Wolf. Dem. Lept. p. 365): „Quod patres et matres si qui quaeve acerbo funere damnatae fuerint, alloquitur, ea allocutio suspendenda ad verbum adsit usque est, cui tot versus interjecit ad rem exaggerandum consultissimus talium poeta,“ non omittendum est rectius quam a Barthio et Veenhusio: „carmina ferte, Si qua“ ordinem institutum esse a Lindenbrogio hunc: „munera ferte: Si qua“ et Marklando: „munera ferte. Si qua;“ illius „ἀποστροφῆς autem cum conjunctivo modo conjunctae exempla non rara apud Statium esse“ Imhofium de Silv. Condic. Crit. p. 34 docuisse his allatis locis III. 3, 22 sqq.: „Exultent — manes, Elysiae gaudete domus, date serta per aras — hilarent altaria lucos.“ I. 4, 11: „urbes — Certent laetitia, vos aeque ex ordine colles Confremite et sileant pejoris murmura famae.“ IV. 3, 136: „Jndia, nubibus madeces, Undaret Libye“ et hoc, de quo quaestio est, loco. Quamquam is pervagatissimum id genus, de quo est Theb. IX. 347: „Horruit unda nefas: „silvae flevistis utraeque Et — sonuerunt murmura ripae.“ Sen. Herc. Oet. 458: discussi fores, Umbrae stetistis et mea jussi prece Manes loquuntur,“ cum altero confudit, quod hic cerni-

tur cf. V. 79 sq. et II. 4, 16: „Huc doctae stipentur aves — Plangat Phoebeius ales — et picae — Ferte simul genitus cognataque ducite flammis Funera.“ Quae ipsa sententia cum hoc loco magnam quandam habet comparationem. Accedit Theb. XI. 183: digna rependam: Conveniant ubicumque nurus matresque Pelasgae Longaevique patres, quorum tot gaudia carpsi Orbavique domos“ (ubi scribi ubi quaeque frustra jussit Heinsius Virg. Aen. VII. 400 p. 192). Cf. Quintil. Decl. VII. 12 p. 164.

V. 17.

„Restrinxit lacte favillas. In aliis codicibus exstat papillas. Nos favillas legimus. Nam ardentes cum papillis non convenit. Praeterea loquitur de muliere, quae filium adhuc lactentem vidit in rogo mortuum, alludensque ad morem, quo cineres spargebantur vino, ut ante diximus testimonio Homeri et Virgilii. Cum de infante loqueretur, ait: si qua mater vidit infantem filium ardere restrinxitque illius favillas et cineres lacte, conferat lacrimas mecum: ego eam superabo.“ Haec Domitius laudaruntque omnes, nisi quod restrinxit fieri restinxit jussit Marklandus, quem sequuntur Duebnerus Queckiusque. Occupaverat vero eam maculam (quam ad alios multos locos pertinuisse constat cf. Ovid. Met. XII. 543. Claudian. B. Get. 291. Corrip. Jo. I. 340. VIII. 135. et in cujus auctoritate acquievit Arntzenius Inc. Paneg. Constantin. 6, 2 p. 488, Drak. Liv. X. 13, 8 p. 95 sq.) abstergere Lindenbrogius fretus auctoritate ejus libri, quem Vet. (veterem) ipse appellat p. 473 a, inde Handius Silv. I. 1, 56 p. 105, minus recte Ms. Lindenbrogii Barthius ap. Hand. I. 1, 38 p. 87 et Adv. l. d. p. 767: nam ipse Lindenbrogius „Silvas cum duabus veteribus editionibus se comparasse dicit [p. VI.] Ms. hic destitutum.“ Cui postquam effecimus ut merita laus contingeret, hoc superest, ut Domitii sententiam ratam faciamus comparatione Martialis I. 42, 5: Dixit et ardentes avido bibit ore favillas“ et Symmachi ap. Popm. Vellej. Paterc.

ll. 88, 3 p. 469: „ardentes favillas ore comprimere“ Quintil. Decl. V. 17 (Conject. IX.) cf. Sil. XVII. 105: „castra Ardenti volitant per nubila — favilla.“ Gell. XVII. 10: ferventi favilla. Virg. Aen. III. 573 candenti. Claudian. B. Get. 24: rapidis ambusta favillis. Stat. Silv. II. 1, 2: ante rogos et adhuc vivente favilla (ut Ovid. Fast. IV. 553) et ejusdem Statii II. 6, 89: „fletus hos tantum hausere favillae, Hos bibit usque rogus nec quod tibi Setia canos Restinxit cineres — miseris acceptius umbris,“ de quo loco commentati sunt Cerda Virg. Aen. VI. 227 p. 633. C et Kirchmannus Fun. Rom. III. 7 p. 229 sq. Unde autem nata sit vitiosa scriptura: papillas, quam etiam Rehdig. ac Vet. Lindenbr. et Parm. tenent, ex iis colligitur locis, in quibus litteras f et p permixtas esse indicavit Drakenborchius Liv. XXXIX. 6, 5 p. 326, voces pavor: favor, fatens: patens, paedor: foetor, fallacia: pellacia, palatia sibi insidiari ipsi docebimus Emendd. Prop. VIII. 3. add. Lucan. IX. 332 frementem. Salm. Guelf. Vratisl. prementem. Stat. Silv. III. 1, 125 refellis. Heins. Claudian. Epith. Pall. 79 p. 532 repellis. Ceterum idem vocabulum apud Claudianum R. Pros. III. 398: „crevitque favillis Aetna novis“ in Voss. pr. degeneravit in cavillis, cui ipsum nocuit apud Sedulium V. 88 cf. Heins. Prudent. περὶ στεφ. II. 319 p. 207.

Quo autem nulla relinquatur dubitandi caussa, illud attendi jubemus: recte et ordine fieri, si quis matres scribat sub plenis uberibus natos ad funera ferre, ad flammas madidum pectus caedere, consumpto rogo lacte favillas in sinum receptas (Kirchm. Fun. Rom. III. 6 p. 233 sq.) restinguere, ipsum illud autem, ad quod ex duarum rerum, quae continentur v. 15 et 16, commemoratione gradus fit, convenientissimum esse ingenio Statii ultra Silium assurgentis VIII. 129: Ceu cinerem orbatae pressant ad pectora matres (cf. Heins. Ovid. Met. VIII. 538 p. 595. Sedul. II. 126: „Orba super gelidum frustra premit ubera natum.“ Quintil.

Decl. X. 3 p. 215: „nunc superstitem uterum caedebat.“ 8 p. 220: „tumulum nudis uberibus cecidit.“ XIX. 4 p. 366 „elisisque uberibus mihi fecit invidiam“); quid enim proferri potest ad exemplum Hypsipylae expressius Archemoro interempto hoc conquestae Theb. V. 619: Ubera parvo Jam materna dabam: cui nunc venit irritus oris Lactis et infelix in vulnera liquitur imber?“ De quo loco nec vetus Scholiasta p. 289 nec Barthius vere expedivit; nos quidem non dubitavimus scribere: irritus oris, ut est VII. 314: numquam manus irrita voti.

Hic vero occurrit Imhofius (neque enim et sero et frustra lecta praetereunda sunt). Domitius Calderinus, inquit Silv. Condic. Crit. p. 9, in ed. Rom. correxit restinxit lacte favillas, quae emendatio et in codd. Capilup. et Paris. transiit et ab omnibus edd. servata est. Salisb. etiam interpolatus restinxit. Nihilominus veterum codicum lectionem probissimam esse censeo. Quomodo enim mater ardentem nati favillam lacte restinxisse putanda sit, non video. Spargebantur quidem ossa defunctorum collecta annoso Lyaeo niveoque lacte, ut ex Tibulli versibus III. 2, 19 constat, sed nonnisi post ipsum ossilegium, antequam in urnam condebantur et componebantur, ab ardente favilla h. e. ab rogi incendio lactis usus alienus erat. Odoribus, unguentis, etiam vino (Stat. Silv. II. 6, 90) cineres ardentes extinguebantur tum ad honorandum mortuum, tum ad malum odorem depellendum, numquam lacte cf. Becker. Gall. T. III. p. 293 sqq.“ Crederes non suae caussae patrocinari Imhofium, sed librariorum culpam interpretari, quos jam intelligamus non ultra Imhofium doctos ad uberum mentionem (v. 15. 16) tertio quoque loco revolutos esse tam egregio instituto, quam apud Claudianum Eutrop. II. 473: „spectari e puppibus urbes Accensas, lucere fretum ventoque citatas Omnibus in pelago velis haerere favillas“ in Thuaneo favillas vertisse videmus in carinas. Sed quam singulari in

errore ista versentur omnia, satis est commonstrare una ejus loci significatione, quem de Hypsipyle scriptum Imhofius non videtur recordatus esse. Quid, quod mirabiliora haec ille subjecit: „Omnino autem poetae sententia longe alia est. Quum enim tenera admodum aetate puerulus iste defunctus esset, primo loco ad ejus mortem lugendam matres eas invitat poeta, quae ipsae natos sub uberibus plenis ad funera jam tulerunt h. e. quae parvulorum mortem jam sunt expertae. Earum matrum imaginem suo more vivis coloribus ornans ad misericordiam movendam et affectus incitandos, gradu labente incedentes fingit et madidum pectus caedentes et restringentes papillas lacte ardentes. Ergo quod in epithalamio Stellae et Violantillae I. 2, 270 deprecatus erat, ne umquam puer mollem uterum, ne stantia pectora laederet, id jam his matribus accidit: coguntur enim subita lactentium morte, ut papillas lacte ardentes h. e. suppresso lacte inflammatas restringant, claudant, exsiccari patiantur. Uti saepissime, ita hoc loco vocabulis utitur Statius, quae in quavis re propria sunt. Ardent morbo artus, quum inflammatione correpti sunt, cujus notionis multa exempla congesserunt lexicographi, de restringendi notione medica cf. Seren. Sammon. 519. Ita de auxiliandi vi medica vid. Markl. ad Silv. V. 1, 158.“ At quae exsiccantur mammae, exstingui dicuntur a Plinio N. H. XXIII. 2, 32 p. 20. Keuchen. Seren. Sammon. 20, 351 p. 259 (cf. Quintil. Decl. VI. 10 p. 137: aqua restinguit ignem. Leid. sec. extinguit), non restingui: at alio spectant, qui inflammata membra loquuntur (Plin. N. H. XXVIII. 16, 62 p. 319) et inflammationem (cujus „notae sunt quatuor rubor et tumor cum calore et dolore“ Cels. III. 10 p. 139, 13), ut oculorum (Plin. XXI. 19, 76 p. 401. 20, 80 p. 403. Cels. VI. 6, 39 p. 369, 33), alio, qui „aestum ardentium viscerum“ (Sen. Cons. ad Helv. 11), ardentia ilia (Sinid. cap. IX. 3 p. 203 sq.), neque istos lexicographos, quos non nominatos tantopere

tamen crepat Imhofius, quidquam moramur; at ista inflammatarum papillarum mentio longissime disjuncta est a poëtarum more, qui hoc fert, ut talia ponantur, qualia sunt liventia ubera, pectora (Quintil. Decl. VII. 8. p. 160. X. 9 p. 222. 18. p. 230), planctu crescentes lacerti (Stat. Theb. XII. 110), jacentia ubera (Sen. Tro. 121); libuit enim pauca de multis delibare. Denique interest aliquid inter feminarum recens enixarum papillas nimirum suppresso, ut ait Imhofius, lacte ardentes et Violantillae nondum gravidae „stantia pectora," quae quidem mentio (cf. Burm. Prop. II. 12, 22 p. 316) tam graviter inchoata mirum est quod non inclinavit ac perduxit doctissimum virum ad scribendi genus aut hoc: urgentes (Keuchen. Seren. Sammon. 20, 365 p. 261. Scriv. Auson. Cupid. Cruc. Aff. 73 p. 307 cf. Sen. Agam. 762 ardent. Flor. turgent. Claudian. B. gild. 182 ardent. Pric. Ois. Maz. Pal. Med. urguent) aut illud: „horrentes restrinxit — papillas;" nam et verba ardere et haerere (Ovid. Met. XIII. 906.), haerere et horrere (Cort. Lucan. IV. 50 p. 435) inter se permutata sunt et Nonius Marc. p. 538 (368, 6) virginalem horrorem papillarum memorat et, quem praeteriit et Burmannus Anth. Lat. III. 214, 3 p. 648 et prior Burmannus Seren. l. d. p. 261, Plautus Pseud. V. 1, 66: „Papillarum horridularum oppressiunculas" (quo loco non incommode usus est Boissonadius Nicetae Eugeniani interpres III. 183 p. 86). Satis explicatum videtur esse, quid proprie atque integre dicatur, quid secus. Jam vero quid censes lugentium matrum descriptionem (quam quidem accuratissime perfectam tripartitoque absolutam supra p. 29 demonstravimus) quam apte desinere in rem ad luctus notitiam nihil quidquam pertinentem? nisi vero quis sollenne funus extremis amplexibus, quibus arsuri artus foventur (Sil. IX. 43. Quintil. Decl. X. 4 p. 216), inchoari, post planctus ad rogum factos consummari rite restrictis papillis jam narrare et edocere instituit. Quid clausas atque exsiccatas

papillas (sic enim dicit Imhofius) quantopere congruere cum pectore madido id est ad lactis effluvium percusso arbitremur? Quid, quod et ubera eadem hora et plena et ad lactis effluvium (non sanguinis Barth. Theb. III. 125 p. 706) caesa et inflammata exsiccataque extra fidem sunt et aperto pectore convenire inepte, ne quid gravius dicam, matres jubentur, quae ardentes papillas restinxerunt? Sed nolo plura argumentari, si quid est evidens. Evidens autem hoc est inventis frugibus Imhofium praetulisse glandes. Qui quod veram esse credit vocem, quam codicum consensus insigni librariorum facinore conflatus praebet, non sane intelligo cur non idem et cinerum carminumque istorum v. 14 et genitalis carminis v. 70 et crudelium malarum v. 20 suscipiat patrocinium.

V. 19. 20.

„Si quis pubescentem filium amisit et vidit crudeles flammas rogi serpere prima illius lanugine, adsit. Nos ita legimus: — in aliis codicibus ita mendose scribitur: Serpere crudeles prima lanugine malas. Atqui quomodo conveniunt crudeles malae?" Sic arbitrato Domitio assensi sunt omnes praeter Wakefieldum, qui Silv. Crit. Vol. IV. p. 23 correxit: „Carpere crudelem vidit lanugine malas i. e. et vidit crudelem (cinerem) carpere" (Duebn. p. 292). Quasi vero id hoc loco agendum fuerit, ut proponeretur aliquid, quod et majoris molimenti esset et durius dictum ac posthabendum vel huic commento: „prunamque — Carpere crudelem" (quod suppeditat Lactantii Theb. VII. 315 locus: „primus urentibus" sic in Sinide IX. 2 p. 197 expolitus: prunis viventibus) aut isti: in prunasque — Serpere crescentes vidit — lanugine malas (cf. Theb. VII. 655: crescunt lanugine malae." add. Burm. Nemesian. Cyn. 29 p. 337). Mihi quidem reputanti in Domitii et Lindenbrogii libris extare: „prima la-

nugine malas, quum in Rehd. sit: crudelis vidit lanugine, recordatione cum talium locorum, qualis est Statii l. d. et IX. 703: Nondum mutatae rosea lanugine malae." Lucretii VI 889: molli vestit lanugine malas. Lucani X. 135: Vix ulla fuscante tamen lanugine malas." Martialis II. 61, 1: Cum tibi vernarent dubia lanugine malae (cf. I. 31, 5. Claudian. IV. Cons. Hon. 199. Burm. Anth. Lat. V. 3 p. 481). Calpurnii Ecl. IX. 77: Quod vidi, nulla tegimus lanugine malas ac Claudiani IV. Cons. Hon. 642: Per tua lanugo cum serpere coeperit ora," tum Virgilii Aen. X. 324: flaventem prima lanugine malas. Silii VII. 691: prima sparsus lanugine malas. XVI. 469: adspersus prima lanugine malas. cf. Ovid. Met. (cod. Gronov.) XIII. 754: Signarat prima teneras lanugine malas. Inc. Epithal. Laur. et Mar. 14: te prima juventus Insignem vegetumque tenet — Florigenas plenaque decens lanugine malas — dempsisti vellera ferro": talium igitur locorum recordatione factum videtur esse, ut ea levitate, qua nihil pervagatius fuisse et in Electt. Crit. p. 3 sq. demonstravimus et memorabili exemplorum modo in Emendd. Prop. II. 1 not. 14 confirmabimus, librarii pro lamas stilo signarent malas; nam vocem flammam pariter atque eam, cui ipsa nocuit apud Statium Theb. X. 55 (Barth. p. 1126) et Martialem IV. 75, 7 (cf. Prop. II. 25, 86, ubi scribendum esse: „Varro Leucadiae maxima fama suae" declarat vel Martialis X. 103, 4: „Nam decus et nomen famaque vestra sumus," quem omisit Marklandus Silv. V. 3, 93 p. 384), famam in Valgii commentariis p. 362 docuimus lamnam factum esse, quo eodem modo voces flamen et limen, lumen saepius permixta fuisse dicemus Emendd. Prop. IV. 1. V. 1. cf. flammis: fumis. Seren. Sammon. 20, 359. flammis: campis Burm. Claudian. Pr. Cons. Stil. I. 184 p. 365. vita, mitra. Vatic. quint. fama Mall. Theod. 334. Quamquam non deerunt, qui statuere malint extrema, quae

supra attulimus, Virgilii verba in margine comparationis gratia adscripta in ipsum versuum ordinem ab indoctioribus translata esse. Quam sententiam ipse videor non leviter firmare et illis exemplis, de quibus v. 31. 43. 58. 59. 70. 74. 77. 78. 84. 87 dicetur, et iis, quae de v. 14 argumentati sumus. Quid, quod in Theb. XI. 138: „leto tot iniqua fugane Exeat" similium locorum recordatio tantum valuit, ut in codice Frisingensi proderetur hoc: tot iniqua fatigant?

Ceterum eandem sententiam his complexus est Statius III. 3, 11: aut nati modo pubescentia credat Ora rapi flammis." Neque alienum est cum verbis: „tenerae signatum flore juventae" (cf. et Silv. III. 4, 65: „ne prima genas lanugo nitentes Carperet" et Theb. X. 706: „maturis signentur tempora canis." VIII. 294 contendere Virgilium Aen. IX. 181: „Ora puer prima signans intonsa juventa." Ovidium Met. XIII. 754: „Signarat teneras dubia lanugine malas." Claudianum, qui eadem atque Statius posuit, Pr. Cons. Stil. II. 351: „primae signatus flore juventae." Senecam Hipp. 648: „Cum prima puras barba signaret genas." Epitaph. ap. Sirmond. Ennod. p. 94 et Burm. Anth. Lat. II. p. 481: „Ora puer dubiae signans lanugine vestis." Quibus addatur Silvarum locus II. 6, 44: „primoque micantes Flore genae." I. 2, 276. Virg. Aen. VIII. 160: „Tum mihi prima genas vestibat flore juventa." Calpurn. Ecl. II. 89: „flore juventae Induimus vultus." Auson. Parent. 14, 3. Anth. Lat. I. 89, 63. Galli Eleg. 37 p. 189 Wernsd. Barth. Theb. VI. 199 p. 423 et 585 p. 556. V. 228 p. 129. I. 705 p. 235 sq. Drak. Sil. I. 376 p. 34 et XVI. 406 p. 821. Cort. Lucan. VI. 562 p. 96. Burm. Anth. l. d. Alio spectat Quintilianus Decl. IX. 9 p. 198: „jacet confectus vulneribus et primo juventae flore fraudatus," quod ab Ovidio sumptum Met. X. 196: „Laberis Oebalide prima fraudate juventa" indicavit Gronovius. add. Pric. Apul. Apol. p. 444.

Jam vero faciendum est, ut deleatur illa macula, qua affectus locus satis mirari nequeo quod omnium adhuc effugit offensionem. Quid enim hac oratione: „signatum flore juventae Immersit cineri juvenem“ alienius? quid foedius? Quare pro vero affirmo jubenem (Valg. p. 271 sq.) fortasse sub exemplo ipsius Statii Silv. V. 1, 218: „Ceu juvenes natos suprema ad busta ferentem“ factum esse, quod ante fuerat subolem, ut IV. 8, 4: genus ecce Menecratis auget Tertia jam suboles.“ Atque hoc quidem alterum est errorum genus, quo cum multa provenerunt vitia, tum penitus jam insedit luctus pro numeros v. 25, laudare pro laxare 34, moestus pro mortis et mersus 46. 52, miserum pro mersum 34, vulnera pro viscera 65, Thracius pro tersius 54, blandus pro pandi 38. 84. quisnam autem pro quis minuat 58. o nimium pro more hominum 59. nimirum cum pro jam mussant 46. ullum pro omen 76. ipsos pro aestu 77. amici pro agi rem 43. nostra pro nosco ora 46 vel nosses 74. (vel Aonio 87) atque adeo pro dextra (in Veneta editione) v. 83. genitum pro genium 80.

Postremo ne hoc quidem praeteream jacentis sic dictum esse, ut II. 1, 54: „non mors lenta jacentis Exedit puerile decus.“ Theb. IX. 2. X. 4. 28. XII. 120. 287 cf. 332. 563. 716. 766. VI. 190. Klotz. Tyrt. II. 19 p. 93. Staver. Nep. Thrasyb. II. 6 p. 265.

V. 24.

„Hic dictionem suggessimus meditor, quae desiderabatur in omnibus codicibus, in quibus ita hic versus scribitur spatio etiam relicto: hoc quoque cum in terdena luce peracta.“ Haec Domitius, qui quod suggessit Lindenbrogius et Barthius Duebnerusque amplexi sunt. At occurrit Gronovius Diatr. p. 586: „Laudet hanc sinistram benignitatem, qui volet. Nos

istiusmodi impensas non amamus et certe major antiquitati debetur reverentia. Si conjeetura res expediri potest, scripsit Statius: Hoc quoque dum nitor; nam postrema syllaba in sequentem vocem subsedit. Niti carmen dicitur, qui magno labore velut e quercu exsculpit. Atque hoc si non placet, malo haec et 27 versus verba cum lacunis ponere, ut in Mss. codicibus habebantur, quam pati ut Domitius pro Papinio legatur. Quod et ipsi facturi sumus, cum edituri hunc poëtam, et qui nos occupabunt aut secuturi sunt, eis, idem ut faciant, consilium damus.“ Nec Gronovii inventum non laudarunt Marklandus et Queckius. At ab Heinsio haec invenio exprompta Adv. I. 2 p. 16: Huic quoque dum me do, terdena luce peracta Acclinis tumulo, luctusque in carmina verto. Sic refingo locum difficilem. vulgati Hoc quoque dum meditor. Luctusque ex antiquis libris depromptum est.“ Longe alia nobis est mens. Hemsterhusii enim exemplum omnino sequendum rati ejusque instituti, quod eum alias tum in nostra de Aemilio Macro quaestione tenuimus, memores quam diligentissima rimanda esse, quae veteris scripturae extant vestigia in codicibus Domitii et editionibus Ven. et Parm.: cum . . . in terdena, ut dicit Marklandus, ut Queckius p. XXVII: cum in . . . . ter, in Rehdigerano libro: cum . . . terdana, contemplatione ducimus, quo aliquid inveniatur ipsius Statii mori atque arti omnino congruens. Emergunt autem et quasi lucent duo. Primum enim similitudine vocis ter factum esse, ut intercideret syllaba tor, nemo facile erit qui neget praesertim ipso Domitii ac Gronovii consensu admonitus. Alterum hoc afferimus, quum litteras in, m, n, u et li, lu pertenui discrimine sejungi plurimis compertum sit testimoniis (ut Martialis XII. 53, 6 ludi Voss. Thuan. nidi Anglic. XIV. 167, 1 pollice. Wolf. poluce. Lactant. Theb. II. 404 avus. Monac. A. alius. Statii hujus eclogae v. 49 vulnerat: v(er)um erat. 25 luetus: numeros. 68. simius: similis et V. 3, 109 inota: lustrata.

III. 1, 36 lustratum. Sen. instratum. ustor: lictor Valg. p. 409. Lucan. VIII. 381 melior. Acad. 2 memor. Colon. Silii V. 542 misere. Oxon. luxere. Ovidii Met. VII. 77: revixit: reluxit. VIII. 199 lusu. Med. sec. visu. Nazarii Paneg. 16, 6: supplicia ludebas. Guelf. videbas. Claudiani, in cujus codicibus et luctus et victus, ut apud Lactantium Theb. VIII. 284, permixta sunt frequentissime et liberior et uberior Burm. Eutrop. I. 195 p. 285), per illam sive in litteram sive vocem in delituisse syllabam lu. Accedit, quod eidem in et voculae e magnam quandam viciuitatem esse intelligitur locis Ovidii Met. III. 149 invecta. Ciof. et Burm. codd. p. 183, id quod verum est, evecta. Statii Theb. II. 135: Expulerat — Aurora tenebras. Lind. Impulerat, quod reprehendit Burmannus Anth. Lat. V. 3 p. 301. Claudiani Eutrop. I. 276 involvere. Vat. sec. evolvere. Pr. Cons. Stil. II. 378 inrumpere. Leid. al. erumpere. I. 87 roseisque evincta coronis. Oxon. Voss. Lovan. inducta. Lucan. IX. 114 exsurgere: insurgere. Burm. p. 616. Frontin. II. 5, 16 avidius ingressi. Pal. egressi. Tibull. IV. 1, 53 tellus excluditur. al. includitur et ut omittam Statii Theb. IV. 790 verba: illuctantia labris ab Wopkensio (Rupert. Tac. Ann. IV. 31 p. 402) pravo incepto sic detorta: eluctantia. Virg. Aen. I. 176 in fomite: ex fomite. Sil. IX. 445 in casside. Colon. e casside. Avian. Fab. 38, 1 e stagnis: in stagnis. Frontin. I. 5, 21 ex vimine: in vimine. Quibus initis subductisque rationibus hanc cogitationum nostrarum fecimus summam, ut litteras elu tor excusatissima, ut in Emendd. Prop. IX. 3 not. demonstrabitur, opera connecteremus et colligeremus in eluctandi verbum: Hoc quoque cum eluctor. Quod verbum ipse Statius sibi deposcere videtur usurpatum in Achilleide I. 525: Tandem fessa tremens longis mugitibus ora Solvit et oppositum vox eluctata furorem est" cf. Theb. IV. 790: verba illuctantia labris. „Ut hoc eluctari fere idem sit atque illud, quod legimus Theb. VI. 136: „vocem

de pectore rumpit et apud Petronium Mut. Reip. Rom. 282: „Atque has erumpit furibundo pectore voces. cf. Heins. et Burm. Claudian. R. Pros. II. 249 p. 590 et idem Ovid. Met. X. 147 p. 697. Ac similiter Nemesianus Laud. Herc. 20: „Populea meeum carmen luctare sub umbra," quod non subtiliore cura attigit Wernsdorfius p. 284, quam Gronovius Diatr. p. 513.

De proximis verbis (quae secus interpretatus est Barthius: „terdena luce trigesimo die post crematum vernam") ab omnibus dissentio auctoritate fretus Rehdigerani libri. Nam quum verba peracta et parata constet inter se creberrimam de loco contentionem habere, ut apud Lucanum X. 466: Ense suo fratrisque simul cervice parata. Guelf. 12. Vatic. 8 peracta et quibus locis dixerunt Cortius et Martyni — Laguna I. 45 p. 16 ac Burmannus cum p. 8 tum VIII. 30 p. 535 et Ovid. Ib. 105 p. 36 et Her. V. 41 p. 60 — nam in Silv. III. 5, 86: „Et numquam turbata quies somnique peracti" Peerlkampius Virg. Aen. VII. p. 18 hujus correctionis suasor: „somnique parati" non intellexit dici quietem numquam turbatam, somnos semper peractos —, utrum hic verum sit, discitur ex Thebaide VIII. 272: „Tempus erat, junctos quum jam soror ignea Phoebi Sentit equos penitusque cavam sub luce parata Oceani mugire domum." Barth. p. 846: „lux parata jam processui imminens cum suis sibi equis Sol." Cf. Epitaph. Lucceji 7 p. 207 Wernsd. III.: Exacta prope nocte duos quum Lucifer ignes Spargeret.

V. 25.

Acclivis et alii codices et Rehdigeranus et hic et V. 3, 36. Vitium (quo nullum latius per omnes scriptores diffusum est Drak. Sil. V. 470 p. 276 sq. Arntz. Nazar. Paneg. Constantin. 24, 4 p. 600 sq. Hand. Silv. I. 2, 161 p. 282. Ammian. Marc. XIV. 8, 9: „acclinis Libano monti Phoenice. al. acclivis. Pansae Eleg. de

Obitu Molsae p. 75. Gher.: „Acclivis feretro incumbat“) primus tollendum censuit Lindenbrogius, cujus nomen practeriit Barthius p. 503 ille quidem scienter commentatus in Claudian. Prob. et Olybr. 115 p. 34 sq. De altero autem ejusdem libri errore: cui nul . . existimatur ex Lucani loco IV. 98 tumuli. Rotterd. pr. cumuli et iis, quos attulerunt Drakenborchius Liv. X. 29, 19 p. 220 et Burmannus Claudian. R. Pros. III. 342 p. 630. add. Adnot. v. 56. De sententia quidem commodum est comparare Silv. V. 3, 36: Ordior acclinis tumulo (cf. Claudian. Epith. Pall. 4) et IV. 4, 55: „magni tumulis adcanto magistri.“

Verum aliquam dubitandi materiam praebent quae sunt proxima: luctus in carmina verto. Quod enim omnibus satis placuit vocabulum luctus, id recte habere nego et hanc ob caussam, quod idem in versu 23 invenitur positum: „tanta est insania luctus“, et quod significanter indicari eam rem oportuit, qua in carmina versa id accidisse videretur, ut querelae intercise potius erumperent (v. 26: „singultantia verba.“ Burm. Prop. I. 5, 14 p. 54), quam uno impetu et aequabili modorum continuatione funderentur. Quibus de caussis luctus in numeros vertendos esse affirmo eoque firmior pro hac, cui ad v. 24 p. 37 quaedam praemunivi, sententia sum, quod Rehdigeranus liber praebet narus; a Marklando autem et reliquis inferri oportuerat planctus cf. Ovid. Met. VIII. 199 lusu. Basil. Heins. plausu. Claudian. Sext. Cons. Hon. Praef. 15 plaudebant. Tholos. laudabant. Lucan. IX. 107 jactus. S. Germ. planctus. VIII. 53 luctūs. codd. Burm. p. 538 fletus et Claudian. R. Pros. II. 273 fletuque. Voss. Vatic. sec. planctu.

Age vero: istud vocabulum carmina nonne ipsum reprobandum est propter sententiam et verborum: Hoc cum eluctor — Discordesque modos et singultantia verba et versus 48, quo tristia carmina diutius sibi deberi posse ipsa domus negat cum

gravissima poëtae solita fandi copia destituti objurgatione? Unde dubitari nequit, quin qui quasi ferali specie indutus diis invidiam facturus sit (v. 29—37), confiteatur se numeros in crimina vertere, uti est apud Senecam Hipp. 545: „saxa et ramos rudes Vertere in arma" cf. Ovid. Her. VIII. 55: „laudes in crimina verto," quocum et verbis et sententia differt locus Pont. III. 4, 46: Ad lactum carmen vix mea versa lyra est." Permutatione autem vocum carmina et crimina nihil fuisse frequentius et alii loci docent, ut Marciani Cap. IX. 914 p. 710: Quae ferenda carmina Ms. Grot. crimina. Claudiani Eutrop. II. 458 laudabas carmina. Farn. crimina. Martialis I. 53, 3. IX. 30, 2. Anth. Lat. IV. 218, 1. Parcarum crimina. Meerm. carmina. Aetn. 584: Athenarum crimen. codd. duo carmen et quos indicarunt Livinejus Mamertin. Genethl. 16, 3 p. 155 et Broukhusius Prop. I. 18, 9 p. 75 Burmannusque III. 9, 3 p. 585 et Anth. Lat. III. 154, 13 p. 602 et Huschkius Tib. IV. 14. 3 p. 673 et hujus eclogae versus 14, ubi et crimina ferte est in Rehd., carmina in reliquis, et Silv. II. 6,70, de quo in Conjectaneis VIII. expediam.

V. 26.

De hoc versu doctorum consensu una frequens est Domitii auctoritas: „Discordesque modos et singultantia verba Molior. In aliis codicibus ita hic quoque versus mutilatus scribitur: discordesque modo. Singultantia orsa." In Veneta est: „Discordesque in . . . singultantia verba" idemque in Rehdigerano libro. Nimirum quod v. 24 diximus, firmatur et hoc loco in: modos et v. 25: tumulo: cui nul. 63 devincas; demncus. 56 minus: nimius. 59 nimium: hominum. 68 summum: eximium. II. 1, 48 umixta: inmixta. 2, 147 visere: insedere. cf. Conject. XIII. Ceterum dubito an Heinsius de verbo moliendi usu

commentatus in Sil. XIII. 118 p. 642 Statii potius hunc locum, quam Ovidii Met. XI. 154 perstrinxerit.

V. 27.

„Et hic versus mutilatus in aliis codicibus ita legitur: orsa est atque ira tacendi impatiens. Sed nos ita emendavimus: orsa dolor prohibet, ut dicat: Pugnant in me dolor et ira. Nam alterum non sinit me loqui: ira vero cogit erumpere in voces, ut incusem deos. Syllaba hephthemimeri defenditur. Equidem maluissem Papinii integrum extare carmen. Quod si quis hoc a nobis arroganter factum putat, aut ipse si potest emendet melius aut patiatur integrum legi carmen, quod hiantibus pedibus et syllabis fatiscebat.“ Haec ita Domitius. Quae probarunt Lindenbrogius, Heinsius Eleg. ad Liv. Aug. 210 p. 811, nisi quod idem Adv. I. 2. p. 16 „prohibent metro dandum“ existimavit, Barthius Adv. XIII. 10 p. 729 et Animadv. p. 503 ita, ut amplius censeret scribendum esse: datque ira; improbarunt, ut in v. 24 p. 37 diximus, Gronovius et Marklandus, nuper his Duebnerus: „quod editum est, Domitio et ipsum debetur, sed vel ob metricam libertatem suspectum, qualem non unquam sibi indulgebat Statius.“ Idem est nostrum judicium; nam et sententia longe aliud videtur flagitare et proferendum tale aliquid fuit, ex quo manifesto appareret caussa detrimenti, cui resarciendo ne Rehdigeranus quidem liber aut Veneta editio quidquam confert: orsa est atque ira tacendi. Commendabile autem utraque caussa facit id supplementum, quod nobis subitus calor suggessit; quid enim non profitear ipsis iis, quae illaborata sunt atque ultro obvia, saepenumero superari vel intentissimam nimirum poëtarum libris percursis magis quam perlectis, ut fere assolet, desudantium curam et molitionem? Jam vero quis est, qui infitietur parum inter se differre haec: acce ira ta et acuit rabi? aut non perceptum habeat voculam est (quam nolo argumentari

utrum in medio versu superscriptam fuisse rectius dicamus an interpretandi gratia primum appositam illis: ira tacendi est impatiens, deinde in ipsum versuum ordinem translatam ab librario non omnino indocto — Hand. Turs. I. p. 512. Lachm. Lucret. III. 531 p. 173 — additamque voci orsa non jam pro verbo, sed pro nomine habitae) saepissime in locum litterarum es successisse? ut apud Martialem VI. 39, 1: factus es septem Non liberorum. Voss. Gud. est. III. 24, 14: factus es ipse caper. Thuan. est. IX. 50, 4 magnus homo es. Thuan. est. VIII. 40, 3: Ex quo natus es et potes renasci. Gud. est. XII. 35, 3: Non es tam simplex. Voss. Thuan. est. Ovid. Her. XIV. 14. Jaeg. Inc. Paneg. Constantin. 26, 1 p. 540. Schwarz. Plin. Paneg. IX. 1 p. 19. Brieger. Philol. XXV. 1 p. 73. Lucret. II. 802: Quae sita cervicem est. codd. cervices. Itaque de hoc certus sum supplemento:

orsa acuit rabies atque ira tacendi
Impatiens; sed nec solitae mihi vertice laurus.

Quod ex ipsa poëtarum lectione ductum agnoscet, quicunque et Theb. II. 336: pervigiles acuunt suspiria questus et quae collegerunt Rittershusius Oppian. Hal. II. 331 p. 241. Barthius Theb. l. d. v. 332 p. 461. Heinsius Adv. IV. 3 p. 578 et in Val. Flacc. VII. 294 p. 610 Burmannusque I. 761 p. 131 et eos contenderit locos, in quibus voces rabiem et iram compositas legi diximus Valg. p. 426 sq. omisso Arntzenio Sedul. I. 184 p. 70 et Silio XVI. 237: rabiem atque iras expellere." XI. 224: rabiem irarumque procellas." Ennod. Carm. II. 33, 5 p. 342. A: Ira, pavor, rabies, patientia tempora in uno." Stat. Theb. X. 823: Nusquam irae: sedit rabies feritasque." Silv. V. 1, 22: rabidis pulsare querelis" cf. Burm. Petron. 108 p. 644. Burm. Prop. III. 6, 11 p. 553.

V. 29. 30.

Prope piget referre Marklandum haec argumentatum: „Plane inepta est positio vocis ramis. Quid ad rem

quo pacto excludat ederas cupressus, utrum ramis an foliis vel quo alio modo, dummodo excludat. In Epiced. Patr. v. 8: funestamque ederis irrepere taxum Extimui trepidamque (nefas) arescere laurum non dicit: extimui taxum ramis irrepere ederis et laurum ramis arescere: quippe otiosa et puerilis foret ea ingestio vocis ramis, quemadmodum in hoc loco.“ Nimirum tantus vir quum non reputasset ramos habere significationem vittae ramis vel lauri vel olivae vel ederae myrtive obvolutae, ut est in Theb. II. 121: ramos ac vellera fronti Deripuit“ aliisque plurimis locis, de quibus dedita opera disseruerunt Bernartius Theb. V. 668 p. 248. B. Barthiusque II. 99 p. 322 et IV. 216 p. 975. 603 p. 1163 et V. 417 p. 297, adversus quem Burmannus Virg. Aen. VI. 346 p. 174 nequidquam confligit, ac Paschalius Coron. IV. 22 p. 276 sq. et qui hos neglexit, Schoenius de Eurip. Bacch. Habit. Scen. VI. p. 57 sq., ne sententiarum quidem eam perspexit atque cognovit concinnitatem, qua cautum fuit, ut quasi demensae et pares sibi responderent et hae partes: nec solitae mihi vertice laurus. En taxea marcet Silva comis et illae: Nec fronti vittatus honos. Hilaresque ederas plorata cupressus Excludit ramis. In quo locorum genere non mirum est nonnumquam accidisse, ut voces rami et vittae de loco haberent contentionem Heins. Ovid. Fast. III. 861 p. 227. Verum igitur est, quod Valg. p. 457 significavimus: Statium hoc dicere atque etiam profiteri ut coronam non lauream, sed taxeam, ita vittam jam sibi esse non hilari edera, sed cupresso intextam (cf. Quintian. in Obit. Annae p. 514: At mea ferali coma sit praecincta cupressu). Et cupressus quidem plorata sic dicitur, ut in Theb. IV. 460: frondes atque omne cupressus Intexit plorata latus,“ quem locum perstrinxit Cerda Virg. Aen. III. 64 p. 278 A., Scaliger Catullo 64, 291 sic a se correcto: „fletaque sorore Flammati Phaethontis“ non magis adhibuit, quam Orph. Argon. 951 *πολυκλαύτων τ' αἰγείρων* (cf. Arat.

Phaen. 360 πολυκλαύστου ποταμοῖο. Mosch. Id. III. 74 πολυκλαύστοισι ῥεέθροις), marcet taxea silva autem similiter atque a Claudiano Nupt. Hon. 205: marcet segnities" et Ennodio Carm. II. 66 p. 346. C.: ponens marcentes pectore curas, cujus non magis quam Statii h. l. aut Theb. VII. 640: Certat opus ferri (de quo explicabitur Emendd. Prop. IV. 2 not. 37) rationem habuerunt Barthius Claudian. l. d. 103 p. 823 et Burmannus p. 189. cf. Theb. XI. 92: hebet infera coelo Taxus.

V. 31.

Nec hic versus non insigni est documento, quam devius consiliis (fatendum est enim) fuerit Marklandus. Imperitiae, inquit, argui potest Statius insequenti parte sententiae: ignavo pollice chordas Pulso: deest enim epitheton τοῦ chordas, quod sensum adaugeat et diffundat, quale esset moestas vel tacitas vel quid ejusmodi. Certum igitur est a Statio fuisse hanc distinctionem: Excludit. ramis ignavo. Sub voce ramis latet epitheton τοῦ chordas, quod jam quaerendum. Et Parmensis pro Excludit habet Excludi: unde verosimillimum est vocem proxime sequentem a litera t incipere debere: tramis ignavo: unde exit tremulas ignavo pollice chordas, quod optime quidem huic loco convenit et poëtis usitatissimum est. Cum vero noster alibi Ep. ad Marcell. 52 haec habeat: tenues ignavo pollice chordas Pulso, et hic quoque puto illum scripsisse: tenues ignavo. De quo judicent alii. Hoc certum est Statium saepe repetere solere sua hemistichia." Quae argumentatio quum falsa esset tota (nec jam necesse est singula singulatim convinci), Duebneri tamen assensu comprobata est. Adeo nihil profuit cognita Rehdigerani (quocum concinere Salisburgensem testatur Imhofius l. d. p. 43) libri auctoritas, ex quo quae enotata sunt (Queckio p. XXVII. probata): „ramis nec eburno" manifesto arguunt versum carminis IV. 4, 53: tenues

ignavo pollice chordas Pulso — tumulisque adcanto magistri optimo instituto (neque enim alter comparatione dignior) huc repetitum et in margine adpositum fraudi tamen locum aperuisse ei, ut duo haec: nec (eb)urno similitudini vocis icnavo cederent itemque pectine voci pollice. Quarum macularum altera in ipso quoque Rehdigerano libro penitus insedit atque inveteravit. Nec vero de abstergenda hac labe minus certus sum, quam de illa, de qua supra v. 17 absolvimus: tantum enim firmamenti et roboris addit Virgilius Aen. VI. 647: Atque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno," quem sequutus est auctor (Statium male nominavit Schraderus Emendd. VI. p. 114) Carm. ad Pison. 154: Sive chelyn digitis et eburno verbere pulsas." Accedunt, quos praeteriit Burmannus Prop. II. 1, 9 p. 204 cf. Lotich. IV. 3, 39 p. 250 sq. doctrina Broukhusii p. 90 fruens, Claudianus R. Pros. II. Praef. 2: Neglectumque diu seposuisset ebur." 15: Et resides levi modulatus (Sen. Med. 626) pectine nervos Pollice festino mobile duxit opus (potiorem enim reliquis libris duco fidem Reg. Oxon.) et Martialis XIV. 167: Fervida ne trito tibi pollice pusula surgat, Exorent docilem candida plectra lyram." Propert. III. 2, 25: Phoebus — plectro sedem mihi monstrat eburno." Eleg. in Obit. Maec. 31: Actius ipse lyram plectro percussit eburno," quae in Elegiam mutuatus est Pontanus p. 393: Tum cecinit plectroque fidem percussit eburno", quum aurea plectra Phoebi finxerit Quintianus l. d. p. 513. Ac quo omnes illius fraudis vices explorentur atque pertententur quam curiosissime, faciendum est, ut et Propertii mentio inferatur puellam hoc judicio impertientis II. 1, 9: „Sive lyrae carmen digitis percussit eburnis, Miramur facilis ut premat arte manus" (quem locum tam prave interpretatus est Orellius Hor. Carm. I. 15, 15 p. 97, quam ipsum hunc Horatii locum nulla ratione habita neque Himerii Ecl. IV. 18: τί με μερίζεις τοῖς ποιηταῖς: eorumque, quae exprompsit

Wernsdorfius p. 110 sq., neque eorum, quae Gronovius in Sen. Med. 5 p. 453 in medium attulit cf. Sen. Thyest. 101: furorem divide in totam domum.“ Tro. 959: in totum gregem Dividere matrem“) et ii componantur, quos utriusque modi, quo Statium volumus usum fuisse, suasores habemus; hinc enim stant Juvenalis VI. 382: crispo numerantur pectine chordae, Persius VI. 2: Jamne lyra et tetrico vivunt tibi pectine chordae Siliusque V. 463: pulsabat pectine nervos cf. Maximian. Eleg. IV. 11. Basil. Zanch. Carm. in Gabriel. Altilium p. 1454: Haec modo vocales percussit pectine chordas, illinc Ovidius Am. II. 4, 27: querulas agili percurrit pollice chordas et aliis locis, quos protulit Ciofanus Met. V. 339 p. 342 laudatus Barthio p. 504, ipse Statius Achill. I. 187: expertas pollice chordas, Silius XI. 436: resonantia pollice fila, Tibullus II. 5, 4: vocales impellere pollice chordas“, Nemesianus Laud. Herc. 17: leves impellis pollice chordas, Ennodius Carm. II. 90, 1 p. 351. C.: vocali pollice chordas Per numeros animans,“ auctor Epit. Il. Hom. 887: graciles extenso pollice chordas Percurrit“; plures enim supersedeo producere, ut Ennod. Carm. I. 2 p. 311 A.: Offerat arguto pollice quod loquitur.“ 8 p. 322. A.: Quidquid Apollineo loquebamur pectine. 2 p. 311. C.: Dircaeus tetigit quod pectine vixit.“ Ceterum haec commentati videmur supplementa quaedam scripsisse et iis, quae de vocabulo pectinis attulit Scaliger Anth. Lat. II. 130, 21 p. 313 ne Valerii Flacci quidem memor III. 160. 541, et Perizonii illi de plectri specie atque usu disputationi Aelian. Var. Hist. III. 32 p. 217 sq.

V. 33.

Quae Marklandus post Barthii Adv. XIV. 7 p. 766 hanc dubitationem: sed puto vel explicandum accuratius, quam propositi argumenti ratio poscat, vel mendi esse suspiciendum“ disputavit in hunc modum: „Dudum quaero

quo sensu dicat Statius se chelyn scindere et nullus occurrit praeter dilacerare, divellere, qui hoc loco ferri non potest: statim enim sequitur juvat heu juvat illaudabile carmen Fundere: atqui si chelyn scidisset, nullum carmen fundere potuit. Lege: sed incertum digitis errantibus amens Tundo chelyn. Digitis incertum errantibus ut Theb. V. 212: incertumque oculis vigilantibus, Ovidius Her. X. 9: incertum vigilans, Horatius: Et certum vigilans. — Potes etiam legere et facile defendere insertam digitis errantibus [quod quidem a se propositum in Adv. XIV. 7 p. 766 post sprevit Barthius Animadv. p. 504]: sed verissimum puto incertum errantibus: per quod ostendit se huic uni cogitationi defixum esse et digitos quidem habere in cithara, animum vero in puero defuncto. Ob quod etiam dicit amens Tundo chelyn: sine mente et proposito ullo digitos infringo citharae, ut loquitur Achill. I. 575. Propertius lll. 15: Cybebe Tundet ad Idaeos cymbala rauca choros", ea satis mirari nequeo Duebnero non probabiliter modo, sed vere disputata visa esse. Narra mihi: quia apud optimos poëtas legitur et incertum et certum vigilare, ideone statuendum fuit et incertum errare recte dici et vero, si diis placet, certum errare? ac quia tympana nunc proceris manibus plangi, nunc teneris digitis quati ab optimis poëtis scribuntur (Voss. Catull. p. 225. Schwarz. Misc. Pol. Hum. cap. lll. p. 86. lV. p. 114 sq.), ideone (nimirum licet per Ennodium Carm. I. 2 p. 311 A.: Ceu Phoebus mittat tympana, plectra, lyram." 6 p. 317. A.: Dulcia compositis quatiam tunc tympana chordis") rationis est Statium amentem facere errantibus digitis chelyn tundentem? Neque ipse ille Marklandi admirator Burmannus Prop. lll. 15, 33 p. 655 non vidit „tundere chelyn non aeque dici ac tundere cymbala;" oportuerat enim poni tendo Theb. I. 22. Vlll. 374. Claudian. Mamert. p. 775. A., ne proferam quasso cf. Achill. II. 444. Avien. Descr.

Orb. 887. Ennod. l. d. Quid? si quis tundit ipsam chelyn, non chordas pulsat, is ipse fundere carmen (v. 34) videtur et dolorem solari cantu (v. 35) id est epicedio, quod canentem post mortem pueri se ipsum Apollini et Orpheo canentibus comparat (sic enim ipse Marklandus dicit p. 409. a. med.)? Postremo ne illud edisseram, quam apte congruant lyra, quae tenetur errantibus digitis inserta, et digiti, quos qui lyram tundit, infringit, ipsum tundendi verbum tanto molimento quaesitum: „prima litera vocis Tundo utpote initio versus omittebatur. Deinde ex undo fecerunt cindo, cum u et ci vel ic ejusdem sint ductus; — addiderunt tandem literam S et sic exit Scindo chelyn‘‘ nullam habet verisimilitudinem; „quippe tritius est vocabulum, quam quod ita depravari potuisse videatur. Latet potius aliud minus notum, a quo proclivius erat aberrare.“ Licuit enim uti verbis Hauptii verissimum praeceptum Prooem. Ind. Lectt. Berol. Hib. 1866 p. 5 complexi.*) Et hactenus quidem de Marklando.

*) Qui quidem quod graviter inculcat, id ipse cum in multis Propertii locis, quorum partem in Sinide indicavimus, reliquos in Emendd. Prop. proferemus, neglexisset, nuper in Porcii Licinii epigrammate Anth. Lat. III. 246, 1: „Custodes ovium vendere propaginis agnum“ expoliendo sic tenuit, ut mandram in hunc modum inferret: Custodes ovium, mandrae propaginis agnum“ illud non assequutus et ipsam mandrae mentionem et usum vocis prae ovilibus, stabulis, caulis non a Columella solum, sed ab optimo quoque scriptore spretum (Cram. Schol. Juvenal. III. 237 p. 106) et agnos a matribus disseptos et istam genetivorum congeriem tam longe a vero abesse, quam prope nos censemus abesse hoc: „Custodes ovium vernaeque propaginis, agnum,“ quo idem dici arbitraberis atque a Plinio N. H. VIII. 47, 72 p. 127: „multi hibernos agnus praeferunt vernis“ et Columella VII. 3, 11 cf. X. 308: „Mercibus et vernis divis Vertumnus abundet,“ mandrarum miratores fortasse malent significari vernas agnus (ut Martial. I. 49, 24 vernas aprus. Burm. Rutil. I. 112 p. 40. Munck. Fulgent. I. p. 604) dicentque istud vendere ad hunc statum revocandum esse: vencle (ra) id est vernaclae.

Namque ipsi separati a turba aut non explicata verba tuentium aut integerrimam partem prava arte tentantium videmur invenisse, quod liqueret. Quid enim reconditius aut melius ad Statii audaciam appositum proferri potest, quam hoc:

inceptam digitis errantibus amens
Scindo chelyn?

Huic ipsi autem quid similius, quam quod in Thebaide legitur IV. 441: fugit incepto tremebundus ab arvo Agricola" sic Glossa Ms. Barth. p. 1083 enarratum: incepto arvo) quod subigere inceperat. Non quidem agrum, sed ejus arationem" et IX. 83: Deserit inceptum media inter jugera sulcum Taurus iners" (Dan. campum) aut quod est X. 690: Quis novus inceptis rapuit te casus ab armis? cf. XI. 536 coeptus sanguis. 634 incepta pugna. II. 146: mente deos inceptaque versat Hospitia. (Coripp. Joann. II. 534: pietas animis illaesa manebit Coepta tuis.) Achill. I. 342 incepti furti. Theb. XI. 236 incepta vota ac Silv. II. 1,60: Inceptas quis ab ore dapes libataque vina Auferet?" Qui quidem loci non minus quam Calpurnius Ecl. IV. 146: sit tibi coeli Vilis amor coeptamque, pater, ne desere terram" et Silius XII. 51: Irritus incepta primo si absisteret urbe" (ubi dici urbem oppugnari coeptam nemo adhuc intellexit) et Tibullus IV. 1, 211: Inceptis de te subtexam carmina chartis (cf. Ovid. Fast. II. 755 et Met. VI. 34: inceptaque fila relinquit) fugerunt diligentiam et subtilitatem Broukhusii Tib. IV. 1, 155 p. 374 eam insolentiam explanare ingressi, quae quam late pateret parum exploravit Barthius Theb. l. d. p. 1083, ne suspicione quidem assequutus est Burmannus Val. Flacc. II. 368 p. 193 et Calpurn. p. 650, quamvis quaedam huc pertinentia attigerit in Claudian. Eutrop. II. 397 p. 342, unus Heinsius videtur plane percepisse Ovid. Art. Am. I. 234 p. 558 et Val. Flacc. l. d. Quanta autem sit facilitas vocis incertam jam loco cedentis, ne auctoritate Wakefieldi Lucret. III. 1055

acquiescam, cum multis discitur exemplis (Drak. Liv. IX. 25, 5 p. 207. Valg. p. 321) tum Virgilii locis, quos commemorarunt Heinsius Burmannusque Aen. VI. 493 p. 80 et Carrio Val. Flacc. I. 79 p. 27, et Ovidii Fast. II. 753 inceptaque — remisit. Put. sec. incertaque. Met. X. 58 prendere captans. codd. Ciof. ceptans. certans. Claudiani Pr. Stil. II. 364. Livii II. 1, 2 coeptae urbis (ut Calpurn. l. d. Sil. XV. 421, quem nolim dicere praeteritum esse a Lachmanno Lucret. IV. 619 p. 248). Borbet. Helmst. Rott. Gud. certae. certe. Coripp. Joann. I.38: incepti — plantaria Martis. Mazzucch. incerti. II. 354 pietas coepta. codd. certa. cetta. Unde quaeri potest an Rutilius It. I. 457: Incertus gemina discriminat arbore fauces Defixasque offert limes uterque sudes" intratum et transiri coeptum limitem his narraverit: Inceptus gemina discriminat arbore fauces Defixasque offert limes utrinque sudes" (cf. Martial. XI. 70, 5 utrinque. Berol. uterque. 81, 4 uterque. Heins. utrique. Drak. Liv. XXI. 45, 1. add. Stat. Theb. IX. 183: ingens limes utrimque datus"), Senecae autem Agam. 38: Sed sera tandem respicit fessos malis Post fata demum sortis incertae fides," quam „hypallagen esse pro sortis incerta fides" Gronovio credunt omnes, verum sit reddi: sortis inceptae, quo Thyestes sortem dicat multis sceleribus et funeribus inchoatam (v. 25 sq.) jam Agamemnonis caede ad exitum consummandam.

Itaque pro certo et explorato habemus quod restituimus a Statio insolenter fictum fuisse in eam sententiam, in qua poni potuerit: orsa lyrae scindo, ut Theb. XI. 197: scidit orsa novo terrore — Eumenis" (Vet. Schol. p. 1324: interrupit sermonem Adrasto Tisiphone institutum") cf. X. 558: lymphatam horroribus urbem Scindunt dissensu vario Luctusque Furorque." Add. Coripp. Joann. I. 294: sed scindere bellum Et miseras salvare animas, haec sola cupido." Sidon. Apollin. XIV. 29: Chiron — Carmen rumperet hinniente

cantu." Quem fere ad modum, ut haec afferam, ab eodem his Theb. IX. 682: Fecundam lasso Nioben consumpserat arcu" scribitur Diana fecunditatem Niobae exstinxisse et VIII. 636: tumidos liceat componere fratres" Ismene sedare fratrum tumorem atque iram, significaturque IV. 736: „nec spes humentis Olympi" pluvia, gloria VI. 565: onerat celeberrima natum Mater," juventae flos Silv. III. 4, 65: ne prima genas lanugo nitentes Carperet." Add. Sil. XVI. 392: decrescit anhelo Pectore consumptus Lampus" id est crebro anhelitu defessus. Catull. 64, 119, de quo dicetur ad v. 74. Ceterum ne hoc quidem comparare alienum est, quod legitur apud Marcianum Capellam IX. 912 p. 708: Salve, nostra cui perficitur chelys."

V. 33. 34.

„Illaudabile carmen nulla laude id est omni vituperio dignum. Ut illaudatus Busiris apud Maronem enarratur a Macrobio Sat. VI. 7" Barth. Animadv. p. 504 cf. Adv. XXVI. 1. p. 1257. et Theb. III. 706 p. 864 (cf. Jos. Iscan. IV. 428: Illaudata feros differt clementia motus"). Quae sententia doctorum hominum assensu confirmata quam vehementer repudianda sit, ne quas ambages circa rem perspicuam faciam, ipsa intelligi volo comparatione ejus vocis, quam poëta posuisse videatur. Nimirum pervagatissimus describentium error, de quo in Sinide V. 2 p. 98 not. 21 disseruimus, ad hunc quoque locum pertinuit, ut illaudabile fieret, quod fuerat illaetabile, ut apud Claudianum VI. Cons. Hon. 397: piae laetanda parenti" in Gul. laudata et Mamertinum Genethl. Maximian. 18, 3: laetabilius ac melius" in codd. Voss. Gud. Schwarz. laudabilius. Quod contra factum videmus esse apud Virgilium Aen. X. 449: spoliis ego jam raptis laudabor opimis" in Bigotiano libro: laetabor cf. Sin. V. 2 not. 21 p. 98 et in Ovidii Ibide 613: Muneribusque tuis laedaris in Moret. et aliis p.

457 Merk. laeteris. Vocem illaetabilis autem, quam aptissimam huic loco (ut V. 3, 1 lamentabile carmen) et peracute positam esse arguunt ipsa verba: juvat heu juvat et sententia versus v. 39, ipsi Statio receptam contestatur Barthius Theb. III. 706 p. 864 sq. et V. 633 p. 296 sq., a quo quae exprompta sunt satis est amplificare locis Virgilii Aen. III. 708: me — illaetabilis ora Accipit. Hic — heu genitorem — Amitto" et Senecae Tro. 861: Quicunque hymen funestus, illaetabilis Lamenta, caedes, sanguinem, gemitus habet" cf. Ovid. Met. IX. 255: cunctisque meum laetabile factum Dis fore confido" atque eorum comparatione, quae de hoc genere scite et praeterquam quod omisso Claudiano Ruf. II. 467: Cocytos Phlegethonque —: inamoenus uterque Alveus" plene explicavit Heinsius Aen. VI. 438 p. 72.

Proxima verba quum certam dederint conjectandi copiam Barthio Adv. XIV. 7 p. 776 et Animadv. p. 504: „Illaudabile et laudare non optime etiam tanta vicinia congruunt puro sermoni. Legendum fortassis: miserum lacerare dolorem — id est ipsa doloris verba miseris modis lacerare", Scriverio, a quo propositum esse cantare dolorem refert Gronovius Diatr. p. 512 not., Heinsio Adv. l. d. p. 894; „illaudabile carmen et laudare non recte concurrunt: scribe vel invitis membranis satiare dolorem vel saturare" (cui satius fuit vel hoc reparare: tractare dolorem, ut Sen. Tro. 1066. est: gaudet magnus aerumnas dolor Tractare totas" cf. Heins. Claudian. VI. Cons. Hon. 397 p. 496. Ovid. Art. Am. I. 741 laudare. Patav. jactare. Stat. Theb. IX. 796 jactavimus. Barth. cod. tractavimus. Burm. Nemesian. Ecl. I. 78 p. 469. Buenem. Lactant. I. 15, 2 p. 93 vel hoc: lactare dolorem, ποιμαίνειν τὴν λύπην Valck. Theocr. XI. 78 p. 145 et Eur. Hipp. 151 p. 182. Hemsterh. Anecd. p. 158 sq. Goens. Porphyr. de Antr. Nymph. p. 119. Wyttenb. Ecl. Hist. p. 380 sq. Blomf. Aesch. Ag. 652 p. 243 sq. cf. Heins. Ovid. Met. XI.

412 p. 780. Gronov. Obss. Eccles. XXIV. p. 268 Sil. XII. 721: pascere iras. VII. 497 nutrire furorem. Sen. Herc. Oet. 448 dolorem pascere. 351 fovere. Heins. Adv. I. 11 p. 119 et II. 2 p. 212 et Claudian. Pr. Cons. Stil. II. 115 p. 384 et Sil. IV. 724 p. 233 sq.), Cortio Lucan. II. 42 p. 190: „mallem stimulare dolorem,“ maluit Gronovius, quocum facit Imhofius l. d. p. 32, sic servare, ut sunt libris prodita. Laudare dolorem, inquit, dixit, quia nimirum in dolore seu luctu laudabatur defunctus. Laudare verbum funebre. — Fabius: defunctus laudaberis. Inde Statius: incompte miserum laudare furorem id est incompte laudare defunctum in dolore vel per dolorem miserum.“ Cui occurrit Marklandus his, quae probavit Duebnerus: „Non stare potest haec explicatio. Primum enim laudare dolorem non est laudare per dolorem vel in dolore, quod si voluisset Statius, dixisset incomto miserum laudare dolore, non dolorem. Nec de defuncto hic loquitur Statius, sed de se ipso per totum locum: laudare ergo dolorem est suum dolorem, quod tamen sensum nullum habet. Proinde depravata est vox laudare. Omnia sana tibi spondeo, si minima mutatione legas: nudare dolorem id est ultro ostendere et profiteri et cunctis notum facere dolorem meum duobus modis illaudabili carmine et squalore, unde sequitur cantuque habituque nefastum. — Haec interpretatio verissima est, conjectura vero simillima. — Pro incomte Parm. incomite. Si novam vocem fingere liceret, optime hoc loco scripsisset Statius incomtu. Comtus esset ornatus, cujus contrarium esset incomtus. Sed nihil sine exemplis admittendum.“ Omitto vocabulum sinistre fictum, omitto levitatem non recordantis dolorem a multis dici doloris caussam (Ovid. Pont. III. 3, 73. Her. XI. 111. XIII. 104. Sinid. cap. V. 2 p. 88 cf. Obrecht. Dict. Cret. I. 5 p. 26. Burm. Lucan. II. 266 p. 102); non omitto usum verbi nec exemplis Nemesiani Ecl. IV. 11: nudarunt vulnera. Ovidii Am. II. 5, 5: nudant tua

facta tabellae. Burm. Phaedr. Prol. III. 47 p. 115 (quibus similia apud alios scriptores multa extant Gron. Liv. XLIV. 38, quem laudat Heinsius Claudian. R. Pros. I. 213 p. 559. Drak. Liv. XXXIII. 21, 8. Huschk. Tib. IV. 7, 2 p. 642) commode excusatum nec ad sententiam aut versus 8 sq. aut v. 65 satis congruentem. Itaque quaecumque docti homines eruerunt, levia sunt omnia et in nullo discrimine ponenda. At Statii ingenio et consuetudine dignius et ad sensus quandam vehementiam exprimendam efficacius, denique omnibus veritatis numeris praestabilius dicendi genus ita videmur consequi, si et miserum dolorem jubeamus esse mersum (terdena enim luce parata se haec scribere dicit poëta) et laudandi verbo id succedat, quo praeter Lucanum et Silium neminem magis delectatum esse scimus, quam Statium, laxare (lanxare Lips. 2 Lucan. III. 72 cf. Conject. XI):

incompte mersum laxare dolorem.

Et illud quidem confirmatur locis primum Senecae Oed. 924: Ac mersus alte magnus exundat dolor. 797: Effare, mersus quis premat mentem timor" et ipsius Statii Silv. V. 1, 200: ore ligato Incubat amissae mersumque in corde dolorem Saevus agit" (in quo loco attentando Marklandus tam devius fuit, id quod arguit Imhofius l. d. p. 20, quam hic in nomine incomptu comminiscendo, cum satius esset memoriam Parmensis libri vel ad hoc deducere: in corde inmersum), deinde Ovidii Met. I. 380: mersis fer opem, mitissima, rebus. Menard. miseris et, quem contendit Burmannus p 52, Claudianum B. Gild. 611: miserisque graves crateras ab Argis. Oxon. mersis. Add. Conject. XII. Alteri autem eorum, quae protuli, fidem faciunt exempla Achill. I. 508: irrumpe deos et fata latentia laxa." Vet. Schol. p. 1686: laxa) aperi, ostende nobis." Quintiliani Decl. XIX. 7 p. 369: evolvere animum, quem super sua secreta compositum non laetitia, non dolor, non necessitas, non Fortuna laxaverunt." VIII. 5 p.

169: labentes oculi ad nostras exclamationes — admissa paulatim luce laxantur." Markl. p. 356 Silv. V. 1, 256: Lumine purpureo tristes laxare tenebras," quem fefellerunt cum alii loci tum Theb. XII. 204: laxabant astra tenebras" (cf. Silv. IV. 4, 13 polum. Theb. IX. 434 aera. IV. 1 annum. II. 130 genas. Achill. I. 327 cf. Heins. Claudian. p. 950 brachia. Theb. VII. 353 caede pharetram. IX. 879 cassidem. II. 475. Achill. I. 429 ferrum) et Martial. X. 104, 17: aura portum Laxavit melior" ac Sil. XIII. 550: laxata lucida nocte Claustra nitent. VI. 319: laxabat ferro campum et Claudian. Sec. Cons. Stil. 228: Bacchoque paternum Jam pulsante femur. Vatic. Oxon. Pal. Pric. Rott. vere laxante. Prob. et Olybr. 74: laxaverat Alpes. Arator. II. 877: laxate supernis Corda, precor, monitis." Verum infinitae operae est percensere omnia, quae aut his similia sunt aut Silio XI. 287: Bacchi munera duram Laxarunt mentem" iisque, quos in Conjectaneis XI memorabimus, aut Ciceroni de Orat. III. 61, 230 Virgilioque Aen. IX. 225 curam laxare aut illi exemplo Theb. VI. 831: armiferas laxare adsueverat iras. Petron. 108 p. 644: nec tamen cujusquam ira laxatur." Burm. 82. p. 427. Duk. Flor. II. 4, 2 p. 256. Arntz. Arator. I. 12 p. 36.

V. 35.

Nihil hic discrepat, nisi quod in Rehdigerano libro invenitur: habituque nes.... Quod quominus statuamus provenisse illo litteras s et f permiscentium errore, de quo in Conjectaneis XI. copiosius disseremus, et multis et magnis prohibemur caussis. Et primum quidem aliquam ea res injicit dubitationem, quod et ipse poëta dicitur nefastus, non cantus et habitus, et usitate loquitur, qui homines nefandos dicit, non nefastos (cf. Doederl. Synon. II. p. 150. Drak. Liv. VI. 28. 8 p. 254 sq. Quintilian. I. 3 p. 37: nefandi homines isto caedendi jure

abutantur") ut nefandam conjugem Theb. VII. 787. VIII. 120. Ovid. Nuc. 109. fratres Achill. I. 111. ducem Theb. XI. 552. add. 341. IX. 18. VII. 386. Caesarem Lucan. IX. 558. matrem Sen. Oed. 1031. ibid. 1026: nefastum spiritum ferro exige — rependam sceleribus poenas pares — Mater nefanda. 1015: nefandos dividat vastum mare." Hipp. 920: celat audacem quies, Pietas nefandum." Ut vel hinc praesertim suffragante, ut videtur, verbo deficiendi v. 42 duci aliquis queat ad suspicandum Statium cantui et habitui negantem potius, quam cantu nefastum dictum esse, ut est apud Paulinum Epist. ad Auson. I. 3: Negant Camenis nec patent Apollini Dicata Christo pectora" et Lucanum VIII. 3: stimulisque negantem (cornipedem). Heins. Claudian. Eutrop. I. 128 Add. p. 1016. Gronov. Diatr. I. p. 462 sq. Markl. III. 5, 5 p. 293 et 1, 122 p. 263. Sed ne quid levius agatur, exquirendum est, qua sententia illae partes: Sic merui, sic me cantuquo habituque nefastum Adspiciant superi et ipsae inter se contineri et ex reliquo carmine aptae esse videantur. Quod quidem negotium vix mediocri docti homines prosequuti sunt cura. Namque Barthius haec attulit: „nefastum habitu et voce exsecrabilem et profanum hominem infelicemque referentem. Adspiciant superi: ulcisci vult superos, quia nemo nesciebat talem tantorumque operum poëtam meliori fortuna dignum esse ideoque nemo non deorum injustitiam erat devoturus haec videns," pauciora Marklandus v. 33 p. 406: „nefastum cantu propter illaudabile carmen, habitu propter incomte." Quid ergo est? verbis sic merui confessionem fieri sceleris perpetrati constatne exemplo et Ovidii Pont. I. 5, 70: Hoc mea contenta est infelix Musa theatro: Sic merui; magni sic voluere Dei" (cf. Her. IV. 126 p. 52. Stat. Theb. VI. 168 et Peerlkamp. Aen. III. p. 214) et Valerii Flacci VII. 420 tantis me opponere monstris Quid meritum? ejusdemque Ovidii Met. II. 290: exitium fac me mer-

uisse; quid undae, Quid meruit frater? XV. 125. Art. Am. III. 45. Her. VII. 77. Sidon. Apollin. V. 88: Quid merui? fatis cogor tibi bella movere." Prop. I. 18, 9: Quid tantum merui? cf. Ruhnk. Ter. Andr. I. 1, 112 p. 22? Atqui longe aliud proferretur atque inculcaretur necesse fuit: hoc enim poëta profitetur et prae se fert v. 3—8 nullius sceleris se sibi conscium esse et ne post poenam quidem posse fateri commissa. Unde manifestum est recedendum esse ab illa errorem aut facinus fatentium formula sic merui, inducendum, id quod nullo negotio fieri dicetur in v. 53, hunc dubitandi modum: si merui sive, ut Burmannni Prop. p. 931. b verbis utar, si peccavi, quo modo usum Ovidium videmus Met. II. 279: Si placet hoc meruique, quid o tua fulmina cessant, Summe deum?" Nuc. 177. 179: Si merui videorque nocens, imponite flammam;" et in alia sententia Fast. III. 834: Si mereor, studiis adsit amica meis" et Statium Silv. II. 1, 29: Si merui luctusque tui consortia sensi." III. 4, 101. Theb. XII. 267.

Sequitur, ut hic evolvatur sententiarum ordo: Nihil commerui; sed tanto malo prostratus quum non sim scelere nefandus, at cantu certe et habitu jam nefandus videar. Quis enim) ut Quintiliani VI. prooem. p. 492 verba transferantur mihi bonus parens ignoscat, si studere amplius possum et in noto et solenni genere non deficio (v. 42)? ac non oderit hanc animi mei firmitatem, si quis in me est alius usus vocis, quam ut luctus insania subactus Fortunam incusem insanabilis vulneris auctorem et nihil jam edam Thebaidis et Achilleidis simile (v. 36 cf. Sen. Phoen. 267: facinus efferum. — Quod parricidam pudeat"), sed omnia incompta atque implacida (34. 37), denique non minus ferali et vere effero (v. 23) carmine, quam sumpta pro lauro taxo et cypresso (cf. Sen. Oed. 555: ipse funesto integit Vates amictu corpus. — Mortifera canam taxus adstringit comam") novo et quasi inferno adspectu (cf. Oed. 49: inferna species. Stat. Theb. VI. 208: pro-

spectū nefasto) incestem diem et superos deos turbem? De sententia igitur habere videmur quod liqueat, de verbis reperiendum est. Suspiciosum enim est, ut supra diximus, nefasti nomen in eo positum, qui dici solet nefandus. Accedit Rehdigerani libri memorabilis discrepantia damnumque non leve, quod certissimum manet argumentum indiciumque obscurati atque intercepti vocabuli minime vulgaris. Quale est id, cui illa ipsa vox nefandus (vel nefastus cf. Sen. Oed. 274: nefandum facinus. al. nefastum) apud Lucanum in Lips. 2. Marp. Bongars. successit VII. 869: „O superi, liceat terras odisse nocentis." Lucano autem, ut quam accuratissime exigatur fides reliquiarum nes . . , in hunc statum: nocentem collectarum, subjungere licet primum glossam codicis optimi et Pulm. Theb. IV. 640: sontes lege morae) noscentes exspectant illos", quam Barthius p. 1178 tantum abfuit ut sic reconcinnaret: sontes) nocentes. Certa est) exspectant illos," ut hoc modo proderet: sontes) noscentes. lege) exspectant. certa est) illos;" deinde eos locos, quos vocabulorum caesis et caecis aliorumque multorum testes permixtorum dedimus Valg. p. 57 sq. 504 add. v. 85 Rehd. accercere. 46 cum (sant). 74. seu (ceu) addereque eos, in quibus voces nocens et recens aemulas invenimus, ut Ovid. Met. VII. 526: Caussa nocens cladis. tres codd. recens. Burm. Lucan. VI. 543. p. 432, et tonuerunt: tenuerunt Burm. Claudian. Olybr. 208. p. 20. Martial. IX. 52, 1 mereris. Anglic. moreris, alibi Phegida: Phogida Burm. Prop. I. 15, 15 p. 148. effusa: offusa Theb. V. 95. Joseph. Iscan. VI. 132: quantos dextra victrice negantes Ense palam sterno," ubi fortasse aliquis Dresemii invento: gigantes hoc: nocentes sic praeferet, ut apud Propertium III. 3, 61: tormenta nocentum Lobeckii Hauptiique Ind. Lectt. Berol. Hib. 1854 p. 7 emendationem nomini gigantum. Tacit. Germ. 38: capillum retro secuntur," quod dubitari potest an fuerit comuntur cf. Ovid. Met. XII. 320 arma moventem. Vatic. al. sequentem. Add. adnott. v. 84.

Ut Statium intelligamus cantuque habituque nocentem sive impium (Claudian. Ruf. I. 14. Burm. Val. Flacc. I. 850 p. 141) et facinorosum ac profanum, ut interpretatur Spanhemius Callim. Apoll. 2 p. 50, sic dici, ut Theb. XII. 508 Regnorumque inopes scelerumque errore nocentes" et a Seneca Oedipus dicitur profugus Dircen linquere „Regis caede nocens" 235 et Herc. Fur. 1255: rex manibus aut aris nocens." Phoen. 538: Genas parentis, scelere quas nullo nocens Erroris a se dira supplicia exigens Hausit." Hipp. 1167: Amore semper conjugum aut odio nocens. Martial. V. 69, 2: Antoni — levius tabula, quam Cicerone nocens." IX. 30. 2: o tristi crimine terra nocens (Theb. V. 592: terraeque illisa nocenti) cf. Val. Flacc. V. 659, quo utitur Peerlkampius Virg. Aen. I. p. 11: quo crimine sontes. Ovid. Met. XI. 268: fraterno sanguine sontem." Postremo ne hos quidem locos alienum est contendere: Ovid. Met. XIII. 70: Adspiciunt oculis superi mortalia justis" cf. Arntz. Arator. I. 172 p. 73. Trist. I. 2, 94: quid quem fugat ille, tenetis? Adspiciat vultus Pontica terra meos. Et jubet et merui;" nam superi adspicere poetam omnium, qui in hoc orbe sunt, maxime miserabilem atque invisum sic dicuntur, ut Sol Thebanos jam praeclarissima omnium, quas umquam reportasse feruntur, victoria potitos a Sophocle Antig. 105 sq., cujus sententia a nobis Theb. Parad. II. 4 p. 143 enodata multorumque locorum, quibus similes attulerunt Wyttenbachius Julian. p. 189 sq. et Peerlkampius Xen. Ephes. p. 375, comparatione illustrata nondum id effecit, ut de Dirces mentione recte sentirent Meinekius Philol. XVII. p. 559 et Vischerus Mus. Rhen. XX. 3 p. 453 sq.

V. 37.

„Nil jam placidum manabit ab ore. Immo placitum: nil quod ante placuit, posthac manabit ab ore. Unde modo dixit pudeat Thebasque novumque

Acaciden. Ita Theb. VII. 190: placitusque vagae Nycteidos ardor, ut recte ex scriptis Gronovius, quem vide et Heins. Ovid. Her. XIX. 203 et Art. Am. I. 37 et Drak. Sil. I. 11.“ Haec Marklandus. Quem sententiae loci vere capiendae imparem fuisse perspicuum est ex iis, quae ad v. 35 commentati sumus. Hoc enim poeta fatetur luctus impotentia factum iri, ut implacidissima quaeque jam a se proferantur. De cujus vocis vi et usu subtilius explicandi locum dant Emendationes Prop. cap. VI. 2. Nec hoc quidem Marklandus, quem sequuntur Duebnerus Queckiusque, vidit sibi scribendum fuisse: nil jam placiti manabit ab ore“ cf. vel Bentl. Hor. Carm. I. 3, 37 p. 14.

V. 38.

Vitio hunc versum affectum esse adhuc nemo perspexit. Primum enim ipsa bipartita sententia vetat utrobique idem poni: „ille ego, qui blandus potui mulcere dolores. Ille ego lugentum mitis solator.“ Deinde repetita vox qui et hoc docet satis in priore parte cavisse poetam, ne sibi quasi demensa responderent similia ac paria (quid enim interest inter matrumque patrumque vulnera et vivos dolores?) et signo est intercepti ejus verbi, quod alteri illi: potui mulcere praemunitum videtur fuisse. Ita sentienti suffragantur libri Rehd. et Parm, qui tenent blando. Quod ut difficile ad expediendum est quo pacto planissimae vocis blandus locum occupaverit, ita non dubium et argumentum et adminiculum est restituendi verbi pandi. Hoc ipsum enim per temeritatem litteras prave appellantium exolevisse docet comparatio eorum locorum, in quibus controversiam fecerunt et laudabilis: lactabilis (v. 33) et Parthe: Barce Claudian. B. Gild. 159, pacatus: bacchatus aliaque multa (Anal. Prop. V. p. 35. Quaest. de Tanusio Gemino IV. p. 28), et blandus: pandus (Heins. Ovid. Met. X. 271 p. 709 et Her. XVIII. 131 p.

269, cui de pandis delphinis Silv. II. 2, 121 merito assensum non praebuit Burmannus), res blanda it: respondit, poena: plena, λύπη: lybe (Conject. VI), alia, quae nunc praeterco; nam de utroque errore plenissime disserendi copia fiet in Emendd. Prop. VI. 2, hic autem adnotasse attinet Frisingensis libri scripturam Theb. XI. 103: plandamque precatu Antigonen" et XII. 246: planda laboris" et Lactantii Monac. B Theb. II. 665: belles damarum, quae νεβρίδες dicuntur." Quomodo igitur pando in blando et hic et, ut suo loco obtinebimus, v. 83 degeneraverit, vides; quaerenti autem, quam habuerit etiam melior grammaticorum pars caussam pando potius, quam pandi scribendi, hoc suggerimus: pandi visum nonnullis fuisse nullo exemplo dictum. Sciunt vero id usurpatum Charisius III. p. 246, 15: „nona forma est, quae perfectum facit secundae personae dempta s littera velut mando mandis mandi, pando pandis pandi" et Priscianus Partit. XII. Vers. Aen. X. p. 504, 15: pandebam pandi panderam pandam."

Sed quo distinctior duarum, quibus prior sententia continetur, partium fiat descriptio, hoc amplius censeo id vocabulum, quo nullum in hoc carmine crebrius est (v. 43. 49.) eadem fraude atque in versibus 53. 65. 82 hic insedisse summoto nomine maxime vicino (Sidon. Apoll. II. 312: bis septena sonare Vulnera Tantalidum, quorum tibi funera servat Cantus." VII. 536: patriae — vulnera — funera mundi.") funera, id quod plurimis in locis accidisse testantur Marklandus V. 1. 18 p. 343. Drakenborchius Sil. I. 399 p. 35. Burmannus Quintil. Decl. XII. 26 p. 268 et Claudian. Ruf. II. 416 p. 100, cf. Burm. Anth. Lat. I. 178, 444 p. 185. Koot. II. Hom. Epit. 1043 p. 315, ipse confirmo his exemplis: III. 163 funera. Put. vulnera. VI. 175 vulnere justo. cod. optim. Barth. funere. XII. 383: mea funera plangis. Frising. vulnera. Silv. V. 1, 18 (Conject. X I). Prop. III. 9, 37 issent — melius tibi funera. Askev. vulnera. Virg. Aen. II. 539: patrios foedasti funere vultus. Ven.

Parrh. Hamb. sec. vulnere. Ovid. Pont. I. 9, 17: flentem mea funera vidi. codd. Burm. p. 736 vulnera. II. 2, 23 vulnera saeva mineris. Voss. funera. Trist. I. 3, 35: clipeum post vulnera sumo. Pal. Seguer. Heins. funera. Ib. 245: ex me tua vulnera disces. codd. duo Heins. funera. Neque utrum horum elegantius dicatur, latet per Senecam Cons. ad Helv. 16: „Si numerare funera Corneliae velles, amiserat decem." Propertium II. 23, 16: Altera (valva) moerebat funera Tantalidos. Sen. Agam. 275: Tu Tantalidos Funera matris victrix numeras" (unde suspicari licet a Sidonio Apollin. XXII. 91: Niobe — Vulnera tot patiens, quot spectat pignora ventris" memorata fuisse funera). Stat. Achill. I. 85: quanta Adspicies victrix Phrygiarum funera matrum" cf. Theb. VI. 172: sic aequa gemant mihi funera matres Ogygiae", cui contrarium legitur Theb. IX. 634: miserae sine funera matris Audiat ille prior." Quam rem jam tandem animadversam licebit alias ad aliquot locorum emendationem conferre. Quid autem ad ipsam poetae professionem definite designandam accommodatius et aptius dici potuit, quam hoc: matrumque patrumque funera a se pándi ante solita esse? Sic enim idem Statius Theb. V. 218: Non ego nunc vulgi quamquam crudelia pandam Funera. 244: trepido scelus ordine pando, Quis dolor, unde animi." 46: Pande nefas laudesque tuas gemitusque tuorum." Claudian. Eutrop. II. 193: tempore pandit Arrepto gemitus. Val. Flacc. I. 740 et Sil. X. 504: Talia dum pandit." VI. 206: ductori singula pando. XVII. 172: adeunt mandata ferentes Legati patriaeque extrema pericula pandunt." Barth. Silv. I. 5, 30 p. 138. Gronov. Obss. IV. 12 p. 655. et Diatr. p. 297. Heins. Claudian. Prob. et Olybr. 248 p. 23.

Quibus ita deliberatis referre prope piget a Marklando hoc pronuntiatum esse: „qui vivos potui mulcere dolores. Nihil mutant editiones et tamen, nisi fallor, scripsit Statius veros dolores, non fictos, non simu-

latos dolores, sed veros, qui maximi sunt et amarissimi et mulceri difficillimi. Sic Praef. lib. III.: cum ingeret veris (quod amarissimum est) lacrimis senem patrem. Ita veros timores Val. Flaccus VI. 459 et alibi. Hor .Carm. I. 37 et Epist. I. 16. veros fletus Ovidius Met. XI. 673. vera gaudia. Her. XIII. 108. verus ignis Prop. I. 9. Burm. Ovid. Art. Am. I. 62. Contra apud Hor. Art. Poet. 418 pro vivas voces supposuerunt veras. vid. Val. Flacc. V. 395." Quae nullam requirunt redarguentis argumentationem; adeo sunt non modo inutilia, sed aliena; nec si omnium codicum consensus concentusque teneret veros, dubitari ullo pacto posset, quin reddendum esset Statio: vivos dolores. Nam vel Barthius p. 504 ille quidem Marklando incognitus satisfacit: „vivos) recentes, nondum sopitos." Inter quos dolores difficilis solet esse accessus ad aures, ut est Silv. V. 1, 19. Ceterum non vereor, ne quis Rehdigerani libri memoriae quotiens tantum tribuat, ut hanc orationem velit constitui: ille ego, qui quoties pandi — Funera, quam vivos potui mulcere dolores" sive memor Burmanni Grat. 47 p. 49. Oudendorpii Apul. Met. III. p. 181. Dederichi Dict. Cret. III. 26 p. 335 sq. sive hujus interpretationis auctor: qui dolores (quam vivos!) mulcere potui." Idem enim error cernitur apud Martialem II. 29, 3: Quaeque Tyron totiens epotavere lacernae. Berol. Voss. quotiens. III. 50, 8: totiens si mihi ponis aprum." Voss. quotiens. XI. 21, 3: Quam rota transmisso totiens intacta petauro. Berol. Hannov. Wolf. quotiens. XIII. 10, 2: Pistori totiens cum sit et apta coco. Bongars. quotiens.

V. 41.

Vir doctus ap. Gronov. Diatr. p. 587 scribi jussit pubescentibus umbris. Rectius sensit et Barthius p. 504: descendentibus) adhuc nondum ad sua loca delatis. Alioquin eo unus omnium descensus" et Gronovius p. 587:

„nos meminimus illud III. 3, 205: Audit et immites lente descendit ad umbras. Illustrat etiam illud Senecae de morte Claud.: dum descendunt per viam sacram, interrogat Mercurius — num Claudii funus esset? — Delectabatur laudibus suis Claudius et cupiebat diutius spectare. Ovid. Met. IV. 434. Lucan. VI. 653.“

V. 43.

„Sed summa) ut in summo meo periculo et discrimine“ Barth. At Marklandus: „cujusnam usus sunt istae voces sed summa? Ego quidem nescio. Corruptas esse scio, sed non possum in praesens mederi. Video eas tentasse Heinsium ad Ovid. Pont. IV. 11, 20 hoc modo: sed vana. Infeliciter: nemo enim quaerit vana fomenta vulneribus suis. Nisi τὸ vana adverbialiter et Graeco more pro frustra sumi voluerit vir summus; quomodo tamen Statius non scripsisset propter ambiguum. Latet epitheton τοῦ fomenta.“ Ita ille id ipsum nimirum defendens, quod nequierat monstrare quale esset. Cui merito certe hic non accessit Duebnerus. Verum, inquit, restituit Weberus ex cod. Rehd.: vulneribus, quae summa, meis“ (quae eadem posuit Queckius p. XXVII). In Rehdigerano enim est vulneribusque summa (quae, ut dicit Imhofius p. 41); constat autem et „in que et quae — permiscendis sexcenties peccatum esse a librariis“ (Seyff. Cic. Tusc. IV. 6, 14 p. 75*) et, id

*) Unde non dubito Corippi locum Joann. VII. 214: Nec, socii, transacta dies neo crastina pugnae Apta datur dominoque sacrata per orbem est“ (durae dominoque vel pia enim Bekk.) hoc supplemento resarcire: domino quae desacrata per orbem est,“ ut est apud Statium Theb. IX. 584: Quercus erat, Triviae quam desacraverat ipsa“ cf. Dres. Joseph. Isc. I. 281 p. 19. Salm. Capitolin. M. Antonin. 18 p. 360. Quantum autem hic Statii oblivio, tantum recordatio Virgilii Aen. IX. 340 et X. 724: Suadet enim vesana fames“ nocuit ei loco, qui IV. 1088 sic legitur: „leones, persuadet quos dura fames.“ Quem librariorum errorem tollere promptum est

quod memorabili exemplorum modo comprobabimus in Emendd. Prop. IX. 2, cum ab aliis poetis tum a Statio verbum esse in hoc locorum genere, de quo est Achill. I. 178 (Virg. Aen. XII. 388): subit rapido, quae proxima, saltu Flumina," omitti solitum esse.

Itaque vulnerum illorum certa reperta est medela; adhibenda jam manus medica ad id ulcus, quod in eodem versu latere ut pertenui ita non dubio patefit indicio editionis Parmensis („ex optimis membranis expressae" Heins. Claudian. Ruf. I. Praef. 4 p. 27. add. Epist. ad Falconer. CCCCLXI. p. 530. Syll. V) hocce: amicam. Ut paucis absolvam: quod primum legenti haec mirantique et compellationem istam amicorum non omnium, sed eorum, quibus poeta affuerat laborantibus, et incredibilem inertiam ne terdena quidem luce impie cessare desinentium et brevitatem orationis tam circumscripte et parce Statii non hercle solos amicos consolati officia laudesque complexae sensus poetarum lectione imbutus statim subjecit, id ab ipso Statio positum fuisse arbitror. Quid enim aptius et dilucidius hoc ordine:

Deficio medicasque manus fomentaque quaero
Vulneribus, quae summa, meis. Nunc tempus agi rem:
Quorum ego manantes oculos et saucia tersi
Pectora, reddite opem et seras exsolvite grates.
Jam . . . .?

Ut vehementissime improbem istud, quod Lindenbrogius, Barthius, Marklandus, alii adhibuerunt, artificium can-

---

comparatione loci Quintilian. VIII. 2: „pervasit — multos ista persuasio" in iis libris, quos nominavit Burmannus p. 677, sic exarati: persuasit — multos" et Nazarii Pan. Constantin. 32, 3: quo odium ejus pervaserat. Guelf. persuaserat. cf. Tacit. Ann. XIII. 16: venenum — artus pervasit." Seren. Sammon. IX. 116: ita pervadit vis frigoris ac tenet artus." Sil. VII. 427: ora repente Pervasit pallor." Arntz. Arator. II. 645 p. 217 cf. Drak. Liv. V. 18, 10 p. 155. Aliud placuit Silio V. 312: Quamvis longa fames stimulet, leo —" et auctori Epit. Iliad. Hom. 397: „leaena, Quam stimulat jejuna fames."

cellis quibusdam circumscribendi verba: quorum ego manantes oculos et saucia tersi Pectora" tamquam reliquo sermoni parum adjuncta. Sed ut reddam, quod in hac caussa maximum est, succurrerat nobis, quod ab Virgilio Aen. V. 638: hic quaerite Trojam: Hic domus est, inquit, vobis: jam tempus agi res" sumptum et Statius in Thebaidem transtulit V. 140: „quin, o miserae, dum tempus agi rem, Consulite" (cf. Sil. XVI. 615: stimuli si laudis agunt nos") et Claudianus aemulatus est R. Pros. I. 218: „nunc matre remota (Rem peragi tempus) fines invade Sicanos," de quo nunc satis est commemorasse, qui subtiliore cura, quam Columna Enn. p. 122 commentati sunt, Barthium Theb. l. d. p. 96. Heinsium Claudian. p. 560. Burmannum Aen. p. 679 sq. Peerlkampiumque p. 341; convenientius enim est, unde tanta labes manavisse videatur, indicare Silv. V. 2, 38: quod tempus amicum Fraudibus." II. 1, 16: Jamne preces — fessus non indignaris amicas?" Denique quamquam minor, similis tamen est levitas apud Horatium Carm. III. 2, 1: amice pauperiem pati" temere praeferentium amici.

Sed ne quid praetermissum putes, Marklandus ne illud quidem recte, quod „poeticam ait p. 407 hanc postulare lectionem: nunc tempus, amici, — reddere opem saevasque exsolvere grates." Contradicunt Silius XI. 194: Nunc hora, viri, nunc tempus: adeste, Dum Capua dignum, dum me duce dextera vindex Molitur facinus" et 397: agite, o mea turba, precor, nunc tempus: adeste Et Tyriam pubem tacitis exurite telis" et Valerius Flaccus I. 306: Tempus adest: age rumpe moras" atque Corippus Joann. VI. 412: Tempus adest, socii: prensos rapiamus ab hoste" (Columell. X. 163: date nunc sua matri Pignora: tempus adest"). IV. 1052: Nunc tempus: pretium, juvenes, deposcite belli" et ipse Statius Theb. XI. 248: Ille vocat: Nunc tempus erat, sator optime divum?" cujus ejusdem haec verba 157: tunc tempus erat — ire ultro primamque

capessere pugnam" praestabat a Marklando afferri, quam Horatii illa: Ornare pulvinar deorum Tempus erat dapibus sodales." Similiterque Graci et ὡς ὥρα τάφου μνήμην τίθεσθαι Eur. Phoen. 1578. Valck. Theocr. Adon. 25 p. 323. B. Baehr. Plut. Flamin. 21 p. 132 et σύντειν'· ὥρα, ποδὸς ὁρμάν Eur. El. 112. ἐπεὶ δὲ ὥρα ἦν, οἱ τεταγμένοι προσιώντες λούσασθαι αὐτὸν ἐκέλευον Xen. Cyr. Disc. VIII. 7; 4. Τί ποτ' ἄνδρες οὐχ ἥκουσιν; ὥρα δ' ἦν πάλαι Aristoph. Eccl. 877. Scilicet posse tam fortiter affirmare sibi visus est Marklandus, quod quae „a se emendata" ait, ea occupata videret ab Heinsio Claudian. Ruf. I. Praef. 4 p. 27. Qui quidem, ut ego arbitror, hoc sequutus erat, ut et cancelli tollerentur et oratio adminiculo vocis que adjuvaretur. De quo adminiculo consensit Marklandus, inde Duebnerus et Queckius. Nostrum vero animum auctoritas Rehd. eo inclinat, ut nulla eorum ratione habita, quae infra in v. 82 posita leguntur, memor disputationis Sin. VII. 2. not. 39. add. Ovid. Fast. IV. 894: e Latio. Guelf. et Latio. Quintil. Decl. II. 8 p. 45: vitae et lucis Voss. vitae lucis Colb. Leidd. Conject. XVIII. institutae existimem id factum esse opem saevas, quod fuerat opē et saevas: opem et saevas. Verum hoc ipsum saevas in disceptationem vocandum arbitror. Quod cum sententia loci parum congruens (sic enim enarrat Barthius: „saevas grates: in summo dolore vim refricantes malorum") ex Silv. II. 1, 5: Quam jam egomet cantus et verba medentia saevus Consero" (cf. 6, 96: Quid caram crucias tam saevis luctibus umbram?" V. 1, 177. III. 5, 49) huc translatum videtur, quum hoc potius scripto opus esset: seras exsolvite grates": suo jure enim poeta increpat, quos tardena luce in luctus partem vocat cf. V. 1, 16 sq. Saepissime autem voci serus alteram illam nocuisse testes sunt Heinsius Ovid. Am. III. 6, 71 p. 494. Broukhusius Prop. I. 7, 20 p. 33 et Burmannus 13, 10 p. 132. Drakenborchius Sil. VIII. 337 p. 417. Marklandus Silv. II. 6, 97 p. 251.

Burmannus Quintil. Decl. CCCXIII. p. 618 et Val. Flacc. VI. 432 p. 542.

V. 46 — 48.

Non leviter Marklandus erravit, qui reprobato Lindenbrogii, quem sequutus est Gronovius, invento: „cum vestra domans ego funera moestos Increpito" hac arte sibi visus est meliorem eum locum fecisse: Nimirum tunc vestra domans ego vulnera, moestos Increpui: nunc damna dolens alterna, reposco Infelix lacrimas et mitia carmina quaero. Quae commenta quamvis Duebnero probata nihil jam attinet minutiore cura confutari. Nec magis successit inceptum Queckio, qui vestigia Vrat. et Capilup. sequutus p. XXVII. scripsit: Nimirum nunc vestra domus ego funera moestus Increpitans nunc damna dolens aliena repono Infelix lacrimas et tristia carmina solvo" neque Imhofius l. d., qui restitui jussit p. 41 nostra, p. 32. non cohibuit assensum propter spretam librorum memoriam: carmina servo. Ante hos autem — nam omitto Barthium p. 505: repono servo) cum veto aliena doleri funera, repono meas lacrimas, ut me ipsum postea deplorare copiosius possim" — Heinsius, cujus nemo mentionem fecit, haec Adv. IV. 4 p. 594 sq. exprompserat: „Domans legebam olim et hoc ex scripto jam occupavit Gronovius. Idem maestos Increpito. Sed cum in editione Parmensi legatur Nimirum cur et deinde Increpitans qui damna dolens fors scribendum sit: Nimirum cur vestra domus ego funera moestae Increpito, qui damna dolens aliena repono Infelix lacrimas et tristia carmina servo? vel eo increpitans, ut alibi: Ibam altum spirans. Nam cur ego vestrae domus funera increpito, si dolens damna a me aliena nunc effundo lacrimas et tristia carmina in gratiam servi? damna aliena hominis alienigenae et servi. Quibus illustratur castigatio nostra in Plinio jam proposita l. 17. p. 181 de alienigena servorum majestate,

quae in famulos non solet cadere.“ In quibus insunt, quae merito vituperes.

In alia omnia discedendum esse perspicuo argumento est codicis Rehdigerani, quae fere eadem est editionis Venetae, diversitas: nostra domus — mestus Increpitans qui — repone — serva. Quam contemplato statim fraus dilucere coepit mirifico tot errorum, quos procedente tempore admissos videmus, proventu memorabilis. Namque ipsam suam domum Statius loquentem induxit et haec loquentem:

> Ego munera mortis
> Increpito; heus qui damna doles aliena, repone
> Infelix lacrimas et tristia carmina: serva.

Quam orationem non magno conatu redintegravimus. Primum enim funera et munera saepissime inter se permixta sciunt, id quod incompertum fuit Marklando Praef. p. VIII, Heinsius Ovid. Met. III. 137 p. 182. Burmannus Nuc. 131 p. 838. Cortius Lucan. VIII. 741 p. 382. Vorstius Valer. Max. VIII. 15, 1 p. 347. Staverus Nep. Eum. 4, 4 p. 516, confirmare licet exemplis Statii Theb. VI. 71: parvique augescunt funere manes.“ codd. Barth. munere. XII. 54: supremo munere. Put. Colb. funere. Juvenci II. 408: Ultima supremae celebrabant munera pompae; hoc enim in codice Cortii l. d. legitur rectius, quam funera Fabric. p. 478. B. Voci moestus autem sufficere mortis in expedito fuit propter locum Silv. V. 1, 181: Linquo equidem thalamos salvo tamen ordine maesti, Quod prior“ a nobis simul et Parmensis libri et Rehdigerani discrepantias: moestis. montis et Eleg. de Phoen. 99: cineres in morte coactos. Oxon. in monte recordatis sic: „salvo tamen ordine mortis“ ante correctum, quam in margine codicis Parisini extare ipsum mortis consensumque Imhofii p. 19 nossemus. Recte autem dici „munera mortis Increpito“ comprobasse sufficiet exemplis primum Catulli 101, 3: Ut te postremo donarem munere mortis. Broukh.

Prop. I. 17, 23 p. 73. cf. Burm. Eleg. de Phoen. 158 p. 1070 (quamquam non dissimulo futuros esse, qui Romanae editioni contra Catullum faventes praeferant sive munera, questus, ut v. 48: lacrimas et carmina", sive hoc: munera questus, nt Juvenc. l. d. Paulin. Petrocor. Vit. Martin. V. 15: sanctifici munera tactus. Wopk. III. 300 p. 875 Misc. Obss. Nov. VIII. Markl. Silv. II. 1, 135 p. 219 vel munere questus, ut Auson. Protr. ad Nepot. 24. Prop. IV. 7, 12); deinde Propertii I. 17, 6: saevas increpat aura minas" et quae collegerunt Heinsius Sil. XIV. 373 p. 719 et Wernsdorfius Lucil. Aetn. 61 p. 101. Ovid. Halieut. 79: (canes) prodnnt clamore feram dominumque vocando Increpitant." cf. Virg. Aen. VII. 451: Verberaque insonuit. Burm. Prop. IV. 11, 59 p. 909. Namque voci funera (vel funere vid. adnot. v. 53) locus concedi nequit propterea, quod terdena luce parata hoc epicedion scriptum est poetaeque ad pia munera, quibus opus est, lentioris vox jure requiritur idonea ingentis luctus et testis et interpres. Tertium est, ut increpitans in hanc speciem conversum: (increpiteus) increpito: heus, probem loco Josephi Iscani V. 317: ad mutua veni Hospitia, heus age, redde vices" (cf. Oud. Apul. Met. IX. p. 657. Hand. Turs. III. p. 71 sq.) et codice Abbonis B. Paris. II. 235, in quo scriptum extat eus (cf. Theb. XI. 484: increpitans. increpito); contra dolens sic immutatum: doles firmem comparatione Claudiani L. Scren. 147: libros Percurrens damnas Helenam. Busl. damnans. Calpurn. Ecl. IV. 9: Dulce quidem resonas. R. Voss. resonans. Quintil. Decl. III. 12 p. 69 appellas. Leid. pr. appellans. Burm. Claudian. VI Cons. Hon. 486 p. 501 et quibus locis audiens pro audies, exponens pro expones, vitas pro vitans legi dixit Seyffertus noster Cic. Tusc. I. 48, 116 p. 36. cf. Drak. Liv. IX. 24, 10 p. 203. Add. adnot. v. 58 ac Silv. II. 1, 227 libens. Rehd. libes. 2, 126: indignantemque repellens Fortunam": sic scribendo enim sequi malo Rehdigeranum

librum: repelles, quam amplecti repellis, quod placuit Heinsio Claudian. Epith. Pall. 79 p. 532; hunc enim ab aliis non nominatum digniorem, qui commemoretur, existimamus esse Gronovio Queckioque.

Denique paucis licet expedire rem a nullo adhuc animadversam. Namque in clausula orationis sensu vehementi et acri plenae nihil potuit aptius addi, quam illud serva, quod ab heris, qui servos res domesticas curare et tueri juberent, usurpari solitum esse notum est Gronov. Lectt. Plaut. p. 122. Ruhnk. Terent. Eunuch. IV. 7, 10 p. 125 cf. Heind. Hor. Serm. II. 3, 59 p. 291. Scheff. Petron. 44 p. 274. Barth. Adv. LV. 2 p. 2582, qui servare domum docuit esse recte suis rebus praeesse, bonum patrem familias esse.“ Ut novo documento compertum sit nonnunquam integerrima ea esse, quae Marklando „corruptissima“ videantur esse (p. 408. a).

Restat ut de iis verbis quaeratur, quae illi domus orationi praemunita sunt. Quae quum ad pristinum statum revocare in proclivi sit, periculum tamen esse non ignoro, ne quibusdam videar nimia promptus esse audacia. Itaque quo planius intelligatur, quod potissimum corruptelae genus ad Rehdigeranum librum illum „depictum magis quam descriptum“ pertinuerit (cf. v. 59. 68 et quae ad v. 26 diximus), breviter dicam, qua via in vero eruendo processerim. Ac primum quidem magnae cuidam offensioni fuit vox nimirum a sententiae, quam poeta exorsus est v. 43 sq., gravitate aliena quam quae maxime (Hand. Tursell. IV. p. 203. 206. add. Martial. I. 12, 9. XI. 33, 4). Deinde tenue quiddam videbantur sonare illa: nunc nostra (domus) ac minime idonea esse, quibus legentium animus constitueretur atque appararetur ad percipiendam hujus admonitionis severitatem: heus, qui damna doles aliena, repone Infelix lacrimas —: serva.“ Inde succurrit mihi praesertim recolenti tum Cic. Ep. ad Attic. XII. 39, 1: sed nimirum exspecto. Manut. nimium (Arntz. Inc. Paneg. Constantin. 12. 3 p. 500. Hand. l. d. p. 207) tum Claudian.

B. Get. 467 clamosa. Reg. Oxon. damnosa ac Stat. Theb. IV. 448 clamosae valles. Silv. IV. 4, 18 clamosae urbi cf. Paulin. Nolan. XII. 179 p. 57 Murat.: clamosae preces" suspicari haec fuisse olim consignata: Nam nimium clamosa domus. Hic vero injectus est mihi scrupulus et quaedam dubitatio, num Statius idem sibi permiserit atque Virgilius et hoc loco Aen. II. 563: Et direpta domus et parvi casus Juli" et V. 337: Emicat Euryalus et munere victor amici" et aliis Wagner. Quaestt. Virg. XII. p. 423: nam in Achill. I. 205, id quod Queckium fugit, vere Heinsius Ovid. Her. XXI. 81 p. 310 restituit: spretae Myconosque humilisque Seriphos;" versum Theb. VII. 214 autem: Funere, ubi fletus, ubi tunc ars tanta precandi?" in nullo discrimine ponendum esse declarant versus VIII. 163. Sen. Thyest. 966: subitos fundant Oculi fletus." Simul subjecit animus Virgilii verba quamvis in alia sententia posita Aen. VI. 53: neque enim ante dehiscent Attonitae magna ora domus cf. Sen. Herc. Fur. 664: Hic ora solvit Ditis invisi domus." Nec jam latuerunt una voce nostra comprehensae duae hae: nosco ora (nostora cf. Claudian. Eutrop. I. 174 nosse. Leid. pr. nosti. Ambr. tert. nosce. Stat. Theb. VI. 851. brachia late Vara tenent. Fris. Monac. Vasta id est vasca cf. Drak. Liv. XXIV. 48, 7 p. 824 sq.). Quas voces recte componi atque adeo coagmentari exemplis disciturTheb. III. 75: diro horrore. Achill. I. 185: vario oblectamine. 497: quando ora." Lucilii ap. Lachm. Lucret. I. 35 p. 20: obtuso ore. Virgilii Aen. (III. 154) XII. 837 uno ore Siliique IX. 343: Ut Cannas uno ore sonem" (cf. Arator. I. 275: similes quique ore Prophetae. Sched. Pulm. et Antverp. uno ore). II. 208: Jamque aderat toto ore ferens iram. VI. 536: spectavi placido ore ferentem. XI. 107: moneo ocius urbe facesse. Auson. Epigr. XXXIV. 5: nolo otia perdere Musae" (cf. LVII. 3: ferro opus omne polimus). Senecae Phoen. 486: ferat — nato oscula cf. Tro. 980: Ithaco obtigisti. 1146 fortis et

leto obvius. Hipp. 997 flebili leto occubat. 1080 torvo obvius. Oct. 267: perpetuo obruit. Claudian. R. P. III. 82: tenebroso obtecta. Sidon. Apollin. XXII. 94 nato occiso. Ep. VIII. 9. p. 515 tonso occipiti. Hor. Epist. I. 14, 38: odio obscuro. Stat. Theb. V. 308 (Conject. XIII): uno omnes. IX. 591 adeo omnia. XII. 355 statio horrida, aliis, quae destinavimus Emendd. Prop. capiti VI. 1. Quo posito fundamento ea recordatus, quae Barthius de vi et usu verbi noscendi disseruit Silv. I. 2, 16 p. 46 sq. et Theb. V. 620 p. 289 sq. 41 p. 28, nullo negotio intellexi, quod nunc est (cu)m, id ante fuisse (cu)nt (de quo erroris genere in Conjectaneis XIX commemorabimus in emendando loco Lactantii Theb. IV. 811 versantes), litteras cu autem ca: in eum enim modum variare et seu: ceu aliaque nos supra vidimus v. 35 et v. 63 devincas. Rehd. demneus. III. 3, 155 rependant. Rehd. repedunt. cara: cura, at: ut, angue: ungue (hoc enim Theb. VIII. 380 ante Marklandum Silv. II. 1, 135 p. 219 codicis optimi fretus auctoritate restituit Barthius), ructare: raptare Conject. X, alia plurima docuerunt Heinsius Virg. Aen. VI. 438 p. 71. Drakenborchius Liv. XLI. 9, 4. Schwabius Catull. p. XXIV sq. Jmhofius l. d. p. 39. Nec postquam a librariis usitatissima quaeque et tritissima in locum verborum paulo reconditiorum subrogando in hac quoque ecloga erratum liquido apparuit (adnot. v. 19.), quidquam morae est, quominus memores permixtarum inter se vocum et in et jam (Claudian. Eutrop. I. 131 Jnfaustamque. Jun. Jam faustamque. Pr. Cons. Stil. I. 355: nec spicula supplex Jam torquet. Pal. Flor. Med. Jntorquet) et mirum: murum (Lucan. IV. 456: Stat, mirum, moles. Thuan. murum. Prop. III. 7, 14: Ad Myos exiguum — iter. Leid. pr. Voss. Dorv. Miros. Exc. Scal. At mirum. al. ad muros) litterarumque ri (ir) et u, n, m (Catull. 67, 63 uvidulum. Dat. Laur. viridulum. Quintil. Decl. IV. 15 p. 97 varietate. Witt. Leid. al. vanitate (ut Ovid. Fast. V, 402. Clau-

dian. Eutr. II. 335. Drak. Liv. XXII. 7, 4 p. 55). XIX. 6. p. 368 carioribusque visceribus. Witt. canoribus. Petron. 83 p. 533 Hylam: hilari. alibi usus: risus Quintil. Decl. IV. 11 p. 92. adnot. v. 87. Theb. VIII. 400: suspiria fumant. al. firmant, ut Monacensis. tria: tua Sinid. cap. l. 4. p. 15 not. 2. Conject. XV. Emendd. Prop. VIII. 4.) ista nimirum cum, ad quae prodenda dubitari potest an valuerit recordatio Silv. II. 1, 175: Quid mirum? (V. 1, 81. 43. III. 3, 167. Claudian. R. Pros. III. 278. Stat. Theb. II. 265 et Sil. XI. 393: nec mirum cf. Burm. Ovid. Her. XVI. 24 p. 220. Martial. V. 74, 3: Quid mirum. Thuan. Quid nimirum), aut quae interpretationis gratia olim addita fuisse videri queat, vocem immurmurat in hunc modum reconcinnemus (in mir cum: iam mu cant):

Jam mussant (nosco) ora domus.

Quae cum Statii ingenio et more egregie convenire quis est quin sentiat ac concedat? Documento est vel Theb. X. v. 582: hi reddere fratrem Nec mussant, sed voce palam claroque tumultu Reddere regna jubent" (cf. l. 168: jam murmura serpunt Plebis." Dempst. Coripp. Iustin. l. 313 p. 344) et Petronius 132 p. 812: totaque familia inter se mussat" et quibus usi locis id verbum esse „indignantium et conquerentium, sed palam proloqui non audentium" demonstrarunt Barthius Theb. III. 92 p. 698 et XI. 455 p. 1366. Savaro Sidon. Apollin. Epist. VII. 9 p. 441 et IX. 16 p. 615. Havercampus Tertullian. Apol. 11 p. 123. Drakenborchius Liv. VII. 25, 1 p. 203. Arntzenius Inc. Paneg. Constantin. 2, 3 p. 469. Merobaud. Paneg. 107: nec dicere mussant." Ac ne quid praetermissum putes, musant scriptum extat in Ment. Parrh. Leid. Virg. Georg. IV. 188 et in Livii codicibus, quos nominat Drakenborchius l. d. et l. 50, 3 p. 378. Mussant ora autem sic dictum est, ut Theb. X. 625: nunc ora canentis Nequidquam reticere rogat. XI. 56: Jam gelida ora tacent. Ovid. Met. IX. 392: Desierant

simul ora loqui." Et hoc quidem quamvis magno, ut nonnulli dicent, molimine quaesitum tam firme teneo, ut vel Wyttenbachii illa verba mutuari audeam: „si qui scriptoris usum mihi concedant, necesse esse ut iidem sensum mihi concedant ejusque auctoritatem apud se valere patiantur." Quod si qui nolint, iis gratificari licet parabilia haec: Jam nimium nosco ora domus (legimus enim similia Theb. IX. 357: ah miserae nimium noscenda parenti Parma"). Nam — mirum — nostrae ora domus. Mi nimium (nosco) ora domus, (ut Theb. IV. 537: Ne vulgata mihi"). Nimirum cui moesta domus (Catull. 64, 26 cui Dat. cum). Nam mihi nunc clamosa domus. Nos quidem probari volumus: Jam mussant (nosco) ora domus sive mavis nostrae ora domus.

V. 49.

Verba: Verum erat a Domitio sic explicata: „verum erat, quod scilicet dicebatis nullum carmen satis esse ad lacrimas reprimendas" maluit Gronovius p. 589 in hanc sententiam interpretari: „verum erat id est aequum erat, merueram sane idque ob duas caussas, tum ut saevas grates exsolverent, tum quia ipsius vires absumptae et copia canendi nulla" adstipulatique sunt Marklandus: „justum erat vos mihi conferre talia carmina, quia ego ante vobis dedi et quia nunc meae vires absumptae sunt" Duebnerusque: „aequum erat, merueram sane" et, ut videtur, Queckius. Atqui nec cujuslibet esse videtur ut lacrimas ita carmina fundere et non modo amicorum ista mentio de versu 43 jam sublata est, sed etiam de sententia versuum 46 sqq. longe alio pronuntiatum judicio. Quod ipsum judicium docet aliquanto rectius sensisse et Barthium: „Scripserat meo animo Papinius: Verum hae jam absumptae vires" et Heinsium, qui ad Claudian. in Eutrop. II. 155 (p. 436 ed. Amstel. 1665) voluisse Verum eat et Verum accepisse pro Sed" narratur a Marklando, quamquam poenituisse ejus

sententiae Heinsium inde colligo, quod haec: Statius Epiced. in Filium: Verum eat. sic legendum. verum pro sed" omissa sunt a Burmanno p. 325. 1018, haec autem verba: „Epiced. in Filium" ipse Heinsio post improbata sunt vid. adnot. p. 11. Equidem non dubie agnosco errorem librariorum, qui quum scriptum reperissent vvm erat tantum abfuit ut exararent vulnerat, ut vulgatissimam notam vocabuli verum (v'um erat) oculis usurpasse sibi viderentur. De quo errore existimatur et ex locis iis, quibus litteras lu et vi, ni (luxere: misere. liberior: uberior. lusu: visu) permixtas fuisse docuimus v. 24, et ex Claudiani loco L. Seren. 87: Ubera prima dabant. Moret. pr. Verbera (cf. Ruf. II. 396 muneribus. codd. p. 767 verberibus. vulneribus. Quintil. Decl. III. 17 p. 73 verberibus. Witt. vulneribus. Barth. Theb. II. 173 p. 359). Sen. Herc. Oet. 1670: vastos ubera in planctus ferit. Flor. vasto verbere aliisque multis, quibus syllabae er notam temere additam arguimus Valg. p. 45 sq. Quod contra factum est in extremo hujus eclogae versu, ubi quod versus (usus) erat, librarii risus (cf. adnott. v. 46—48) putarunt esse, et apud Quintilianum Decl. XIX. 12 p. 373 verbera. Witt. verba. Burm. Claudian. Mall. Theod. 223 p. 256 cf. Silv. II. 1, 5 verba. Rehd. urba. Itaque quae vox saepius in alienas sedes invasit (adnot. v. 39), ipsa jam accidit ut suo loco moveretur. Quid autem gravissimae objurgationi potuit subjici aptius hac excusatione:

> Vulnere at absumptae vires et copia fandi
> Nulla mihi?

Nec illud quidem praetereundum est videri vulneris mentione opus fuisse vel propterea, ne quis vires putaret aliena damna dolendo absumptas fuisse. Cf. Virg. Aen. VII. 301: Absumptae in Teucros vires coelique marisque." Ovid. Met. XV. 353: absumptis per longum viribus aevum." I. 543: Viribus absumptis expalluit illa." III. 693: ut ira mora vires absumere posset." Columell. II. 13, 2: succum omnem solo auferent vimque

terrae absument." Similiter autem Ovidii locum Fast. II. 782: Viderit audentes Forsne Deusne juvet" corrigendum existimo: Videro et, ut Virg. Aen. XI. 503: Audeo et." Postremo ab hoc Statio loco, in quo falso proditum esse verum intellectum est, digredi licet ad Martialis versum XI. 74, 1 a Schneidewino jam proscriptum: „commisit Baccara vetus." In quo Heinsio visum est restituere Achaeus vel Rhoetus, Schneidewino Suevus vel Raetus, reliquis retinere deteriorum librorum memoriam hanc: Graecus. Nimirum nulli perspectum fuit in consignando eo nomine, quod Martialis posuerat, a librariis bipartito erratum esse, ut ab alteris ad veto (Voss.), vero (ed. Rom.), ab alteris ad vetus (Voss. Putean.) graecus perveniretur; requiri autem ejusmodi vocabulum, quod sententiae nominis Gallus respondeat: „Curandum penem commisit Baccara (vetus) Rivali medico. Baccara Gallus erit." Quale esse Vecto docet comparatio Scholiastae Lucan. IV. 9. p. 254: Vectones, qui equis vehi periti sunt" (quae quidem vituperat Oudendorpius p. 258 cf. Non. Marcell. p. 13. Dac. Fest. p. 742) et Juvenalis VI. 311: „Inque vices equitant" eorumque, quos nominarunt Erhardus et Burmannus Petron. 24 p. 113 et Heindorfius Hor. Sat. II. 7, 50 p. 412 sq., et Macrobii Sat. II. 5, 9: „numquam enim nisi navi plena tollo vectorem" cf. Jan. p. 248 et Meinek. Conj. de Anth. Graec. p. 171. Ac ne ulla relinquatur dubitatio: ipsum illud, quod Vossianus liber tenet: veto, apud Lucanum l. d.: „Vettonesque leves" invenitur in Vossiano tertio: Vetones idemque apud Silium III. 378 cf. Heins. p. 159 et apud Serenum Sammonicum 205 (vetonicae Burm. p. 237), in Livii XXXV. 22, 8 aliquot codicibus Drak. p. 351. (Vetonum) et in quarto Paris. Plinii N. H. IV. 20, 34 (Vetonibus) et in Prudentii περὶ στεφ. III. 187 exemplari Coloniensi p. 242. not. 17 extr. (Vetonia) nec cum eo, quod in editione Romana extat: vero, multum discrepat, quod Leidensis liber Cornelii Nep. Hamilc. 4, 2 praebet: Vetrones.

V. 50.

Quod Lindenbrogius primus protulit: fulmine, id allatis locis Silv. II. 1, 30: „me fulmine in ipso Audivere patres" et Quintil. Prooem. VI.: „ut posset hinc esse tanti fulminis metus" Gronovius tamquam suo Marte comparatum inferri jussit p. 590, ab Scriverio repetiit Marklandus p. 408. Idem atque Lindenbrogius, a quo temere discessit Cruceus, sensit Barthius p. 505: „Fulmine) fati fulmine, summo infortunio. Saepissime de suo apud Scythas et Getas exsilio sic loquitur Ovidius" cf. in Theb. X. 612 p. 1219. Gevart. Silv. III. 3 p. 360. A. intpp. Petron. 80 p. 513. Liv. XLV. 41, 1: quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint." Permutatarum autem vocum flumina et fulmina testes adeo multi sunt, ut omnes nominare infinitae operae sit cf. Barth. Theb. VI. 53 p. 361. Heins. Claudian. Ruf. I. 158 p. 43 et Nupt. Hon. 126 p. 182. Drak. Sil. VIII. 646 p. 445. Burm. Lucan. VII. 457 p. 495. Arntz. Arator. I. 124 p. 65. Silv. V. 5, 62: Flumina devincas. Rehd. Fulmina. Theb. VI. 409: e summo decurrunt flumina monte. Frising. et Monac. et quos memorat Barthius p. 507: in summos decurrunt fulmina montes." Dorv. Charit. p. 551. add. Tib. I. 2, 44. Joseph. Jscan. VI. 872. Mythogr. I. 176 p. 54, 22. De illo autem errore, qui cernitur in Rehd.: men fulmine explicabitur in Conjectaneis XII.

V. 52.

Hic quoque locus manifesto est documento nimium olim usum erupisse tritissimae vocis, quae epicedion describentibus vel maxime obvia fuisse videatur. Nempe et v. 8 moeroribus et v. 46. moestus vitio nata esse recordabere. Nec hoc primi nos dicimus. Non enim fraudandus sua laude ille doctus, quem Gronovius retulit p. 590, post Gronovium Marklandus p. 408. b

proposuisse hoc: (mi) caligine merso (Obvius adfer opem). Quod quum Gronovius sprevisset, Marklandus, qui adeo non sprevit, ut allato Ovidii loco Met. l. 380: mersis fer opem mitissima rebus. Moret. moestis certissimum esse affirmaret, tamquam suopte ipsius ingenio inventum Statio reddidit. Sed quid Gronovii amicum refero? Heinsio enim laus illa quantacunque est vindicanda, qui Adv. IV. 4 p. 595 haec adnotavit: „caligine maestum Obruis. Maestus jam praecessit. puto caligine mersum. Thebaidos IX. [X. 735]: illi atra mersum caligine pectus Confundit sensus", cui loco adjicio VI. 510: caligine mersum Erigit — caput." et Sil. II. infra affer. Auson. Technop. p. 474: inferna mergit caligine." Tertull. adv. Marc. I. p. 257. A: mentes caligine mersas. Joseph. Jscan. IV. 280: mersit caligine fati." Ac praeclare ei consilio suffragatur similitudo exemplorum Virgilii Aen. I. 69: „submersasque obrue puppes" et quod Marklandum non fefellit, ab Jacobo autem Quaest. Epic. II. 4, 4 p. 151 praeteritum est, Ovidii Met. XI. 569: rupta mersum caput obruit unda." add. Martial. IX. 40, 7: Mersus fluctibus obrutusque ponto" cf. Wopk. Sedul. II. 117 p. 113 sq. Sil. VIII. 45: ambagibus aevi Obtegitur densa caligine mersa vetustas." XI. 122: Tantane, omnipotens, caligine mersa latere Fata placet? Sen. Oct. 267. Stat. Silv. II. 1, 219: tollis luctu mersum caput" cf. Heins. Adv. II. 10 p. 279 sq. De utriusque autem vocis permutatione alterum Ovidii licet addere locum Trist. III. 11, 38: „Et tamen est uno judice mersa parum." Bon. Gottorp. Crev. moesta (quod ipsum in Am. II. 6, 5 sic positum: Horrida pro moestis lanietur pluma capillis" immerito in disceptationem vocatum a Burmanno p. 415 esse docent loci ab Heinsio Virg. Aen. XI. 35 p. 597 in medium allati). Nec jam dubium est, quin Avieno Arat. Phaen. 587: Electram tetris moestum dare nubibus orbem" apte hoc reddatur: tetris mersum — nubibus." At apud Silium V. 380: Turbidus extemplo

trepidantes milite moesto Invadit cuneos," ubi Heinsius lecto, Drakenborchius multo olim extitisse opinatus est, praestat intelligi cuneos „milite mixto trepidantes", ut v. 29: omnisque ruebat Mixtus eques". Coripp. Joann. VII. 429: proprias permisto milite turmas." Qui error cernitur et apud Lucanum V. 192: moestus—ululatus. Langerm. mixtus. I. 190: permixta loqui. Guelf. 3 moesta et apud Statium Silv. IV. 8, 51 Parm. mixtae. Rom. mestae et Sedulium IV. 2: sine nomine mixtum Vulgus. Vet. 2. Tornaes. Lips. moestum atque Apulejum Met. III. p. 186 et in aliis locis Burm. Prop. I. 5, 15 p. 54. Peerlkamp. Virg. Aen. XI. p. 311, quem fugit Senecae verba Hipp. 852: luctus et lacrimae et dolor, In limine ipso moesta lamentatio" hac ratione perpolire: mixta cf. Cort. Lucan. VII. 37 p. 146. In qua eadem fabula 1255: quodque de gnato est super, Miserande, moesto pectore incumbens fove" quaeri potest an convenientius sit scribi mixto pectore (ut Stat. Silv. II. 1, 206: pectora blandus Miscet. Theb. VI. 182: quid se funesta parenti Miscet? Valer. Flacc. III. 310: fas jungere tecum Pectora et exsangues miscere amplexibus artus" et quae addemus Emendd. Prop. II. 3); quid, quod non incommodum videtur Avieno Arat. Phaen. 335: Haec ubi permoesto rauco congesserat ore" eodem modo consulere: permixto raucoque ingesserat ore" (cf. adnot. v. 14) et v. 343: lucri rabies subit: omnia terror Degener ac moestae facies formidinis implet" sic: mixtae facies formidinis?

V. 53.

Quae proxime subjecta sunt, vix attinet referre, quam miris critici vel dubitationibus vel conjecturis interpretari ac perpolire ingressi sint. Proposuerunt enim haec Barthius Adv. XIX. 7 p. 766: Obruis, adjuro. viso," post Animadv. p. 505: Obruis ah dura!" Vir doctus is, de quo commemoravit Gronovius p. 590: tu mi ca-

ligine merso Obvius adfer opem. viso sic funere. Dan. Heinsius: obruis arsurus. Nic. Heinsius Adv. IV. 4 p. 595: „pro a duro editio Parm. ah durum: fortasse scribendum haud dudum viso sic vulnere". Gruterus: Obruis. ah durus, viso si vulnere. Gronovius: Obruis. haud, diro viso sic vulnere carae Conjugis, — sic busta Lini complexus Apollo Conticuit." Marklandus: Obruis indigna vel insolita vel ah dira. Viso sic vulnere." Quorum hoc, quod postremo loco positum est, probatum Duebnero Queckioque ne tanti quidem est, quanti apud Claudianum Ruf. II. 479: quos nolle fateri Viderit, ad rigidi transmittit verbera fratris," quod habent Vatic. sec. tert. Thuan.: ad duri; quis enim in legendis poetarum scriptis vel mediocriter versatus feret inertiam vocis in ista, quam videmus, sede collocatae? Sed et hoc inventum et reliqua satis est sic confutare, ut eruatur, quid veri sit in libri Rehdigerari memoria hac: aduro justo si vulnere tare — si busta. Constituendae fidei autem hoc initio ac fundamento utendum est, quod Orpheum et viso conjugis funere et ex inferis frustra reversum solatia cantando quaesivisse constat testimoniis non solum Virgilii Georg. IV. 464 et cui loco non intendit Marklandus p. 409. a, 510 sq., sed etiam Ovidii Met. X. 88 sq. et Lucani Orph. fr. VI. (Quaest. de Lucan. Carm. Reliquiis p. 3) et quos Quaest. l. d. p. 4 sq. addidimus, Senecae Herc. Oet. 1090 ac Boethii Cons. Phil. III. Metr. XII. 5 p. 782. A. (quos sequuti sunt Sannazarius Eleg. ad Juliam Senensem l. p. 675. Joannes Secundus Silv. p. 331 cf. Franc. Octav. de Cantu Juliae Epigr. p. 139 sq.) neque omnino repugnat aut ea res, quod Statio „conspecto conjugis igne Odrysius vates positis ad Strymona plectris Obstupuisse tristemque rogum sine carmine flesse" dicitur Silv. V. 1, 204, quem locum non praeteriit Heinsius Adv. l. d. p. 595, aut quod „neglectum diu ebur ereptaque Nymphis solatia" scripsit Claudianus R. Pros. II. Praef. 2 (cf. Ovid. l. d. 76 sq.), quem imitatus est Titus Stroza Eleg. ad Cambium p.

1030. Quo posito ac stabilito efficitur a poeta jam hoc confesso inferiorom vocem omnem esse atque adeo omnia verba sordere ea fuisse addita, ob quae merito videretur „nimius esse avidusque doloris et in lacrimis justum excessisse pudorem." Qualia sunt haec:

> tu me caligine mersum
> Obruis. Abjuro justum, si funere carae
> Conjugis invenit caneret quod — Orpheus.

Ut hoc dicat poeta: si perhibent (Theb. X. 366) Orpheum et Apollinem simili acerbitate conflictatos dulcia tamen carmina fudisse, ego abjuro hoc justum (cf. Heins. Adv. III. 9 p. 462. Auct. Querul. ap. Heins. Ovid. Her. l. 101 p. 14: Nonne hoc justum fuit, bustum ut efferret filius" ac Burm. Val. Flacc. V. 499 p. 466.) Ut est in Thebaide VI. 150: En quam ferale putemus Abjurasse sacrum et Lemni gentilibus unam Immunem furiis" et apud Ennodium Dict. XXVIII. p. 308. D: indomitus Veneris se semine cretum Jactat et abjurans collaudat stemmata divae" et Pacatum Pan. Theod. 41, 1: nec tu debitam gratiam beneficii infitiator abjuras: nam etsi per te confeceris quae volebas, per fortunam tamen plus adeptus es, quam volebas. Valer. Maxim. VII. 7, 3: summa cum iniquitate paternum nomen abjuraverat": hoc enim tenent cod. Daniel. et ii, quos noverat Barthius Stat. l. d. 151 p. 406, quum Venet. praebeat jurgaverat. Med. prim. arrogaverat. reliqui abrogaverat, quae librorum discrepantia sic enotata fidem facit nobis apud Hyginum fab. 107: arma Achillis — abjurgata sunt ab Agamemnone" in locum ementiti verbi hoc sufficientibus: abrogata sunt." Sed Lupo Epist. CXXVII.: tussim incurri, quae meatus obstruens pene totam mihi spirandi facultatem adiuvabat" abjugabat potius (cf. Pric. ap. Oudend. Apul. de Deo Socr. p. 152), quam adnilabat oportuit reddi a Barthio Adv. XIX. 9 p. 949. Verum ne evager latius, idem quod Statio vitium obvenit Claudiano VI. Cons. Hon. 110 abjurata. Med. tert. adjurata similiterque variatum esse scribendo

adjunctus et abjunctus, adductus et abductus confirmabimus Emendd. Prop. III. 3. Quoniam autem apud Quintilianum Decl. III. 18 p. 74: „abdicandus et ejurandus“ Witt. hoc discrepat; abdicandus et abjurandus“ eodemque modo adfusus et effusus (Heins. Val. Flacc. I. 761 p. 131) et apud Lucanum X. 153 abductus, advectus (Vratisl. 3), evectus (Oxon.) permutata inveniuntur et in Anth. Lat. II. 185, 5 in cod. Voss. Et jurata, apud Statium Achill. II. 187· It jurata factum est, quod ante fuerat Ejurata, fortasse non deerunt, qui simul praeferant ejuro et ipsam Rehdigerani libri memoriam retineant: ejuro, justo si funere carae Conjugis invenit Orpheus quod caneret“ ipsas Eurydices exsequias distincte dici rati — nam in alia sententia positum est in Theb. VI. 175: vulnere (funere) justo Exsaturata oculos — aut Parmensem librum sequantur sive sic: ejuro, inviso“ sive in hunc modum scribendo: ejuro, viso si funere,“ ut Lucan. III. 730: qui funere viso Pervenit ad puppim.“ Coripp. Iust. III. 58: viso funere flebant.“ Joseph. Isc. VI. 390. Ejurare enim is dicitur, qui jurat, quod desideretur, a se praestari non posse: ita dicit Paulus Diaconus Exc. Fest. p. 58 confirmatque Pithoeus Adv. Subs. II. 8 p. 105 sq., praeter Pithoeum alii, quos commemorandi locus erit in Emendd. Prop. VIII. 3.

Neque enim dubium est, quin vere, id quod diximus adnot. v. 38, ab eo, quem non nominavit Gronovius, restitutum sit funere: declarat, ut omittam locum Silv. V. 1, 202: conspecto conjugis igne“ a Barthio recte atque ordine correctum, vel altera hujus sententiae pars: si busta Lini complexus Apollo.“ Quamquam ne hoc quidem vidit Gronovius Diatr. p. 591: „Sic Orpheus viso diro vulnere carae conjugis, quod serpens talo ejus inflixerat, haud invenit dulce sibi quod caneret“: ille quidem certe hic non memor Silv. V. 1. 204: tristemque rogum sine carmine flevit.“ Funere conjugis autem non minus caret reprehensione, quam Lucan. VII. 39: „Lacerasset crine soluto Pectora

Femineum, ceu Bruti funere, vulgus." Nemesian. Cyr. 38: „flentes germani funere silvas." Ovid. Trist. V. 12, 7: „nostrorum funere ludit." Eleg. ad Liv. 286: „funere causa latet" et quae attulit Burmannus Lucan. l. d. p. 458. Quamquam dubito, an praeferam, quod apud eundem Statium legimus Silv. V. 3, 85: „Quis non in funere cunctos Heliadum ramos lacrimosaque germina dixit?" atque apud Silium II. 138: „pater in gemino natorum funere Mopsus Correptos arcus ter moesta movit ab ira" et VI. 497: „subito seu stans in funere" cf. Claudian. Ruf. II. 90: „quis non funesto turbine rerum Aut tantis solvet lacrimis, quos Barbarus illinc, Hinc Rufinus agit?" Oxon. Leid. Exc. Wolf. in turbine.

Nec quod Rehd. habet justo, quum prima specie memoriam attulisset eorum locorum, quos composuit Oudendorpius Sueton. Aug. 19 p. 184, in justum convertere ullius fuit negotii: nam cum multa succurrerunt exempla, quae Burmannus Anth. Lat. I. 80, 22 p. 62 cf. Prop. II. 25, 61 p. 476 in medium attulit, nos Valg. p. 507 sq. Anal. Prop. p. 99. Quaest. de Lucan. Carm. Reliq. p. 8. add. Emendd. Prop. IX. 3, tum quod in hoc ipso versu pro duro in Parmensi invenimus durum. Visum autem (quod dubitari potest an fluxerit ex Silv. V. 1, 204: „conspecto conjugis igne") et justum Heinsius Claudian. Ruf. II. 363 p. 95 permutata novit, visum et jussum, jussum et justum idem Adv. III. 9 p. 461 sq. et plures, ut Burmannus Lucan. Lucan. VII. 37 p. 458. Drakenborchius Sil. XIV. 372. 379 p. 659. 660. Burmannus Anth. Lat. V. 113 p. 385. Claudian. IV. Cons. Hon. 529: et jussum mentiri nescius ictum. Jun. invisum. Wolf. alii p. 787 visum.

Denique Gruterus, qui hoc proposuit: „ah durus, viso si —", quod et usitate dictum (Heins. Ovid. Am. III. 6, 101 p. 496) et hoc ordine: „ah durus Orpheus, si — invenit" Marklando tamen visum est „explicatione et Oedipo indigere," laudandus idcirco est, quod corrigendi periculum ita fecit, ut ante inspectum a doctis

hominibus librum Rehdigeranum vox si emergeret. Cui quidem saepissime alteram: sic nocuisse compertum est cum aliis exemplis (Drak. Liv. XXI. 13, 5 p. 70. Seyffert. Cic. Tusc. I. 2, 3. p. 4 sq.) tum ipsius Statii Theb. II. 247: si mens accepta. cod. opt. Barth. sic. VII. 303 (Conjectan. XV). Ovidii Her. XIII. 137: „quae sic lacrimosa suorum Funera conspiciunt,“ ubi unus Putean. praebet si. Martialis I. 46, 1: fac si facis. Voss. Gud. sic, apud quem eundem X. 21, 5: Sic tua laudentur sane, mea carmina, Sexte, Grammaticis placeant ut sine grammaticis“ (sic enim eum locum describendum esse in Cinnae commentariis obtinebimus) Palat. si, ut Lucan. VII. 24: Sic Romam fortuna dedit.“ Guelff. si. Claudian. Eutrop. II. 535. 538: Sic me — sic te. Jun. si me. Oxon. si te. Usum autem ejus vocis monstrasse satis est Statii illo loco, quem supra diximus, X. 366: Si te tergeminis perhibent variare figuris — Ille tuus, Diana, puer, nunc respice saltem, Quaeritur.“ Val. Flacc. V. 642: „tacitus mihi lucus et agger Quod rudis et sola colimur si gentibus umbra“ cf. Cort. Lucan. VIII. 549 p. 354. O. Arntz. Caton. Dist. I. 1 p. 2 sq. Jo. Arntz. Mamertin. Grat. Act. 26, 5 p. 751.

V. 54.

Vitii manifestum est istud Thracius Orpheus. Quod ut recte positum est ab Ovidio Met. XI. 92: „Ruricolae cepere Phryges vinctumque coronis Ad regem traxere Midam, cui Thracius Orpheus Orgia tradiderat, cum Cecropio Eumolpo“ cf. Virg. Ecl. IV. 55: „Non me carminibus vincat nec Thracius Orpheus Nec Linus.“ Claudian. Nupt. Hon. 234: „Maeonius quaecunque senex aut Thracius Orpheus.“ Sen. Med. 358. Politian. Nutric. p. 366, ita hoc loco nemo vel leviter admonitus dubitaverit quin sumendum fuerit alterutrum eorum, quae ipse Statius posuit, sive hoc, quod

legitur Silv. V. 1, 203 Odrysius vates (Theb. IV. 181: Thamyri — Getico vati. Boeth. Cons. Phil. III. Metr. 12, 6: Quondam funera conjugis Vates Threicius gemens." Claudian. R. Pros. II. Praef. 49: Thracius haec vates. cf. Silv. II. 2, 61 Getici gloria plectri et 7, 44. III. 1, 17 Getica lyra. V. 3, 271 chelyn Odrysiam cf. Sidon. Apollin.. VI. 2: festum dum cantibus ortum Personat Jsmario Thracia vate chelys. IX. 284: vatem Rhodopeium. XXIII. 121: Thrax vates) sive quod III. 3, 193: immitem potuit Styga vincere supplex Thracius (Sidon. Apollin. XV. 163: Thrax fidibus legem — temeravit Averni") aut quod est in V. I. 24: silvis comitatus et amnibus Orpheus cf. 3, 16—60. Theb. V. 435: durae similem nil Orphea Thracae." Quum igitur nihil hic attineat commemorari Orphei patriam, hoc ipsa res cum maxime hortatur, ut quomodo Orpheus cecinerit, aperte monstretur: illud enim fatetur poeta se nihil tanto fulmine dignum reperire omniaque sibi verba sordere: Orpheum quidem in Eurydices funere carmen non incomptum invenisse atque Apollinem Lini busta dulcibus quibusdam modis deflevisse. Quare hoc, quod ipsum latinae consuetudini convenientius est, quam iste verborum ordo: „invenit, caneret quod, Thracius Orpheus" (cf. Heins. et Burm. Ovid. Art. Am. II. 707 p. 650 add. Virg. Aen. III. 546.), oportet restitui:

si in funere carae
Conjugis invenit, caneret quod tersius, Orpheus

(quocum verbis fere concinit, sententia discrepat Barlaeus Heroic. IV. p. 653: non suavius olim Bistonius cecinit vates, cum redderet orbi Conjugis Eurydices manes"). Exiguo conatu id, quod volumus, effici docent Claudiani libri Laud. Ser. 208: fremuit quum Thracia belli Tempestas. Med. quart. Moret. pr. tercia. Pal. tertia (cf. Apul. Met. IV. p. 274. Oxon. Guelf. pr. Thratio. Tractio. Plin. N. H. V. 32, 43 p. 397 Ricc. Tolet. Tractum. XXXVII. 10, 68 p. 458 Monac. tratiam) et Epist. II. 2 rura — Thracia. Barth. Isingr. tertia cf.

Ovid. Trist. IV. 1, 21 (Conject. XIII.) Thracia: trementia. De usu autem ejus vocis (quam quidam posthabendam opinabuntur voci gratius) existimatur ex Festo p. 275: tersum diem serenum dictum ab antiquis" cf. Barth. Adv. XXXIX. 11 p. 1177. Silv. II. Praef.: vir optime et in omni vitae colore tersissime". Martial. VI. 1, 3: libellus Quem si terseris aure diligenti, Audebit minus anxius — Caesaris in manus venire." Plin. Ep. VII. 25, 4: Quam tersa omnia? quam latina? quam graeca? IV. 22, 2: Si elegos ejus in manus sumpseris, leges opus tersum, molle, jucundum." Quintil. X. 1 p. 908: elegiae tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus", unde apud Politianum Nutric. p. 271 est: tersi — pia musa Tibulli" et Pierium Valerianum de Stud. Condit. p. 1234: terse Tibulle". Ceterum haec oratio non magis imperfecta est, quam illa Silv. IV. 4, 102 (Conject. XIII.): nec enim intemeratius almae Pectus amicitiae" et Sil. XII. 228: Cinyps, quo gratior ora Non fuit."

V. 55. sq.

„Sic (viso) id est ita inepto carmine. Sic busta Lini: sic Apollo in funere Lini cecinit qualecumque potuit carmen." Sic haec interpretato Domitio adversatur Gronovius Diatr. p. 590 seq.: „Apparet hoc maxime queri Statium venam et verba se deficere. In quo se cum Orpheo et Apolline comparat. Quid est ergo: Orpheus invenit, quod caneret? Non invenit erat dicendum. Ut in pietate Abascantii V. 1, 202: tristemque rogum sine carmine flevit. Qui unicus locus docet, quomodo hic scribendum sit, nempe haud diro viso sic vulnere. Sic Orpheus viso diro vulnere — haud invenit dulce sibi, quod caneret. Et mox: sic busta Lini complexus Apollo Conticuit" suffragaturque Heinsius Adv. l. d. p. 595: Conticuit pro Non tacuit bene editio Parmensis cum Gronovio: certe in Pietate Abascantii

Orpheum dolore oppressum ad busta conjugis tacentem inducit." Rursus Marklandus, quem sequuntur Duebnerus Queckiusque: „Quomodo se comparare potuit Statius Apollini et Orpheo silentibus, quando ipse non silet? nonne enim canit hoc Epicedion? nonne dicit de se ipso v. 33: juvat heu, juvat illaudabile carmen fundere? Ergo necesse est ut comparet se ipsum canentem hoc Epicedion post mortem pueri Apollini et Orpheo canentibus, huic post mortem Eurydices, illi post mortem Lini et proinde omnino jam falsum est Gronovii haud invenit et Conticuit. Dicit Statius: Quemadmodum Orpheus — invenit quod caneret solito quidem carmine longe inferius, tamen dulce sibi saltem, utpote quod solaretur aegrum amorem et quemadmodum Apollo post funus Lini non tacuit id est cecinit aliquid: sic ego defuncto hoc puero luctus in carmina verto — et voluptatem quandam capio in fundendo ignobili et illaudabili carmine —: hoc me consolor illorum exemplo: meliora non possum, cum abierint usitata copia et inventio et nihil animo occurrat nisi humiles conceptiones et verba sordida et vulgaria. Hic est sensus satis jam apertus et hinc patet retinendum esse Non tacuit." Quae in errore versari omnia ex iis intelligitur, quae cum de versibus 25. 33 tum de versu 53 edisseruimus. Itaque tollendum jam est istud non tacuit, cui quum praetexi possit ipse Rehdigerani libri non tacui et reliquorum codicum conticui dissensus et auctoritas Cortii Lucan. VII. 598 p. 232 et quae nos in medium attulimus Valg. p. 87 et vocis non ante con saepe omissae testes Madvigius Emendd. Liv. p. 579 Seyffertusque Cic. Tusc. I. 23, 54 p. 19, falso his patrocinatus est Gronovius p. 591: „estque simile vitium a librariis commissum infra v. 79: quo sospite natos Non cupii: nam ita recte Domitius, cum Ms. haberent Concupii"; hoc ipsum enim a Statio scriptum esse infra evincemus.

Quae quum ita sint, quum non hoc agatur, ut „post funus Lini cecinisse aliquid Apollinem" intelligatur, sed

ut solemne et dulce id carmen fuisse affirmetur, non absurdum est suspicari illud conticuit eo errore provenisse, quo apud Ovidium Am. III. 9, 24: invita concinuisse lyra" in plerisque libris hoc insedit: conticuisse et Fast. VI. 342: conticuere molae" in Regio factum est continuere, quod ipsum concinendi verbo non minus saepe, quam retinere verbo recinendi (Carm. ad Pison. 68, de quo diximus Theb. Parad. p. 431. Cul. 71. Cic. Brut. 46, 171. Quintil. IX. 2 p. 783. Marcian. Cap. IX. 888 p. 690. Dracont. Hexaem. 450. Ammian. Marc. XV. 1, 4 p. 43. XIX. 7, 7 p. 186. Oud. Apul. Met. V. p. 367) insidiatum esse testantur Oudendorpius Frontin. II. 12, 1 p. 305 et Drakenborchius Liv. VI. 35, 9 p. 310. Ut jam appareat hac verborum opus esse descriptione:

si in funere carae
Conjugis invenit caneret quod tersius Orpheus,
Dulce sibi si busta Lini complexus Apollo
Concinuit.

Quod idem sic dixit Ovidius Am. l. d.: Aelinon — Dicitur invita concinuisse lyra." Dulce concinuit quidem, ut Calpurn. Ecl. IV. 9: Dulce quidem resonas (cf. Heins. Ovid. Rem. Am. 766 p. 763 et Claudian. Prob. et Olybr. 120 p. 13. Wach. et Arntz. Caton. Dist. I. 27 p. 75. Cort. Lucan. V. 217 p. 599 et I. 353 p. 99. Jacobs. Callistr. Stat. 1. p. 683. Sidon. Apollin. V. 265: Hammon Si sanctum sub Syrte gemit"), dulce sibi autem ut consummatissimo carminum arbitro cf. Conject. XIX. Sympos. Aenigm. II. 2: arundo — Dulce sonans Musis (add. Stat. Silv. V. 3, 16: nil dulce sonantes." Jos. Jscan. VI. 4: toto nil agmine laetum, Dulce nihil"); denique busta complexus, ut Silv. III. 5, 52: exequias amplexa canori Conjugis." Theb. II. 508: Relliquias amplexa virum." Nec vero dissimulo ex eo, quod in Rehdigerano est tacui, posse conjecturam et consilium capi hujus potius ordinis ducendi: si Orpheus in funere conjugis invenit quod caneret tersius, si Apollo

busta Lini complexus invenit quod sibi dulce esset," inde versus 56 aut sic constituendi: Conticui. Nimius fortasse —" (ut Theb. IV. 185: Thamyris damnatus in annos Ore simul citharaque — Conticuit praeceps) aut in hunc modum, quem ego pervelim:

si in funere carae
Conjugis invenit caneret quod tersius Orpheus,
Dulce sibi si busta Lini complexus Apollo.
Nunc acui nimius fortasse avidusque doloris
Dicor.

Nam quum ipsum nimius, sive doloris nimium avidumque dici putas poetam sive nimium et doloris avidum (ut a Seneca Ag. 84: Erinnys Nimias semper comitata domos", a Tacito Hist. III. 52 nimium Antonium" Floroque III. 15, 3: jam nimium et potentem altero tribunatu"), habeat, quod displiceat, illa verba, quae illaborata sunt atque obvia recolenti vel voces carae v. 53. tumulo v. 25 in Rehd. sic proditas: tare. cuinulo cf. v. 29 victatus (ne jam vocis non in locum vocis nunc subrogatae testes afferam libros Eumenii pro inst. schol. 19, 5: nunc aeternis auspiciis renascuntur. cod. Livin. non et Livii Drak. X. 14, 12 p. 107 cf. Hand. Tursell. IV. p. 344, qui de vi et usu vocis nunc explicavit p. 339), et molestiam levant verbi canendi bis positi v. 54. 56 et ipsa dignissima sunt Statio, apud quem legi arma invita capessi (Theb. IX. 891. vid. Valg. p. 404), moestam teneri, propiorem timeri, ingentem sentiri (Gron. Diatr. p. 168) et quae nunc praetereo, dicetur alias. His verbis autem praeclare atque apte describi animum poetae simul et nimio dolore impotentis ac deficientis (v. 42 sq.) et ad deos incusandos proni incitatique (sic enim Sil. I. 559: clausos acuunt extrema pericli." 113: his acuit stimulis cf. V. 227. Virg. Georg. IV. 436: lupos acuunt balatibus agni. Stat. Silv. V. 2, 25: Illum omnes acuunt plausus. Claudian. B. Gild. 349: juvenem stimulis — virtus Exacuit. Columell. X. 105: quaeque viros

acuunt — semina bulbi". Coripp. Jo. l. 437: acuunt stridoribus hostes cf. VII. 277. 76 mentes. 91 iras, ut Stat. Theb. II. 331. Pan. Bereng. I. 164. Joseph. Jsc. 1. 209. cf. V. 123. add. adnot. Eclog. v. 27 p. 43) quis est quin sentiat ac concedat?

V. 57.

„Dicor. Statim repone Dicar id est dici possim. Hoc sensus postulat. Ovid. Art. Am. III. 115: Alterius dicas illa fuisse Jovis id est dicere possis. Sic Cal. Dec. 55, prout legendum, credas. Exempla ubique. Sic devincas infra v. 63, ubi male Parm. devinces." Haec Marklandus, quem sequuti sunt Duebnerus Queckiusque. Quos in errore non levi versari intelligitur ex iis, quae disseruit Handius Tursell. III. p. 722 sq. Certe intendendum fuerat (cf. adnot. v. 58) Ciceronis potius exemplo Div. in Caec. 12, 40: fortasse dices: quid? ergo haec in te sunt omnia?", quam illi Ovidii loco, quo usus est Burmannus Rutil. It. I. 99 p. 37, aut, ut hunc addam, Martiali V. 18, 5: Fortasse avarus videar (Pal. Grut. videor) aut inhumanus" et XIII. 56: Te fortuna magis capiat" (hoc enim idem Pal. praeter alios tenet). Neque Imhofius l. d. p. 32 non retinuit dicor. Quod verum esse non latet per sententiam et versus proxime superioris jam restituti et versus 65 sq.

V. 58.

„Quisnam autem — reprendit.) Erumpit in defensionem luctus sui. Omnino vero scribendum Quisquam autem. Quasi jure hoc nemo facere possit" Barth. p. 506 et Emend. [p. 1]. Qui immemor fuit primum eorum, quae proxime subjecta sunt v. 60 sq., et 65: „ille severus, Quisquis is est," deinde Virgilii Aen. I. 48: „et quisquam numen Iunonis adoret" cf. Gron. Sen. Thyest. 546 p. 141 atque eorum locorum, qui sunt

penes Heinsium Aen. XI. 392 p. 646. Rursus Marklandus: „Ven. reprendis pro reprendit, quod verum esse potest, ut Philet. Urs. v. 1: Saeve nimis, lacrimis quisquis discrimina ponis“ (cf. Burm. Ovid. Am. I. 7, 2 p. 350 et Trist. III. 11, 56 p. 592) nullam habuit rationem nec versus 60: Imperii, Fortuna, tui“ nec verbi audet; hoc enim in v. 61 positum legitur, non audes. Quare satius videtur fuisse Venetae editionis memoriam, quae eadem est Rehdigerani libri, rependis similitudine ejus excusare erroris, quo v. 63 in eodem Rehdigerano consignatum est obstet, non quo opus esset: obstes (cf. Theb. IX. 343 inrumpis: inrumpit vid. Conject. X. Ovid. Fast. I. 523 Troja resurges. Guelf. resurget. 533 licet ipse recuset. Petav. recuses. 559 Jove natus abibat. Petav. abibas. Trist. IV. 2, 55 petes arcum. Reg. Bern. petant. Pal. petunt. Prop. II. 20, 33 poteris componere. Ment. Leid. pr. poterit. Claudian. Pr. Cons. Stil. II. 364 incepta secundat. Voss. secundas. Nupt. Hon. 330: Non odium terrore moves nec frena resolvit Gratia. Jun. movet. Martial. X. 32, 3 rogas. Wolf. rogat cf. VIII. 21, 8 alma parens. Voss. pr. parent. Quintil. Decl. I. 16 p. 35 quasi abdicaret, quasi expelleret. Leid. sec. Voss. abdicares. III. 3 p. 62 quam nemo appellaret impune. Leid. sec. appellasses. VIII. 7 p. 171 potestatem sibi vindicavit affectus. Voss. pr. vindicabis cf. Heins. Ovid. Her. X. 75 p. 140. Cort. Lucan. V. 61, p. 572). Verum alia nos excipit dubitandi causa aliterque mirabilis. Nam belle mehercule poetae orationem interventu suo distinguit autem: Quisnam autem gemitus lamentaque nostra reprendit?“ Age porro: in eo loco, in quo majorem esse sermonis vim et vehementem aliquem sensum consistere sentis ac percipis, quanti tu censes esse ponderis verbum reprehendendi? Quod longe inferius est vi ejus verbi, quod legitur Silv. II. 6, 18: Castigat luctus. Accedit, quod in eo loco, in quo de justo doloris et pudoris modo quaeritur, alienissimum est verbum reprehendendi sic interpretari, ut memor Ovidii

Her. XI. 53: elapsaque verba reprendo" ac Propertii III. 17, 9: Quam possit vestros quisquam reprehendere cursus" velis dici gemitus et lamenta omnino reprimi. Quin igitur dignitati et elegantiae orationis consulimus rejiciendo, quod ex Ovidii Her. l. d. invectum videtur esse: Contineo gemitus elapsaque verba reprendo," adsciscendo id, quod praebet optimus liber rependis? Quod verbnm quum aliquoties nocuerit alteri (nt apud Virgilium Aen. II. 444: fastigia prensant. Menag. alt. pensant et in Statii versu Theb. VI. 241: alterno deprenditur unus" Anonymns de Computo ap. Murat. Anecd. T. III. cap. 42 sive Valg. p. 451 affert scriptum: dependitur unus" ut deterius fide Servii Aen. VIII. 590 p. 491 et Isidori Origg. III. 70, 19 p. 133, ita melius illo, quod posuit Titius Calpurn. Ecl. V. 121 p. 684: deperditur humor), saepius ipsnm damnum fecit, ut Theb. VIII. 209: tristesque rependant Exequias. duo codd. Barth. p. 832 reprendant. Claudian. Mall. 228 rependens. Maz. Gevart. reprendens. Buenem. Lactant. Opif. 3, 5 p. 1129. Lucan. IX. 685 pensabat iter. Exc. Steph. prensabat. VIII. 849 pendere justa. codd. Oud. prendere*). Quamquam ipsa

*) Jdem verbum Emendd. Tacit. p. 7 Act. ad Antiq. Stud. pertin. 1852 restituimus Tacito Ann. XIV. 54; „Superest tibi robur et tot per annos visum fastigii regimen; possumus seniores amici quiete respondere." Agnoscimus enim Senecam hoc dicentem: illam quasi superbiam fortunae, qua tot per annos principi admotus fuit, tempus jam esse ut privatae vitae quiete et humilitate compenset atque sese ipse ab invidia redimat idque eo commodius fieri, quod plurimum roboris ipse princeps habere videatnr. Itaque sic verba simul describenda et corrigenda sunt: „Superest tibi robur, et tot per annos visum fastigii regimen possumus seniores amici qniete rependere." Vid. Schwarz. Plin. Pan. 44, 5 p. 182. Oud. Apul. Met. VI. p. 424. Nec poenitet eidem reddidisse XI. 23: Quid sic memoria Senonum mereretur, quae Capitolium et curiam Romanam manibus eorundem praedestinet? sati illis fruerentur (satis iis datum; fruerentur) sane vocabulo civitatis (de qno loco longe aliter statuerunt

forma ejus verbi, quod verum esse dicimus, aliquam labem traxit. Quoniam enim hoc profitetur poeta „nullum esse lacrimis modum, quia quae patiatur, vicerint modum“ (Sen. Ag. 692), nec fortunae crudelitati posse juste exaequari luctum, simul tria apparent: ad ea, quae nunc inveniuntur sic exarata: quisnam aut (quisnam autem gemitus cf. Eumen. Pan. Constantin. 3, 6: patricios aut insidiatos sibi aut palam aliquid conatos. Sched. Lang. autem. Hand. Tursell. I. p. 558) errore recordantium Silv. II. 6, 17: quisnam haec in funera missos Castiget luctus?“ deducta esse haec: Quis minuat gemitus“ (cf. Martial. II. 61, 5: nimiaque aerugine. Voss. Gud. minimaque); inde pro eo, quod fuerat rependens, in aliis libris erupisse reprendit (ut Theb. X. 555 portant. al. portans. Ovid. Art. Am. II. 49: Tractabat ceramque pucr pennasque renidens. Reg. renectit. Met. VIII. 473 errat. Sprot. errans. X. 558 renidens. cod. unus Heins. reclinat. Fast. I. 799 pugnans. Fontein. pugnat. Claudian. Ruf. II. 369: Nomine quemque vocans. Luc. Gyrald. Vat. pr. vocat. VI. Cons. Hon. 629 resultans. Vicet. resultat. 269 peragens cum murmure bellum. Med. quart. peragit cf. Eutr. II. 182 incedit. Gyrald. Luc. Lov. incedens. Lucan. V. 349 relinquens. codd. relinquet, relinquis, relinques. Apul. Met. IX. p. 638 suspirans. Dorv. suspirat), in aliis rependis, quemadmodum apud Statium Silv. II. 2, 126 repellens praeferendum alteri repellis, repelles diximus adnot. v. 46 sq. et apud Claudianum Ruf. II. 423: una tot millia morte rependis? Eversis agedum Rufinum divide terris“ (Helmst. rependi) non immerito suspiceris scriptum

Hauthalius Mus. Rhen. V. p. 637 et Urlichsius VI. 638 atque nos rati hoc dici: promptum paratumque Gallis jam fore triumphi decus et senatoriam dignitatem). XIV. 8: aliam fore leto rato (certo) faciem. 16: insignis artis aestimatio. XV. 54: ligamenta partiebat atque eo demum Milichum movet. 74: venerationem item hominum verito; quae eorundem ad omina dolo in sui exitum verteretur.“

fuisse: „rependens — divide" cf. Theb. IX. 891 invita capessi Arma. vulg. capessens. codd. capesse. Nimirum et hic et infra v. 82 extiterunt, qui ad Servii praeceptum se componerent hocce Aen. III. 300 p. 212: „Notandum sane finitum esse versum participio, quod rarum apud Latinos est," de quo praecepto quid sit statuendum dicunt Schraderus Animadv. ad Mus. c. II. p. 133 sq. et Arntzenius Sedul. I. 11 p. 35 cf. Silv. I. 4, 118 haerens. II. 1, 37 quaerens. 4, 11 fulgens. III. 1, 67 discens. IV. 6, 55 gaudens. V. 2, 65 linquens. 118 quassans. 3, 29 retexens, ut Theb. V. 296. Heins. Claudian. B. Gild. 325 p. 226. Theb. XII. 604 campumque lacessens. 688: fictumque ac triste renidens. VI. 666 refulgens. VIII. 633 reposcens. XI. 10 relinquens. Achill. II. 254 reportans. Catull. 64, 313 torquens. 323 augens. 376. 387 revisens. Ovid. Met. X. 359 haerens. 391 nudans. 558 renidens. Val. Flacc. I. 163 jungens. 660 gaudens. 777 anhelans. 841 quassans (III. 124). II. 211 gestans. 255 tendens. III. 59 linquens. 66 cernens. 106 mandens. 127 requirens. 407 remittens. 547 resistens. Lucan. I. 137 gestans. 138 haerens. 156 revertens. 193 coercens. Sil. VII. 144 vibrans. 407 relinquens. 570 pollens. 590 cingens. 702. tremiscens. Manil. I. 263. 405. 408. 513. 582. 655. 660. 704. 858. Claudian. B. Get. 65. VI. Cons. Hon. 418. 485. R. Pros. I. 173. Nemesian. Laud. Herc. 16. Sidon. Apollin. II. 87. 91. 92. 151. 153. Coripp. Just. I. 89. 124. 145. 155. 322. 353. 354.

Tertium autem hoc affero: tantum abesse ut in principio proximi versus voculam O (nimium felix) positam legi recte docti omnes consentiant, ut unam litterulam intelligatur superesse de eo nomine, quod fuerat more. De qua re eo minus potest dubitari, quod istud nimium (felix), ut adnot. v. 59 dicetur, falso proditum est. Itaque pro certo affirmamus a Statio haec fuisse scripta:

Quis minuat gemitus lamentaque nostra rependens
More hominum?

Ut apud Terentium est Andr. V. 6, 3: „more hominum evenit, ut quod sim ego nactus mali, Prius rescisceres tu, quam ego quod tibi evenit boni" et Sallustium Jug. 93, 3: more ingenii humani cupido difficilia faciundi animum vortit" et eos, quos morem in consuetudine et lege posuisse docent Barthius Theb. VI. 577 p. 555 et Heinsius Adv. I. 5 p. 56; hoc enim poeta dicit se quidem sine more, sine lege queri (Elmenh. Minuc. Fel. 25 p. 251. Cerd. Virg. Aen. VIII. 635 p. 254. C. Wopk. Misc. Obss. IX. p. 73. Arntz. Aurel. Vict. V. Ill. XI. 3 p. 54 cf. H. I. Arntz. Sedul. 1. 155 p. 66 maximeque Heins. Sil. XII. 449 p. 616 sq. et Burm. Ovid. Art. Am. I. 119 p. 549, quos laudat Burmannus Eleg. de Phoen. 99 p. 1056). Rependens autem, ut apud Claudianum Mall. 228: Dis proximus ille est, Quem ratio, non ira movet: qui facta rependens Consilio punire potest" et Corippum L. Justin. II. 155: Nec vacuis verbis nec inanibus acta figuris Ore feres prolata meo, si dicta rependis" (quod „ob metrum positum valere perpendis" videtur Barthio p. 373) cf. IV. 211: penduntque moras causasque morarum Inquirunt." Sil. I. 534: Mente adversa domat — et decoris pretio discrimina pensat" cf. Claudian. VI. Cons. Hon. 115. Burm. Vellej. II. 12, 5 p. 108 et 88, 3 p. 470 et ipsum Statium Theb. III. 8: nec numero virtutem animumque rependit. X. 884: Lernam Thebasque rependit. Nec dubio sententiae vere restitutae argumento ipsa est et vox nostra: gemitus lamentaque nostra rependens More hominum" et disceptatio vocis nimium v. 59 jam peragenda.

V. 59. sqq.

Non liquere de sententiarum ordine arguit doctorum hominum dissensus. Namque Lindenbrogius versus hos

sic descripsit: „O nimium felix, nimium crudelis et expers Imperii fortuna tui, qui dicere legem Fletibus, aut finem audet censere dolendi. Incitat (heu) planctus" his p. 479 additis: „uti distinxi ita certum est legendum. Simile aliquid in Seneca habemus." At Barthius: „O nimium felix, nimium crudelis, et expers — tui, qui — dolendi, Incitat", Marklandus Duebnerusque et Queckius autem sic: O nimium felix, nimium crudelis, et (crudelis et Queckius) expers — tui, qui dolendi! (dolendi. Veenh.). Quasi vero lateat falsum esse istud nimium felix: neque enim qui nimium felix est, recte dicitur nimium crudelis, sed ipse is, qui felix est (ut Silv. II. 6, 1: Saeve nimis, lacrimis quisquis discrimina ponis Lugendique modos"). Unde apparet hic quoque (v. adnot. v. 19) describentibus fraudi fuisse recordationem talium locorum, quales sunt Sen. Herc. Oet. 1778: o nimis felix, nimis, Thebane conjux. 1803: pro nimis felix, nimis". Val. Cat. Ecl. 9: O fortunati nimium". Prop. II. 23, 99: O nimium nostro felicem tempore Romam." Val. Flacc. VII. 336: O nimium jucunda dies" cf. Markl. Silv. II. 7, 24 p. 252. Hand. Tursell. III. p. 68. IV. p. 209. 213. Stat. Silv. III. 3, 25: Felix et nimium, Felix (ubi qui a doctis silentio praeteriti sunt, ter nimium Heinsius et Burmannus Anth. Lat. IV. 13, 19 p. 10, heu nimium Burmannus Virg. Aen. IV. 657 p. 586 praestabilius duxerunt, vocem et merito retinuit Cortius Lucan. VIII. 139 p. 293 cf. Oud. Apul. Met. VII. p. 450). add. Theb. VII. 547: Heu nimium mitis. Achill. II. 323: nimis o suspensa nimisque Mater."

Ergo et praeclaro jam argumento stabilitur conjectura supra v. 58 in hunc modum: More hominum" nullo negotio facta (documento enim sunt vel nomina omnium et animum inter se permixta Schwarz. Plin. Pan. 94, 2 p. 481. Bossch. Apol. Apol. p. 561) et illud apparet atque extat hunc esse sententiarum ordinem: „Qui felix est, idem nimium crudelis est et qui tui, Fortuna, imperii

expers fletibus legem dicere aut dolendi fines censere audet, incitat planctus; nam flumina ripas fugientia prius devincas, quam lugere vetes miseros:

> Felix nimium crudelis, et expers
> Imperii, Fortuna, tui qui dicere legem
> Fletibus aut fines audet censere dolendi,
> Incitat heu! planctus.

Ut novo et insigni (vid. adnot. v. 19) documento confirmetur, quod Queckius p. V. et Imhofius tenent: librarium Rehd. non tam verba vocesque descripsisse, quam litteras depinxisse subtiliore doctrina destitutum. Postremo Silvarum I. 3, 6 locum adjiciam, in quo eadem verba in diversa sententia posita leguntur atque hic v. 60: Erubuit tanto spoliare magistro Imperium Fortuna tuum.".

V. 62. sq.

„Potius fugientia ripas Flumina devincas. Malim detineas et citius." Ita censuit Heinsius Adv. l. d. p. 595 fortasse memor Theb. VIII. 505 cf. Cort. Lucan. II. 217 p. 224. Utrumque in supervacuum tentatum esse arguunt hinc Cicero Off. III. 22: „Potius diceret non esse aequam, quia non esset utilis reipublicae, quam cum utilem esse diceret, non esse aequam fateretur". Seneca Tro. 650: „ossa fluctibus spargi sinam Disjecta vastis? potius hic mortem oppetat." Seneca Cons. ad. Polyb. 30: „Ne commiseris, ut quisquis extemplo ac modo scripta tua mirabatur, quaerat, quomodo tam grandia tam fragilis animus conceperit. Potius ab istis, quae te torquent, ad haec tot et tanta, quae consolantur, converte", de quo locorum genere nihil attulit Handius Tursell. IV. p. 512 sq., inde et recordatio Achillis cum Trojano amne depugnantis et ea res, quod impetus latius evagati fluvii (cf. Avien. Arat. Progn. 254: Aggere devicto superabunt flumina ripas." Coripp. Just. I: 124: Aggere — victo flumen inundans In latos erumpit

agros." Manil. IV. 417: ruptis fugientia flumina ripis" cf. Heins. Adv. III. 6 p. 445 sq. intpp. Petron. 122 p. 745 sq. Burm. Ovid. Her. XIX. 155 p. 286. Wernsd. Avien. D. O. 1319 p. 1144) rectius dicitur domari et ita devinci, ut ripae repetantur, quam detineri, quod idem esse atque sistere et superfusum quasi alligare docet Seneca Ag. 55: quid cadentes detinet stellas polo?" cf. Claudian. Jdyll. IV. 28: Tunc Nilum retinent ripae." Cort. Lucan. II. 217 p. 224. Reddendum autem hic est, quod supra p. 7 omissum video: in Parmensi extare devinces (Markland. v. 57). Licet adjicere de loco Theb. I. 357. vere sic prodito: „gelidas surgens Erasinus ad Arctos" et versu Manilii III. 634 in hanc sententiam corrigendo: „Nilusque tumescit in horas (Virg. Ecl. X. 73 Jever. Lucan. III. 752 p. 457 cf. Burm. Val. Flacc. VII. 318 p. 613) nos dedita opera explicuisse illo de Erasino fluvio deque hyperbole quadam poetica libello Friedlandiae 1864 edito.

V. 65.

Mirum est doctos homines prope omnes esse in auctoritate Barthii Animadvv. p. 506: „Vulnera caussae) Quas caussas habeamus deflendis nostris vulneribus. Alibi transpositas voces notavimus et sensum esse cognoscant 'caussam nostrorum vulnerum." Notavit autem is transpositam vocem in Theb. I. 375 p. 127. II. 91 p. 314. III. 703 p. 864. Paulo aliter statuit unus Marklandus v. 67 p. 409: „Vulnera nostrae causae sunt nostra vulnera, si recte locus habeat. nostra causa pro nos, ut causa veneni pro venenum apud Ovid. Met. IV. 19 et innumera ejus formae. Sed de loci sanitate dubio." Et merito. Qui enim ab hoc inde loco singula, quae causae domini insanabili orbitatis vulnere afflicti penitus pernoscendae utilia esse videantur, persequitur cura vel minutissima (v. 69

sqq.), is non est dubium quin voluerit cognosci suae causae viscera:

nostrae cognoscat viscera causae.

Ut est apud Ciceronem de Orat. II. 78, 318: „Haec autem in dicendo non extrinsecus alicunde quaerenda, sed ex ipsis visceribus causae sumenda sunt", cui proximum est illud 36, 149: ut in iis locis — pervolvatur animus, ut se penitus insinuet in causam," contrarium frons causae Burm. Qintil. Decl. VIII. 1. p. 165. Similiter qui in mediam emergit civitatem hostis, intra viscera accipi dicitur a Quintiliano Decl. CCLV. p 467 sive in visceribus urbis apparere CCLXXII. p. 524 cf. Cic. Catil. I. 13. Duk. Flor. II. 6, 41 p. 319. Cort. Lucan. I. 3 p. 3 et VII. 579 p. 229. Sil. III. 709: Altius Ausoniae penetrare in viscera gentis." Maximian. Eleg. I. 259: Omnia naturae solvuntur viscera nostrae." Eodem autem modo identidem variatum scribendo est apud Lucanum III. 677: viscera laeva Opposuere manu." Sulpic. Ascens. vulnera. 658 permixtus viscere sanguis. Guelf. 9 vulnere. S. Germ. mixtus post vulnera sanguis" et quos locos non attulit Cortius p. 416, ejusdem libri v. 746: destituit calidus tua vulnera sanguis. Ebn. Guelff. Barber. viscera. IV. 291: adstrinxit vulnera sanguis. cod. Barth. viscera cf. I. 3: In sua victrici conversum viscera dextra. Farnes. funera. Senec. Epist. 84: per siccata viscera. Gron. Cort. l. d. vulnera. Claudian. Eutr. I. 46: matris post viscera. codd. p. 272. 829 funera. verbera. ubera cf. adnot. v. 49. Nemesian. L. Herc. 11: dignus credi post viscera numen. Burm. funera, quem falli et Wernsdorfius docuit et intelligitur ex iis, quae de usu vocis viscera disseruit Wopkensius Sedul. V. 286 p. 238 cf. Quintil. Decl. VI. 10 p. 137: exigitur poena trans hominem. Stat. Theb. XII. 265: errantque animae post membra solutae" (quem cum Nemesiano v. 88: Dignaque sidereos post membra intrare recessus" contendere Wernsdorfium non minus

fugit, quam versum 100: Iuvat ire" cum Virgilio Aen. II. 27 cf. Stat. Theb. I. 616 et Sen. Ag. 435). Incompertam hanc rem habuit Marklandus Praef. p. VIII. sq. cui quidem satius fuerat vel hoc proponere: ille severus — nostrae cognoscat vulnera curae). Juvat etiam hoc adjicere a Grammatico Ms. Barth. Adv. XXXVII. 13 p. 1692: „Statius: ne ca*ne latuere patrum supplexque profatur" positum esse versum Theb. VII. 154: Nec causae latuere patrem.

Quod superest: sententiarum ordo videtur hoc postulare, ut quem locum occupavit vox tamen, is reddatur voci tantum:

Tantum ille severus,
Quisquis is est, nostrae cognoscat viscera causae.

Ut Theb. IV. 761: Tantum reduces det flectere gressus. XII. 203: Ne tantum revocate gradus. Achill. I. 542: tu tantum providus astu Tende animum vigilem. Virg. Aen. VIII. 78: Adsis o tantum et propius tua numina firmes" (ubi Wagnerus p. 189 haec adscripsit: tantum optantis hic est, ut alibi; VI. 74: foliis tantum ne carmina manda"). Ovid. Trist. I. 1, 101: Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto." Marius Am. II. 15, 18 p. 446 sq. Douz. Remed. 714 p. 761. Ea autem mutatione nihil aut facilius aut frequentius esse testantur et Arntzenius Plin. Pan. 8, 2 p. 44. Drakenborchius Liv. IX. 12, 6 p. 101. Oudendorpius Apul. Met. III. p. 214 et Heinsius Ovid. Rem. 423 p. 743. Burmannus Her. IX. 119 p. 130. Cortius Lucan. V. 102 p. 580. Arntzenius Sedul. II. 190 p. 124 sq. Lachmannus Prop. IV. 4, 3 p. 244. add. Carm. de Phoen. 3. Martial. IX. 46, 4: Dum tantum aedificat. plurim. codd. tamen. Coripp. Jo. II. 105: Sed licuit timuisse tamen. Triv. tantum. Claudian. Eutr. I. 420: tutum Mentis pignus. Vat. sec. Pal. Farn. Rott. tantum. Vat. duo tm̄. Alia in Cinnae Propempt. fr. 3 explicando expromemus.

V. 66 sq.

Exponam, qua via ac ratione in hoc loco emendando progressus sim. Quum in editis libris omnibus invenissem: mercatus Pharia de puppe loquaces Delicias" solaque in ea re a reliquis dissensisse Marklandum Duebnerumque et Queckium vidissem, quod de Heinsii Ovid. Met. VI. 56 p. 450 sententia Phariae pubis commemorationem anteferendam putarunt, in codicibus vero Domitii et Lindenbrogii et Capilupiano et editt. Parm. et Rom. Aedituas, in Rehdigerano Edituas, in Veneto exemplo Ede tuas extare compertum esset, delicias in hoc loco ut intelligi facile credidi, ita plane percepi ipso nomine (ut ab Ovidio Trist. I. 2, 80 et Quintiliano I. 2, quem cum hoc Statii loco composuit Wernsdorfius Maximian. Eleg. V. 110 p. 372) non appellatas fuisse. Nemo enim ad persuasionem apposite demonstraverit potuisse vocem notissimam et maxime pervulgatam (cf. II. 1, 71. III. 4, 57) ultra illam scribendi temeritatem, quae cum multis in locis tum apud Martialem I. 7, 1 in Florr. Voss. et Columellam I. Praef. 14 cernitur: delitiae, tam prave a vero detorqueri. Itaque quum tantum absit, ut Domitius aedituas picas appellari ratus aliquid dixisse censeri possit (quem quidem errorem exagitarunt Lindenborgius Gevartiusque et Marklandus) aut is, cujus haec nota extat in Capilup. adscripta (Imhof. Condic. Crit. p. 42): Aedituas. „pueri aedituis eruditi. M. S.," ut fraudem ejusmodi hic subesse facile intelligatur, quali ecloga apud Suetonium Ner. 42 vertit in ecclesiam, Gannicus in Canonicum apud Frontinum II. 4, 7, Xanthus apud Martialem VIII. 21, 7 in cod. Voss. in sanctum et salicta apud Catonem de R. R. 36, 2 in sancta, pectora in peccata in Leid. sec. Quintil. Decl. IV. 12 p. 94, apud Grammaticum de Gen. Nom. 262 p. 48 in Evangelium id, quod apud Nonium Marc. p. 217, 1 (p. 147): „Neutro Varro Gallo" incorruptum

adversus vitia mansit — nolo enim rem in Emendd. Arnob. cap. XI. Anal. Prop. p. 73 inchoatam nunc pertexere —, sed quum fraudis genus facile agnoscatur, investigandum tamen et proferendum est aliquod vocabulum, quod ad istas commenticias aedituas videatur litterarum similitudine proxime accedere. Quod cogitanti subiit illud errorum genus reputare, quo primas quasque vocabulorum litteras in ipsis versuum initiis positas maxime intercipi solitas esse et alii docuerunt, quos Drakenborchius Sil. X. 297 p. 513 commemoravit, et nos Gratii loco Cyn. 179: Acyrusque sic correcto: Naryciusque Electt. Crit. p. 3 sq. novisque jam exemplis et Statii v. 84. 59 confirmare licet et Silii III. 481: „Cuncta gelu canaque aeternum grandine tecta Atque aevi glaciem cohibent" hac, si quid videmus, ope adjuvandi: Stantque et vi glaciem cohibent." Jamque videbar non incommode reminisci illud Epigramma Anth. Pal. VII. 221, 3 p. 371: Ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρα τὰ κωτίλα, unde posset perveniri ad στωμύλον εὐτυχίην IX. 187, 4 cf. Hemsterh. Anecd. p. 91 sq. et κωτίλους χάριτας, εὐφροσύνας sive loquaces laetitias (Fab. et Haverc. Lucret. III. 143 p. 499. Arntz. Mamertin. Grat. Act. 29, 2 p. 759) vel blanditias, quum ad aliud moliendum inclinavit verius, quam deflexit recordatio permixtarum saepissime vocum laetitia et nequitia (Burm. Prop. I. 11, 23 p. 122 et II. 4, 2. p. 242). Neque enim subinde nihil movebat ea res, quod cum oratione Statii delicias suas sic laudantis: doctum convicia infantem salibusque protervum mirifice congruere videretur illa Martialis professio XI. 16, 7: nequitias nostri lususque libelli. VI. 82, 5: ille Martialis, Cujus nequitias jocosque novit. V. 2, 3: Tu quem nequitiae procaciores Delectant nimium salesque nudi, Lascivos lege quattuor libellos." Quid, quod vocabulum „pro lascivia et petulantia vulgo traductum" (Barth. Adv. XXIX. 14 p. 1383 cf. Erhard. Petron. 87

p. 547 sq. et Gloss. 55 p. 357. Burm. Ovid. Her. IV. 17 p. 41 et XVII. 29 p. 245. Burm. Prop. ll. 4, 2 p. 242. Harles. Chrestom. Lat. Poet. p. 116 sq. Orell. Arnob. V. 5 p. 272) in ipsis hominibus atque adeo in pueris Alexandrinis (Valg. p. 87), quo genere nullum disertius fuit (Rigalt. Artemid. II p. 99) et facetius, poni ejusdem Martialis testimonium suppetebat hoc IV. 42, 4: Si quis forte mihi posset praestare roganti, Audi, quem puerum, Flacce, rogare velim. Niliacis primum puer hic nascatur in oris; Nequitias tellus scit dare nulla magis" (cf. III. 91, 4: Huic comes haerebat domini fugitivus Achillas Insignis forma nequitiaque puer." Arntz. l. d.)? Et in hoc quidem Martialis loco, quem perstrinxerunt Pithoeus Petron. 87 p. 547 et Dempsterus Paralip. Antiq. Rom. ll. 19 p. 393. E, firmamentum et robur positum est hujus emendationis: mercatus Pharia de puppe loquaces Nequitias." Neque hoc quidem verendum esse, ne audacius egisse judicemur, declarat cum ipsa litterarum similitudo eclituas et eciutias — sic enim, ut hoc afferam, Equiria in Ovidii codicibus IIf. Mazar. eciuria, ecuria scriptum invenimus cf. Emendd. Prop. l. 4 — tum locus Julii Obsequentis CXVIII p. 197: „Sulla — magno terrori fuit inimicis. Aeditui Capitolium una nocte conflagravit," quem hoc modo: „— inimicis. nequitia (segnitie) aeditui" reconcinnari verius est, quam hoc, quo Scaliger voluit: aeditui culpa" aut quo Pighius: aeditui incuria aut quo Oudendorpius: inimicis caede edita. Capitolium —." Nam Heinsium omitto nequitias et delicias in Ovidii Am. ll. 1, 2 p. 397 permutare ingressum. Qui idem quam incaute apud Statium quamvis proclivi instituto (vid. Quaest. de Tanusio IV. p. 28. Coripp. Jo. V. 385: deducere puppes Vectantes alimenta suis. Triv. pubes) Phariam puppem jusserit fieri Phariam pubem (quamquam fortasse praestabat plebem poni cf. Heins. Claudian. Ruf. ll. 283 p. 87. Burm. B. Gild. 416 p. 232), et Cinnae exemplo discitur, qui Bithynicam

libri Varroni donati originem hoc modo monstravit Isidor. VI. 12, 1 p. 197: Haec tibi — Prusiaca vexi munera navicula", et ex iis ipsis, quae modo argumentando exsequuti sumus, manifestum est arguuntque non dubie loci Silv. II. 1, 73: Nec mixtus Phariis venalis mercibus infans Compositosque sales meditataque verba loquutus Quaesisti lascivus herum" Senecaeque Const. Sap. 11: pueros quidem in hoc mercantur procaces et eorum impudentiam acuunt — qui probra meditate effundant," quibus locis usi sunt Gevartius p. 577. B. et Dempsterus l. d. p. 393. C. F. Et hic quidem inter ipsam hunc libellum profligandi festinationem ex insperato rem ad notitiam maxime pertinentem edoceor. Namque in extrema ea, qua verissimum, ut ipsi visum est, Heinsii inventum pubem commendat Marklandus, adnotatione p. 409. b. haec invenio addita: „Ex quo Martialis loco aeque bene legere posses in Statio loquaces Nequitias, quod a τῷ Aodituas non longius abest, quam τὸ delicias." Ergo hoc quidem in loco veri aliqua suspicio perstrinxerat animum Marklandi, quae quanto in discrimine ponenda esset nec ipse percepit nec Duebnerus aut alius quisquam exploravit. Quamquam ipse nunc Martiale posthabito malui id proponere, quod et modestius dici et a librorum memoria propius abesse videretur:

mercatus Pharia de puppe loquaces
Blanditias.

Quod nomen maxime commendabile facit et discrepantia librorum Prop. IV. 6, 72 Blanditiaeque. Vatt. Blandidutaeque. Perr. Blandidulaeque et ea res, quod quorum caritas et affectus „osculis blanditiisque quaeratur" (Quintil. Decl. II. 7 p. 44), eos ipsos dici blanditias, oscula comprobare posse videor locis Ausonii Idyll. VII. p. 342: Delicium, blanditiae, ludus, amor, voluptas Bissula" et Martialis V. 35, 2: Oscula commendo deliciasque meas," itemque affectus vocari liberos et proximos quosque docuerunt Casaubonus Capitol. Maximin. 23 p. 55. Savaro Sidon. Apollin. Ep. VI. 4 p. 388. Barthius Claudian. Epigr. 33,

2 p. 1075 Heinsiusque p. 999. Colvius Apul. Dogm. Plat. ll. p. 252.

V. 68.

Qui de statu hujus versus quaesiverunt, in summa sunt varietate et dissensione. Nam quum inventum esset samium in codice Petavii (quem a Dempstero Paralip. l. d. p. 394. A laudatum nominare quum fugisset Gronovium Diatr. p. 592, fugit nimirum etiam Marklandum p. 410), simium in codicibus Domitii et Lindenbrogii et editionibus Parm. Rom., summum in Rehdigerano et editione Veneta, Domitius p. 575. C simium praeoptavit, cui a Barthio p. 505 et Marklando p. 410 refutato favit tamen Duebnerus p. 293: „simium non esse rejiciendum contenderem, si mensura simjum Statianis exemplis posset defendi,“ Petavius correxit „lingua Samium“, dum Nonii et Ciceronis auctoritatem interponit, per duos errores lapsus, quorum alterum Salmasii Vopisc. Aurelian. 7. p. 435 doctrina fretus notavit Gronovius, alterum ante Gronovium Dempsterus nec Gronovio nec Marklando commemoratus, non item Barthius p. 506, Barthius „sales ad suam linguam redigi“ voluit hoc modo: „linguaque simul manibusque protervum,“ Gronovius a Barthii, quem silentio ipse transmisit nec post quisquam ab oblivione vindicavit, disputatione profectus puerum pantomimum „qui lingua sensus sermonemque aliorum graphice referret“, descriptum esse his: lingua simili salibusque protervum“ sibi persuasit p. 593 probavitque sic Marklando, is ut emendationem, quam liquet esse perplexam atque inconditam, diceret esse optimam, nisi quod propius esset scripturae codicum una tantum littera mutata lingua nimium: nimium lingua, ob quod supra vocarentur loquaces deliciae, ut Horat. II. 12 nimium mero Hylaeum. — Tac. Hist. I. 35 nimii verbis.“ Marklandi autem inventum

propagavit Queckius. Atqui ipsam illam litteram, cujus mutationem certo et confirmato animo Marklandus edixit, nec in aliis locis cum altera dissimillima permixtam esse quisquam adhuc idoneis exemplis comprobavit et hic abolere artis criticae praeceptis vetamur certissimis. Praeterea librariorum consensum ad injuriam notissimae voci faciendam conspirasse eo minus credibile est, quod non satis eruditis licuerat verba ea vel in hanc sententiam connectere atque explicare: puerum lingua salibusque nimium protervum.

Itaque tot inceptis doctorum hominum nihil actum est. Quorum nemo unus perspexit, unde mali labes fluxerit. Namque illam scribendi varietatem potius, quam diversitatem, cujus in aliis carminibus plurima inveniuntur documenta, ut apud Martialem XIV. 202, 1 simius. Voss. similis. VI. 39, 9 sima nare. Berol. simia. Wolfenb. summa (cf. Anth. Lat. III. 292, 29 exsinuabat amictus. Voss. exuuiabat). VII. 87, 4 similem cercopithecon. Cannegiet. Avian. 14, 3 p. 100, id quod fugit Schneidevinum p. 315, simum et quos commemorat Heinsius Ovid. Fast. III. 754 p. 215 sq. (cf. adnot. v. 26 et 24), quisquis recordatus fuerit vitii genus natum illud per eas „quas grammatici synaloephas et ecthlipses appellant“ (Vinet. Auson. Prof. 10 p. 188. Subsiciv. nostr. (Philol.) V. p. 735. Emendd. Prop. cap. V. cf. hujus eclogae v. 49 verum erat: vulnere at), non dubitabit sic dissolvere, ut verba lingua simium ad hunc statum revocet: linguaeximium. Nam litteras a et ae (ut v. 78 invidia: invidiae. Prop. IV. 3, 40 parca. Lachm. Parcae) temere in omni scriptorum genere mutatas quis nescit? in confesso autem est et juxta justa factum esse Santen. Terent. Maur. Praef. 27 p. 3 cf. Stat. Theb. XII. 589 justa ira. Ms. Lindenbr. juxta, Aesopum Exopum in Voss. 3 Avian. Praef. p. 5, esuritionum Catull. 21, 1 in Dat. Laur. exuritionum et 23, 14 esuritione in Dat. exuritione (ut Arnob. V. 28 luxuriantis. cod. vere surientis), Elysias Prop. IV. 7, 60 in Askew.

elixas, et cornix apud Avienum cornis et ut alia omittam Valg. p. 174. 509 et Subsiciv. Cap. I. p. 2 indicata, Herculis emeriti (hoc enim verum esse, non illud, quod omnes tuentur: eximii obtinebimus Emendd. cap. VII. 2) apud Propertium IV. 9, 70 in Neapolitano Hercule ex terminium, et apud Corippum Jo. IV. 1075 genitrix genitis: „Cum genitis genitrix", quod idem jam video sentire Hauptium Herm. II. 1 p. 11. Quibus ita expositis primum licet insigni documento ea confirmare, quibus Marklandi errorem supra coarguimus: apud Virgilium enim Aen. VII. 496: Ipse etiam eximiae laudis succensus amore" in id vocabulum, quod pro vero venditavit Marklandus, degeneravit in Dorvilliano libro: etiam nimiae laudis" (cf. Quintil. Decl. XII. 14 p. 255 ex nimia cupiditate. Leid. pr. eximia). Deinde suppeditat, quod in medium allatum nostrae conjecturae non leve pondus addere videatur. Etenim quum Propertii loco, quem dixi, restituendo intentus hoc quoque dubitarem, num ferri posset dicendi genus locce: Herculis eximie nescit inulta (esse) sitis," scrutatus et Oudendorpii commentarios Apul. VIII. p. 552 et Heinsii Adversaria IV. 4. p. 595 cum illud cum summa et miratione et jucunditate rescivi Heinsium de hac ipsa Statii ecloga multa p. 594—597 commentatum esse ut frugis plena, ita, ut assolet, Duebnero atque adeo omnibus incognita, tum haec exprompta inveni p. 596: „V. 62. Malim detineas et citius. Mox etiam scribam libenter: Infantem lingua eximie salibusque protervum Dilexi, non linguaque simul. Nam vetusta editio Parmensis lingua simium. Eximie protervus lingua, ut apud Catullum: eximie taedis felicibus auctus Haemathiae columen Peleus." Quae planissime demonstrant, quantum inter Heinsii et Marklandi intersit acumen atque artem, suntque recte et probabiliter adornata, nisi quod linguae eximium scribi oportuit, ut est Silv. II. 6, 97: Eximius licet ille animi meritusque dolorem Solvisti." Virg. Aen. XI. 417:

Egregiusque animi. Stat. Theb. III. 99: Tu tamen egregius fati mentisque. Claudian. B. Gild. 239: egregius morum cf. Heins. 281 p. 224. Vechner. Hellenol. I. 18, 7 p. 178 sq.; nam quod Theb. VI. 15 legitur: eximii regum simile ei, quod est II. 152: Egregii juvenum, secus tamen interpretatus est Barthius III. 472 p. 801. Sed longe dignissimus comparatione est Silius V. 77: Atque hic egregius linguae nomenque superbum Corvinus" cf. VI. 19: non patre nitens linguaque. XI. 65: praecellens Virrius ore. XIV. 31 Promptae gens linguae. VIII. 263: lingua sperabat adire Ad dextrae decus. Virg. Aen. XI. 338: Largus opum et lingua melior. Sen. Octav. 885: lingua claros. Markl. Silv. I. 4, 61 p. 203.

V. 70.

Ne hujus quidem versus sententiam quisquam adhuc assequutus est aut enarravit, qualis esset. Quum enim singulae fere ejus partes singulatim quaerendi materiem praeberent, pauci aliqua dixerunt, dixerunt autem et levia et de iis verbis, quae ad disceptandum essent facillima. Postquam enim Dempsterus l. d. p. 394. A haec pronuntiavit: „in Ms. Petavii egregie praefertur: Aspexi atque unctum genitali carmine fovi. Castigatissime. Nam infantes nuper nati et adhuc de matre rubentes, ut verba satyrici usurpem, aqua abluebantur, unguentis perfundebantur," vulgatam lectionem vinctum Barthius Animadv. p. 507 non deteriorem, potiorem Marklandus dixit testimoniis allatis Ovidii Ib. 235: Membraque vinxerunt tinctis ferrugine pannis" et Plinii N. H. Prooem. VII.: „ab hoc lucis rudimento, quae ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiunt et omnium membrorum nexus, itaque feliciter natus jacet manibus pedibusque devinctis, flens animal ceteris imperaturum" subscripsitque ei, ut solet, Duebnerus p.

293: „vinctum. Fasciis, ut recens natum.“ Hic quoque magnopere desidero doctissimorum hominum prudentiam et acumen. Quid enim? rectene et ordine factum est, ut vinctus infans diceretur nulla mentione addita aut pannorum aut manuum pedumque, qua ii ipsi, quorum testimonia interponuntur, non esse supersedendum putarunt? Quid? rationisne fuit statuere vincto infanti Statium adfuisse cantilena, cantilena autem tali, quales novimus esse nutricularum dulces arcessentium somnos (Barth. Theb. V. 616 p. 288)? cui quidem rei commemorandae non hic, qui in manibus est, locus deberi videtur, sed ille, ad quem v. 85 sermonem deductum videmus. At „genitale carmen est genethliacum, quo se statim ut natus fuit, suo puero adfuisse dicit Statius eumque Musis aliisque divis ei rei excogitate praefectis commendasse.“ Certe sic dicit Barthius Animadv p. 597 similiterque Morellus p. 576. A.: recens natum e solo sustuli et natalem ejus scripsi“ neque obloquitur quisquam. Mira profecto fides. Quid enim absurdius proferri potest, quam vernam puerum fere talem fuisse qualem Meleagrum et celebratissimos quosque viros, quibus natis „carmina divino cecinerunt pectore Parcae“ (Catull. 64, 383. Broukh. Tib. I. 8, 1 p. 143. Jac. Philostr. Im. II. 8 p. 448. Lob. Aglaoph. p. 790. add. Ovid. Ib. 242) aut quali patri suo exorto Musas non „genethliaco carmine adfuisse“, sed dextrum dumtaxat risisse fingit Statius V. 3, 121 (cf. Barth. p. 476. Mitsch. Hor. Carm. IV. 3, 2 p. 332. Jac. l. d. p. 448. add. Bergl. Alciphr. I. 36 p. 216 sq. Ruhnk. Ep. Crit. II. p. 146. Blomf. Aesch. Sept. 664 p. 64)? Etiam illud explicari velim, quam apte et probabiliter dicatur tum, quum puer manibus pedibusque devinctus aut in cunis jaceret aut in manibus gestaretur, id carminum genus cantatum fuisse, quo constat principum ac maximorum poetarum natales celebratos fuisse (Schwarz. Mamertin. Genethl. Maximian. 1 p. 78). Sed ut quaecunque vel acerrimo vituperio digna esse comprobavimus, omnia se

recte habeant: quid puerum primos vagitus edentem — hoc enim dicit Statius: vinctum genitali carmine fovi Poscentemque novas tremulis ululatibus auras Inserui vitae" — et poetam genitali carmine non salutantem, sed, si diis placet, foventem quanto quamque eximio putas personuisse concentu? Pellantur igitur jam tandem ineptiae istae hujus emendationis perspicuitate:

ac vinctum genitali stamine fovi.

Verum est enim trium, quibus infantem apud se natum monstravit poeta, argumentorum alterum esse genitale stamen sive fascias, quibus infantes recens natos obvolutos esse planius meliusque, quam Burmannus Ovid. Ib. l. d. p. 55 laudatus ille a Marklando p. 410, docuerunt Salmasius Vopisc. Aurelian. 4 p. 421 sq. (cf. Schneid. Scriptt. R. Rust. IV. 3 p. 373), Cuperus Obss. II. 9 p. 203 sq. Wernsdorfius Him. Ecl. IV. p. 112 sq. Quibus autem litterarum fidem exigenti probem, quam edixi, mutationem, locos expromam hosce, quorum nullam rationem habuit Marklandus Praef. p. VIII., Claudiani Eutr. II. 458: texentum laudabas carmina. Reg. tramina. Pr. Cons. Stil. II. 346: teneros de stamine risus Vagitusque audire putes. Petav. sec. stramine (ut Wolfenb. Martial. VI. 58, 8). Ovidii Trist. V. 3, 26: nentes fatalia Parcae Stamina. Stroz. Leid. pr. carmina. Anth. Lat. IV. 218, 1 p. 163 Parcarum crimina. Meerm. carmina. Perott. stamina; alios protulerunt Heinsius Claudian. Eutr. l. d. p. 346 et Adv. II. 1 p. 200 sq. Burmannus Ovid. Met. XI. 169 p. 758. alter Burmannus Prop. II. 1, 9 p. 204. Accedit in eum numerum Avienus Arat. Phaen. 626: ille repertor Carmina Pleiadum numero deduxerat," a quo facile perspicitur idem atque ab Hygino P. Astr. II. 7: „dicunt Mercurium — septem chordas instituisse ex Atlantidum numero" (Munck. not. 11 p. 439) ita narratum esse, ut in novam sententiam, quemadmodum Progn. 1.: Phoebe in cornua surgit Tenuia" verba Virgilii Aen. X. 725, ita hic diduceretur notissimum illud deducere fila

(Anal. Prop. VII. p. 46 sq.): Stamina Pleiadum numero deduxerat," ut Progn. 52: hoc ex fonte velut deduxit tempora Lunae Navita." Ceterum a Claudiani loco proficimus ad Symposii versus Aenigm. 1: Hoc quoque Symposius de carmine lusit inepto" et 15: Hos versus feci subito de carmine vocis" post maximam doctorum hominum dissensionem hac arte restituendos: tentamine lusit inepto. — subito tentamine vocis."

Ergo intellectum est in percipienda et definienda Statii sententia longius a vero aberrasse et eos, qui huic eclogae interpretandae operam dederunt, et Dempsterum l. d. et Bernartium Theb. I. 60 p. 8. B. Handiumque Silv. I. 2, 109 p. 245. Hoc enim sequutus, ut infantem non de Pharia puppe emptum, sed domi natum demonstraret, versibus 69—73 tria illa: ortum, fascias, vagitum complexus est, quae qui se vidisse testatur, is vere puerum praedicat suum esse v. 69: Meus, ille meus" (quae comparationem aliquam habent cum Achill. I. 528: quid aufers? Non patiar: meus, iste meus" cf. Cort. Lucan. VI. 717 p. 123. Theb. V. 239: meus ille Thoas. XI. 611: Crudeles nimiumque mei," quod perstrinxit Dresemius Jos. Jscan. II. 22 p. 33. X. 369: Ille tuus, Diana, puer — Quaeritur." Silv. II. 6, 15: hominem gemis — hominem, Urse, tuum." Val. Flacc. I. 750: J, meus es." Heins. Ovid. Met. IV. 356 p. 271 et Adv. II. 6. p. 253). Hic vero alia dilucet fraus et eorum, qui filium Statii, non vernam infantem illum fuisse olim crediderunt, et doctorum hominum, quorum consensus incautius Barthio suffragatur illi quidem nulla versus proxime inferioris 73 ratione habita verba: inserui vitae in hanc sententiam interpretato Animadv. p. 508: „velut peregrinum inserui civitati." Evidens est enim idem a Statio v. 69—72 narratum esse atque ab Heliodoro II. p. 118 *ταύτην ἡ μὲν τεκοῦσα ἐν σπαργάνοις ἐξέθετο, ἐγὼ δὲ προστυχὼν ἀνειλόμην.* Wetsten. Act. Apost. VII. 21 p. 497. Wernsd. Him. Ecl. IV. p. 99 cf. Him. Or. XIII. p. 602: *αἳ καὶ τεχ-*

θέντα σε κόλποις ἐδέξαντο καὶ ἐκ σπαργάνων ἐτιθηνήσαντο. Schaef. Eur. Hec. 533. Plut. Quaest. Rom. V. p. 313. Vol. VIII.: ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς τικτόμενον ταῖς γυναιξὶ ἀπολοῦσαι καὶ σπαργανῶσαι καὶ θηλὴν ἐπισχεῖν; illud quidem non temere interpreter, utrum expositus fuerit puer an servae quoquo modo enixae forte fortuna intervenerit Statius. Nec dubitari potest, quin duo falso prodita legantur v. 69. 70 (tellure) cadentem Excepi, quae quidem nec alii in vitii suspicionem adduxerunt nec Vechnerus Hellenol. II. 12 p. 366. Salvagnius Ib. l. d. p. 53. Rittershusius Oppian. Hal. I. 738 p. 217 aut Dempsterus et Bernartius Handiusque ll. dd. Etenim praeterquam quod vox tellure recte nec sumpta nec collocata est, in designandis filii et ingenui pueri natalibus consentaneum fuit poni verba: cadentem Excepi (cf. Vechner. et quos modo dixi et Savar. Sidon. Apollin. Carm. XXIII. 205 p. 187), non item in mentione vernae. Neque id a Statio factum est. Declarant et codices Petavii et Rehdigeri et editiones Parmensis et Romana, in quibus exstat: Aspexi. Unde emergit atque apparet in hunc locum ut proclivi ita pravo instituto ab iis, qui Statii puerum per omnia similem fuisse Glauciae, Atedii Melioris deliciis Silv. II. 1, 75 sq., sibi persuasissent, translata esse, quae leguntur in Theb. I. 60: si me de matre cadentem Fovisti gremio" (ventre cod. Barth., ut Sedul. V. 50: sterili damnatus matre. Pulm. ventre) et Silv. I. 2, 109: cui gloria patrum Et generis certabat honos, tellure cadentem Excepi fovique sinu," ab iisdemque confusa, quae aliquantum inter se distarent: de matre cadentem et tellure jacentem. Quorum illud non defuerunt qui curiosius explanarent, Salvagnius Ovid. Ib. 223 p. 52. Claverius Claudian. Ruf. I. 92 p. 37. Gronovius Epist. ad Heins. IV. p. 7 Syll. III. Arntzenius Sedul. IV. 215 p. 198. Lenzius et Handius Silv. I. d. p. 245, hoc simul et contestari licet Ovidii loco Ib. 233: Membraque vinxerunt — pannis — Et ne non fultum nuda

tellure jaceret, Molle super silices imposuere caput" (cf. Met. VIII. 422) Pliniique N. H. VII. Prooem. 2. 3: „hominem tantum nudum et in nuda humo natali die abjicit ad vagitus statim et ploratum — itaque feliciter natus jacet" cf. Martial. Spect. 14, 3: jacuit partus" (quos locos praeterierunt qui quid esset terram tangere edisseruerunt Salvagnius l. d. p. 52 sq. Bernartius Theb. I. 60 p. 8. B. Barthius Claudian. IV. Hon. 127 p. 586. Dempsterus Ruf. l. d. p. 37) et magis perspicuum facere comparatione eorum, qui recens natos dixerunt et ex matre, ab alvo, ex corde parentis fusos et humo fusos Heins. Prudent. Cathem. IV. 10 p. 106. Arntz. Sedul. V. 55 p. 211 et Arator. I. 173 p. 73. Utrum horum Statius in hoc loco sumpserit, certissimo colligitur indicio optimorum, quos supra nominavimus, librorum; quid enim his: tellure jacentem" — nihil enim curamus Queckium ipsa illa: tellure cadentem Adspexi non explicata amplexum — verbo adspiciendi propius et adjunctius? (cf. Eur. Jon. 40. 43: Ὄφιν δὲ προςβαλοῦσα νηπίῳ τέκνῳ. Theb. IV. 752: adspice moesta Agmina." V. Schol. p. 1246: adspice) miserere." III. 697: generique jacentis Adspice res humiles." VII. 32: adspiciam terras pacemque jubebo Omnibus." Virg. Aen. II. 690: precibus si flecteris ullis, Adspice nos"). His autem verbis:

tellure jacentem
Adspexi

postliminium promptum paratumque esse quis jam negaverit praesertim recordatus Ovidii Met. XII. 20: Troja cadet. Leid. jacet cf. Heins. Sil. XIII. 469 p. 666. Cort. Lucan. II. 26 p. 185 sq.? Ac quaeri potest, an in altero etiam, quem supra attuli, Statii loco I. 2, 109: tellure cadentem Excepi fovique sinu" scribi praestet tellure jacentem Suscepi" vel potius: de matre cadentem Excepi," Valerio Flacco autem I. 355: quem matre carentem Cristatus gemino fovit pater amne Cometes" spreta Barthii correctione: cadentem, quam

Handius Silv. p. 245 defendisse sibi visus est, ad similitudinem Sidonii Apollin. Carm. XXII. 203: tenero calentem ab ortu" (cf. Martial. XIV. 206, 2: Ceston de Veneris sinu calentem") et Juvenalis VII. 197: et adhuc de matre rubentem" restitui: a matre calentem."

V. 71.

„Poscentemque novas tremulis ululatibus auras. Nullus in his sensus. Jnfans enim modo natus non poscit novas auras ululatibus, cum certe plus aurae jam habeat, quam cum in matris utero inclusus fuit. Quare igitur posceret auras, cum jam in auram apertam editus sit? aequius erat, ut diceretur poscere novum nutrimentum vel mammam matris, quam auras. Scripsit Statius: Pulsantemque. Auson. Epigr. 108: Principio tremulis gannitibus aera pulsat. Lucan. VI. 225. Sil. XVII. 36: pulsantem calcibus auras. Claudian. Praef. Eutr. II. 51: pulsas — astra querelis. Ovid. Met. III. 706. Avien. D. O. 753: aera pulsant Vocibus. idem 842 de Tauro monte: flexilis aera pulsat, ubi forte scribendum flexibus. Impellere auras eodem sensu Ovidius Met. III. 20. Contrario modo mutatam a librariis hanc vocem credo Protr. Crisp. 125, ubi pro pulsat puto Statium scripsisse poscit." Haec Marklandus doctrinae copiis mire abusus. Quasi vero lateat infantem describi cum maxime vitalem ac dignum, qui a Statio vitae insereretur. Quo fere eodem modo Achill. I. 558: jam dextras Ithacesia carbasus auras Poscit." Burm. Val. Flacc. I. 99 p. 31 et 543 p. 103 et quo loco docet, qui fluvii poscere mare vel ortus dicantur, Claudian. Ruf. I. 120 p. 39. Nec Wakefieldus Lucret. II. 367 non ipsum hoc poscentem tuetur: refert Duebnerus p. 293.

V. 72.

Qui intelligantur ortus, his dicit Barthius Adv. XIV. 7 p. 766: „Libertas altera vita. Qua carentes servi pro mortuis jure civili habentur.“ Animadv. p. 518, „Servilis enim conditionis homo pro vero homine non habebatur neque caput habere censebatur.“ Nec dissimile hoc, quod „oriri is dicebatur, qui Caesar aut Augustus erat factus“ Arntz. Eum. Pan. Constantin. 2, 5 p. 353 et Inc. Pan. 16, 2 p. 511 sq. Vocis alios autem vim et usum copiosius explanavit Heinsius Adv. III. 17 p. 548 sq. Quid vero Queckius? Clare, inquit p. XXVII, habet Cap. artus“ nec dubitavit ipsum versum sic scriptum prodere: Quin alios artus libertatemque sub ipsis Uberibus tibi, parve, dedi.“ Qui quam sententiam sibi consectatus videatur, obscurum est; illud liquet probabiliorem (Heins. Claudian. R. Pros. I. 46 p. 545) futuram fuisse vel hanc scribendi rationem: auctus cf. Burm. Anth. Lat. III. 120, 5 p. 577. Ceterum eodem modo, quo in Capilupiano, apud Ovidium Fast. IV. 41: silvis fuit ortus in altis“ peccatum est in Ambrosiano: fuit artus,“ contrario apud Claudianum IV. Cons. Hon. 138: tuos artus laesere“ in Vaticano quarto ortus.

V. 74.

„Dedi heu munera nostra). Scio, quid dici possit pro hac licentia poetica dedi heu, ubi vocalis aute vocalem non eliditur. Sed Statius non tantum sibi permisit in his Silvis: vix in Thebaide, nisi ubi turbate et praecipitanter oratio concipitur, vel ante nomina locorum aut hominum Graeco more. Unde recte emendavi: Tu munera nostra, quod sermonis elegantia postulabat.“ Ita Marklandus, quem sequuti sunt Duebnerus Queckiusque et L. Muellerus R. Metr. p. 305 sq. Secus visum est Imhofio l. d. p. 32: „temere spreto omnium codicum consensu nec cogente sententia — Marklandus correxit Tu.

Codd. heu (al. seu)." Neque hiatus iste Heinsium, qui „plurima ejus exempla in Marone, Horatio, Juvenale aliisque occurrere" dicit, offendit Epist. ad Falconer. CCCCLXI. p. 533 Syll. V. et Adv. I. 10 p. 103 (ubi mire scriptus hic versus legitur: Lex munera nostra. Ridebat") cf. in Claudian. Sec. Cons. Stil. 167 p. 419 sq.*) Neutra placet sententia. Quamvis enim in Theb. VI. 146: Primitias egomet lacrimarum," quod optimus liber ms. et alii duo praebent: ego heu, Barthius p. 405 Duebnerusque comprobarint et IV. 319 „ex optimis membranis" scribendum esse: unde haec furibunda cupido, Nate, tibi? tenero unde improba pectore virtus" Gronovio assensus sit Heinsius Claudian. l. d. (in quo quidem loco ipse Monacensi aliisque libris, in quibus invenitur teneroque, tantum tribuo, ut restitui velim hoc: tenerouunde id est tenerove unde — nam praetereo Theb. I. 320. V. 685 Barthiumque p. 97. 312 —, in longe aliam partem quaerendi non magis potestatem, quam necessitatem facit auctoritas codicum. Quos quum duo distineant scribendi modi, alter hic: heu munera nostra Rideres ingratus adhuc," alter: seu munera nostra Ridebas ignarus adhuc," uterque videtur tantundem veri retinere, quantum admixtum habere falsi. Hinc enim suscipiendum est Ridebas, inde ingratus; utrinque autem dilucet, quod verum est: ceu non majore discrimine ab heu sejunctum (Theb. I. 320: queritur ceu tarda. codd. Barth. eu), quam ab altero seu (Silv. V. 1, 46: te ceu virginitate jugatum. Rehd. seu. Prop. IV. 5, 19 ceu blanda. Reg. seu. Catull. 64, 239: ceu pulsae ventorum flamine nubes. Hamb. seu. Lucan. V. 100: ceu saxa vaporat. Gryph. seu. VII. 324: seu nullum. Voss. ceu. Coripp. Jo. IV. 16 ceu dux. Triv. seu. Claudian. Ruf. I. 70 ceu murmurat. Moret. seu. Sec. Cons. Stil. 231

*) Avieno Arat. Progn. 240: purusque coma et splendidus orbe" non dubito reddere: purusque comarum" memor Silii IX. 414: flavosque comarum Curio."

Seu verum. Voss. ceu cf. Pr. Cons. II. 69 secretus. vulg. ceu cernas. Barth. Theb. V. 5 p. 7. Hand. Tursell. II. p. 49). Quo ipso argumento et indicio videtur certissimo deprehendi atque crui verbum nosses (cf. adnot. v. 19 p. 36), cujus per similitudinem vocis nostra oblitteratae et abolitae insignis species velut contagione quadam formae remanet penes proximum istud rideres. Quid enim et aptius et magis perspicuum harum sententiarum serie:

libertatemque sub ipsis
Uberibus tibi, parve, dedi, ceu munera nosses.
Ridebas ingratus adhuc; properaverit ille,
Sed merito properabat amor.

Quae orationis similitudo cernitur Silv. III. 1, 6: tenes — Culmina ceu taedis iterum lustratus honesti Ignis ab Oetaea conscenderis aethera flamma. Theb. II. 477: infrendens ipsi, ceu regna negentur. IV. 737: nec spes humentis Olympi, Ceu flavam Libyen — Collustrent. III. 122. Achill. II. 71: totosque penates, Ceu miretur, adit (ubi fortasse aliquis dubitabit, an scribi praestet amat id est ita servat, ut quasi adhaerescat, ut Theb. IX. 114; Corpus amat. codd. Duebn. p. 324 adit. cf. Achill. I. 216. Gron. Sen. Thyest. 82 p. 107. Mitsch. Hor. Carm. I. 25, 3 p. 241) et 296. Claudian. Ruf. II. 346. Hand. Tursell. II. p. 48. Re igitur praeclare cum Statio concinit Martialis VI. 29, 2: domini dignus amore puer, Munera cum posset nondum sentire patroni, Glaucia libertus jam Melioris erat: Moribus hoc formaeque datum," quo exemplo uti ad Rehdigerani libri memoriam sic reformandam: cum munera nostra Ridores ingratus adhuc" vel idcirco nolo, quod qui vocem cum cum voce ceu commutet, rectius et tutius facere videtur (Valg. p. 407), quam qui vocem ceu cedere jubeat voci cum.

Restituta autem et verborum integritate et sententiarum serie hoc apparet laudandum esse Gronovium, qui partem veri viderit Diatr. p. 346: „scribendum: munera

nostra Ridebas ingratus adhuc ex Senensi Ms. et Rom. Venetaque editione, quod est beneficium meum nondum intelligebas nec gratus esse poteras," dupliciter errasse Marklandum ratum et tritissimam apertissimamque voculam tu tantae fraudi librariorum expositam fuisse et longe praeferendum esse alterum istud ignarus quippe in hac positum sententia: Tu risu excipiebas meum munus, ignarus adhuc, quantum beneficium tibi contulissem." Praetulit autem tacite exemplum sequutus Heinsii. Sic enim ille in Ovid. Met. VII. 71 p. 530: Ingrate) Jgnare Bonon. Eleganter, scilicet morum uxoris tuae: ita apud Stat. III. Silv. 3, 186 et V. 5, 75, ubi alii Ms. similiter ingratus." Qui idem Adv. I. 10 p. 103 praeoptavit ingratus. Et hanc quidem permutationem in Statii carminibus factam praeter Heinsium contestatus est Gronovius l. d., in Catulli carmine 64, 119 (ubi aliquis suspicetur scriptum olim fuisse: Quae misere ingrata natae est deperdita taeda) Achilles Statius p. 238. Voci ignarus autem nescio an hic locum fecerit recordatio Theb. IX. 788: Amphion ignarus adhuc, quae funera campis Ille daret." Quod restat: usui vocis ingratus cognoscendo utilia exprompserunt Barthius Theb. X. 558 p. 1208. Burmannus Anth. Lat. III. 293, 35 p. 39. Lachmannus Prop. III. 16, 13 p. 185. add. Sen. Tro. 192: Solvite ingratas rates Per nostra ituri maria: non parvo luit Iras Achillis Graecia."

V. 76 — 78.

Quoniam cum plerisque libris, in quibus est: ne perderet ullum Libertas tam parva diem", hoc differt Rehdigeranus: ne perderet . . .": quum similem Claudiani versum habeamus Ruf. I. 244: Effugeret ne quis gladios neu perderet ullum Augusto miserante nefas" a Barthio p. 1157 cum Statio comparatum, dubitari tamen vix potest, quin auctoritas veteris exemplaris

Romani, ut arbitror, cf. adnot. v. 17 p. 28), in quo retulit Lindenbrogius p. 479 esse omnem, sic sequenda sit, ut scribatur:

ne perderet omen
Libertas.

Nam „ubivis voces omen et omne a librariis, etiam a typothetis confundi nemo nescit“ Oud. Apul. Met. II. p. 155. Mercer. Aristaen. I. 3 p. 262. Cort. Lucan. I. 637 p. 166 sq. et III. 101 p. 325. Dempst. et Vonck. Coripp. Just. I. 57 p. 321. Arntz. Mamertin. Genethl. 10, 3 p. 137. Claudian. B. Get. 239: si quod forte quies neglexerat omen. Med. quart. omne. Ovid. Fast. IV. 356: captant — omen idem. Vicent. omne diem. Joseph. Jsc. IV. 233: venturis omnia ducens,“ quod oportuit esse omina. Quod autem omen dicatur, percipitur ex locis cum Claudiani IV. Cons. Hon. 197: Imperii lux illa tui. — At tua coelestes illustrant omina flammae.“ Virgilii Aen. VII. 173: Hic sceptra accipere et primos attollere fasces Regibus omen erat.“ Silii III. 12: Hinc omen coeptis“ (cf. Heins. Claudian. Epist. IV. 15 p. 321. Stat Theb. I. 180: vetus Thebis extenditur omen) tum Avieni Arat. Phaen. 3: Jovis omine coelum Et Jovis imperio mortalibus aethera pando“ et Propertii III. 6, 23: Hinc Augusta ratis plenis Jovis omine velis“ et vero Sidonii Apollin. XV. 200: probat Atropos omen Fulvaque concordes junxerunt fila sorores“ cf. Barl. Heroic. I. p. 54: Te legum custode sibi solennia scripsit Omina Libertas.“

Jam vero proxima verba, quae pro incorruptis etiam Burmannus Lucan. IV. 476 p. 269 habuit, fortasse alii dicent in hunc ordinem digerenda esse: ne perderet omen Libertas; tam parva dies“ (sive vita fuit cf. Barth. Theb. II. 657 p. 591 sq.) — quid enim sit perdere omen indicat vel Gronovius Sen. Med. 154 p. 468 —, nos vocem parva, ut recte in v. 74: Uberibus tibi, parve, dedi,“ positam, ita hic vitio natam esse arbitrati in hanc volumus reconcinnari sententiam: ne

tuum, Libertas, omen jam perderet Parca," id quod exiguo conatu perfici docent tum Propertii loci II. 25, 82 peritus. Voss. pr. paratus. Leid. parvus (cf. Conject. XVI). III. 1, 27, de quo in Emendd. ll. 4 explicabitur. lll. 3, 40 parca — die. Heins. et Burm. parta. Lachm. Parcae et quos attulit Cortius Lucan. V. 505. p. 644,*) tum vocum jam et tam saepissime permutatarum testes Dukerus et Drakenborchius Liv. ll. 5, 4 p. 44 sq. et quos nominat Seyffertus Cic. Tusc. IV. 3, 7 p. 72. Accedit, quod ad verba:

ne perderet omen,
Libertas, jam Parca tuum

in eam, quam cernimus, speciem detorquenda valuisse videtur cum illa litteras appellandi temeritas, de qua existimatur ex Theb. VII. 173 tuos: deos et Ovid. Fast. IV. 665: boum — duarum. llf. tuarum et Calpurn. Ecl. lll. 3: duas — horas. Pal. tuas, tum recordatio Titi, qui „diem quandam se dixit perdidisse, in qua nihil utilitatis alicui contulerat," ut est in Lactantii argumento Theba-

*) In Parcae mentione detur aliquid luci Platoni Legg. XII p. 960, de cujus sententia nec Astius nec alius quisquam habuit quod liqueret. Consideranti autem verba sic prodita: *Τὸ Λάχεσιν μὲν τὴν πρώτην εἶναι, Κλωθὼ δὲ τὴν δευτέραν, τὴν Ἄτροπον δὲ τρίτην σώτειραν τῶν λεχθέντων, ἀπεικασμένα τῇ τῶν κλωσθέντων τῷ πυρὶ, τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένων* (*ἀπεργαζομένῳ X*) *δύναμιν* huc dilucet dici: ab Atropo, quae sit tertia ac summa Parca, servari et contineri ea, quae a Lachesi et Clotho proficisci ferantur cf. Apul. de Orthogr. 3 p. 4: Atropus filum in fuso perfectum colligit." Unde apparet quot veritatis numeros *κλωσθέντων*, totidem habere *ληχθέντων* vocabulum dubitanter a Bekkero propositum (cf. Taylor. Lys. *περὶ δημοσ. χρημ.* p. 463. Dobs. L. Dindorf. Steph. Thes. V. p. 27. A.), ipsam Atropon autem similem credi (*ἀπεικασμένην* cf. Bast. Comm. Pal. p. 818) *τῇ τῶν κλωσθέντων τολύπῃ τῇ τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένῃ δύναμιν. Τολύπῃ* quidem (Schneid. Scriptt. R. Rust. IV. 3 p. 360) quo erroris genere *τοπύλῃ*, inde *τῷ πυρὶ* factum sit, ex iis intelligitur exemplis, quae congessimus Electt. Crit. p. 3 sq.

idis*) a nobis in Suetonianis cap. I. p. 4 edito cf. Barth. Adv. XVIII. 4 p. 899. Morell. Dion. Chrys. Or. III. p. 558. Ennod. Vit. Epiph. p. 266. A: diem putabant perisse, qui illos sine facinore casu aliquo interveniente fugisset." Martial. VII. 47, 12: Perdiderit nullum vita reversa diem."

Pergo ad alterum versum suo supplemento — in Rehdigerano enim est: horridus . . . — resarciendum. Nam quod in reliquis codicibus legitur: ipsos, id quum ipsum leve et vel hac forma: horridus ipse deterius esse intelligatur exemplis Statii Silv. V. 3, 69: Major certe illis Superos et Tartara pulsem Jnvidia. Theb. III. 195: longo examine matres Jnvidiam planxere deis", Quintiliani Prooem. VI p. 493: quis non oderit hanc animi mei firmitatem, si quis in me est alius usus vocis, quam ut incusem deos", aliorum, quos commemorarunt Cuperus Obss. II. 4 p. 182. Heinsius Adv. III. 2 p. 403. Oudendorpius p. 100 Cortiusque p. 188 in Lucan. II. 36 cf. Peerlk. Virg. Aen. II. p. 157 in iis locis, quibus miseri diis (superis et ipsi Jovi" Sen. Herc. Oet. 1674) invidiam facere dicuntur, explanandis versati, tum falso proditum esse evincit verborum ordo hicce: ipsos Jnvidia superos injustaque Tartara pulsem"; superos enim non minus injustos poeta expertus est, quam inferos cf. Silv. l. d. et V. 1, 22: injustos rabidis pulsare querelis Coelicolas" (cui loco adjicere Barthius Adv. XXXII. 8 p. 1477 et Claudian. B. Gild. 170 p. 397 et Stat. Theb. VIII. 249 p. 842 et Claverius Clau-

*) Quibus verbis quae sunt proxima: „Et ex versu Suetonii: At Titus orbis amor rapitur florentibus annis. Idem de Domitiano: Sera gravem perimunt, sed justa pericula fatrem", ea jam intellexi (nam secus dixi in Suetonianis p. 8) sic corrigenda esse: „Et ex versu Ausonii." Cujus uterque versus legitur 11. 12 de mortibus Caesarum p. 217. Cf. Arntz. Pacat. Paneg. p. 275 cap. XI. 6: amor generis humani Titus." Angilbert. de Carolo M. III, 92: Rex Carolus caput orbis, amor populique decusque."

dian. Eutr. II. Praef: 51 p. 313 omiserunt Senecam Herc. Oet. l. d.: Superosque et ipsum vocibus pulsans Jovem cf. Cort. Lucan. II. 466 p. 267); sin vero vocem injusta interpretere superis non minus, quam Tartaris referri, quae jam excusandi illud ipsos injustos superos erit ratio? Accedit, quod proprie et significanter a poeta rem, quae ageretur, proferri et indicari oportuit: in varias enim sententias diducitur vox horridus. Itaque quum ab hoc loco alienissimum sit animo informari aut recoli poetam ferali habitu, ut diximus v. 35, horrentem (cf. Germanic. Arat. Phaen. 197: horrida vultu. Stat. Silv. II. I, 169: barbarus horror. Theb. V. 602: horrida moesto Excutit ore cibos" id est „conturbans plumas" Vet. Schol. p. 281. IX. 354: Oraque pectoraque et viridem scidit horrida vestem cf. Barl. Heroic. I. p. 91: vittisque solutis Horrida." Quintil. Decl. III. 12 p. 69: virum Martio habitu horrentem"), congruentissimum carminis formae narrari deos incusatos verbis horridis (Tib. I. 5, 6 id est „asperis, ferocibus" Diss. p. 111 cf. Quintil. Decl. X. 7 p. 219: horrentibus verbis urna praecluditur," quem locum a Burmanno Petron. 99 p. 607 explicatum non recordatus est Peerlkampius Virg. Aen. I. p. 7), res ipsa hortatur, ut insaniae et irae, qua efferatum se confessus est Statius v. 27. 23, memoria huc repetatur inferaturque aut is dicendi modus, quo usi sunt Ovidius Met. VI. 685: ubi blanditiis agitur nihil, horridus ira" et Corippus Jo. II. 466: it horridus ira. IV. 847: adversi frontem ferit horridus ira Fortis equi" aut hoc, quod ego pervelim:

nonne horridus aestu
Invidiae superos injustaque Tartara pulsem?

Quo facto tantam Statii orationi constare perspicuitatem, quantam Virgilii ei loco (Aen. I. 296), quem mutuatus est Cassiodorus Var. V. 21 p. 80 b: Furor impius intus inclusus fremit horridus ore cruento" aut Senecae Herc. Oet. 550: sagittam prome, qua quondam horridus Jovem petisti. 580: Precibusque Amoris hor-

ridi matrem colam." Jac. Quaest. Epic. p. 51, quis est quin concedat? Accedere autem ad ejus supplementi, quod quaesivimus, viciniam suppositicium istud ipsos declarat facta horum locorum contentio: Claudian. R. Pros. III. 237 mortifer ille (Ovid. Am. III. 7, 18 ipsa juventa. Bern. ista. Plin. Pan. 44, 3. Nazar. Pan. 28, 1. Drak. Sil. VI. 309 p. 310). cod. Clav. vere estus (ut apud Catullum 97, 7 Sangerm. Dat. Laur. estu). 400 ignes. Pulm. aestus. B. Gild. 317 aestus. Lovan. ictus. Burm. Anth. Lat. V. 114, 21 p. 389 sq. add. Conject. XIV. Usum autem vocis aestus his definire ac probare licet: Theb. III. 18 (Val. Flacc. III. 677): vario sic turbidus aestu (Silv. III. 1, 39 et Sil. II. 619. IX. 23 turbidus ira). Lucan. VI. 63: Aestuat angusta rabies civilis arena. Prop. III. 23, 17: Nunc demum vasto fessi resipiscimus aestu. Quintil. Decl. V. 4 p. 108: inter illos inexplicabiles doloris aestus. Schulting. IV. 21 p. 102. Apul. Met. V. p. 358: aestu pelagi simile moerendo fluctuat. Bul. Val. Flacc. III. 365 p. 279. Denique liquet causam et omittendi vocem aestu et inferendi illud ipsos ex eo fuisse, quod in hunc locum nonnulli id transtulissent, quod legitur V. 3, 69: Superos et Tartara pulsem Invidia."

V. 79.

Nonne gemam te, care puer, quo sospite natos Concupii. Sic is versus scriptus reperitur. At Domitius: „in aliis codicibus, inquit, mendose legitur quo sospite natos concupii; nos vero non cupii legimus, ut dicat te sospite non desiderabam alios filios: tu enim unus satis eras et te solo adoptivo eram contentus" parueruntque ejus auctoritati cum omnes tum hoc addito verborum honore: „Pro non cupii Parm. et Domitii codices Concupii, unde ille bene emendavit" Marklandus. Idem sentit Queckius. Neque in magno aliquo discrimine ponendum puto, quod Imhofius „in plenum

eorum locorum indicem, quos temere spreto omnium codicum consensu nec cogente sctentia qunm corruptos censeret Marklandus aut ipse correxit aut esse emendandos judicavit," hunc versum non retulit de Silv. Condic. p. 32. Cujus versus veram speciem nemo unus cepit. Neque id mirum: quotusquisque enim invenitur, qui qua arto incise membratimque dicendi quave verba disponendi subtilitate veteres poetae assuefacti sint, cum attentissima legendi carmina cura tum illo, qui ab Heinsiis et Seyffertis cum insigni et voluptate et laude usurpatus nunc cum mirifico rectae doctrinae damno fastidio esse coepit, versus faciendi more penitus compertum planeque sensu suo perceptum habeat? Nam, nisi egregie fallor, id ipsum, quod optimorum librorum consensus tuetur, a Statio scriptum est in hanc sententiam:

> Nonne gemam? te, care puer, quo sospite natos
> Concupii?

id est quo ego natos concupii te, caro puer, sospite? quid tandem te sospite fuisse dicam, quod natos concupiscerem? Ut apud Ciceronem est Coel. 21: dixit profecto, quo vellet aurum. Virg. Aen. II. 150: Quo molem hanc immanis equi statuere? Cir. 315: Quo nunc me — aut quae me numina servant? Claudian. Ruf. I. 48: Quo rabies innata perit? Manil. I. 744: Quo querimur flammas totum saevisse per orbem? cf. Jac. p. 218. Stat. Silv. II. 1, 138: Quo, diva, feros gravis exseris ungues? Theb. IX. 55: Quo gaudia tanti Empta mihi? Vet. Schol.: cur petam ea? Reposian. Concub. Mart. et Ven. 52: Quid Gratia cessit? Quid Charites? quo, saeve puer, non licia nectis?" Cort. Lucan. I. 663 p. 172. Markl. Silv. I. 2, 186 p. 180. Distant igitur plurimum, quibus doctorum hominum memoria videtur adhaesisse, ejusmodi loci, qualem habemus Theb. IX. 383: tu nobile quondam — decus, quo sospite major Diva — ferebar" cf. Silv. III. 3, 209: sospite nato."

Quibus autem non contigit, ut sententiam verborum:

te, care puer, quo sospite natos Concupii?" vere perciperent, eos non est mirum aequo animo tulisse vocem sane quam indignam, quae loco concitatissimorum affectuum pleno subnecteretur. Neque enim jam obscurum est verum ac germanum esse fremendi verbum, non gemendi:

Nonne horridus aestu
Invidiae superos injustaque Tartara pulsem?
Nonne fremam?

Gemitum enim non esse iracundi et rabidi, sed moerentis Jul. Caes. Scaliger Poet. V. 14 ap. Drak. Sil. I. 425 p. 38 et Markl. Silv. III. 3, 197 p. 285, fremitum indignantis Heinsius Ovid. Met. I. 199 p. 38 et Oudendorpius Apul. Met. IV. p. 305, irae impotentis Barthius Claudian. IV. Cons. Hon. 111 p. 578 cf. Savar. Sidon. Apollin. Epist. I. 11 p. 78 admonuerunt cf. Virg. Aen. I. 296: fremit horridus ore cruento. Boeth. Cons. Phil. IV. 3 p. 800. A: Irae intemperans fremit. Liv. IX. 10, 11. Luxor. XLVI. 4: irato pallidus ore fremit. Prudent. περὶ στεφ. II. 314: Ridemur, exclamat fremens" cf. Lotich. Eleg. II. 4, 17: Ergo fremens, quis me manet exitus, inquit." Utrumque vocabulum frequentius permutatum fuisse testantur Drackenborchius l. d., quem laudat Marklandus l. d., et Burmannus Lucan. VII. 482 p. 498. add. Stat. Ach. I. 281: dominique gemit captivus inire Imperia." Vet. Schol. Barth. p. 1648 et Heins. Claudian. B. Gild. 330 p. 227 fremit. Virg. Aen. V. 148 plausu fremituque virum. Hugen. gemitu. Ovid. Met. IX. 207: saepe frementem. Cantabr. Gronov. pr. gementem (cf. XV. 606: confusa frementis Verba", ubi multi codices trementis, unus timentis). Sedul. II. 128: Quosve dabas fremitus? Sched. Pulm. gemitus. Neque hic valere puto Virgilium Aen. II. 413: Danai gemitu atque ereptae virginis ira" (Axt. Progr. Crucenac. 1860 p. 6 fremitu) aut ipsum Statium Theb. III. 196. 200: matres Invidiam planxere deis — Meque ipsum memini Flesse — gemituque meos aequasse parentes."

V. 80.

Postquam de principio hujus versus absolvimus, dicendum est de verbis: Primo genitum qui protinus ortu Implicuit fixitque mihi." Sic in omnibus codicibus recte legi ait Imhofius p. 32; Silligius quidem p. XXXIII. et Queckius p. XXVII. referunt in Rehdigerano esse gemitum, quod positum videmus a Lindenbrogio, Cruceo, Veenhusio. Occurritur primum a Barthio Animadv. p. 508: „De suis in infantem actibus et meritis, non de infantis in sese loquitur. Itaque omnia adhuc mendosa fuerunt. Sed ut series orationis rem sequatur, scribendum habe nobiscum: Nonne gemam te, care puer, quo sospite natos Non cupii; primo genitum qui protinus ortu Implicui fixique mihi? Qui te sospite non quaesivi naturales verosque mihi liberos. Qui te, ut primum genitus es, mihi adscivi mihique quasi affixi et implicui." Tum occurritur a Marklando v. 80 p. 411 a et v. 82 p. 411. b his, quae probavit Duebnerus: „Mendosissimus locus: nec a libris aut interpretibus quicquam auxilii. Vox gemitum sine dubio corrupta est: praecessit enim Nonne gemam te, care puer, nec sensum ullum habet gemitum implicare alicui. Pro illa igitur primo substitui gremium memor similis harum vocum mutationis in Eleg. ad Liv. 115. Et pro qui cui, ut mox cui verba sonosque Monstravi: unde etiam apparet legi oportere Implicui vel Adplicui fixique: de se ipso enim et suo affectu loquitur; sic cupii, monstravi, erexi: et pro mihi meum scil. gremium. Hae omnes sunt parvae mutationes et quae a cautissimo critico admitti possint in loco desperato. Jam igitur exit: primo gremium cui protinus ortu Adplicui fixique meum sensu optimo et sententia cohaerenti. Adplicui gremium est admovi, in caritate exprimenda usitata vox. Lacrim. Etrusc. 17: leniter adplicitos vultus, quemadmodum illuc restitui pro implicitos. — Recte etiam cui fixi gremium pro

adfixi vid. Lyr. ad Sever. 18, quod teneriorem quoque affectum exprimit. — Ausonius Protr. 67: Ipse alui gremioque fovens et murmura solvens palam imitatur hunc Statii locum — et hinc etiam stabilitur gremium pro gemitum. Si quis magis verosimilia proferre possit vel haec vere refutare, libens ego vineta caedam mea.“ Haec Marklandus, quae nullius negotii est vere refutare. Quid enim incautius atque inconsultius proferri potest, quam si quis librarios, quorum oculis subjecta essent illa: concupii, monstravi, erexi, ipsa ea verba, quae et ejusdem ordinis essent et media (v. 81) interposita (v. 69—72. 74. 80. 83), narrat in diversam formam deflexisse hanc: implicuit fixitque? quidve levius ista non modo tritissimum nomen gremium (Burm. Anth. Lat. IV. 80 p. 55. Marc. Capell. IX. 918 p. 713: Gremioque complicatus) in locum vocis genitum sufficiendi, sed prope singula vocabula transmutandi: gremium, adplicui, meum licentia? Quid? insolentiam orationis, qua gremium patris infanti adplicitum atque adeo affixum dicitur, non infans in gremium patris infusus (libet enim uti verbis Ambrosii Hexaem. V. 7. Peerlk. Virg. Aen. VIII. p. 117), quis tandem vel mediocriter tulerit? Quid? infantem narrare v. 70 susceptum (ita enim dicit Marklandus p. 410. a), v. 80 gremio adplicitum affixumque, v. 84 sinu exceptum (Markl. p. 412. b) num aut praestitutae carminis formae conveniens aut ullius rationis est? Sed satis jam cautum videtur esse, ne, id quod in simili causa monuit Gronovius Diatr. p. 587 „pro Papinio legatur“ Marklandus. Quid dico Marklandus? immo Barthius atque Heinsius. Nam, si verum quaeris, Barthius illud Implicui fixique proponere occupavit, quid autem Heinsio transcribendum sit, declarant Adversaria ejus l. d. p. 595. 596: „gemitum — Implicuit. Immo gremium Implicuit. gemam praecesserat. — Ausonius Idyllio ad Nepotem: Ipse alui gremioque fovens et murmura solvens.“ Quid jam

dicam de Queckio, qui quum haec pronuntiaret p. XXVII: „ego scripsi: primo genitum qui protinus ortu Inplicui fixique mihi," Barthium tamen non nominavit ipsius hujus commenti: genitum — Implicui fixique mihi" auctorem?

Ergo cum tot inventis ipsum, quod multi adhuc ore circumferunt, Marklandi nomen sublatum est. Nec vero integram rem relinquimus, verum post tantam refutandi moram ambagesque facili compendio pervenimus ad veri conjectationem hanc:

primo genium qui protinus ortu
Implicuit fixitque mihi.

Quod cum ingenio Statii dignissimum tum hujus loci sententiae longe accommodatissimum esse comprobare licet exemplis Silv. III. 1, 28: Huc ades et genium templis nascentibus infer. IV. 6, 19: „Nox memoranda diu geniumque habitura perennem. Achill. I. 110: quem quisque sacrarat Accubitu genioque, locus monstratur." Gron. Sen. Thyest. 53 p. 195. Rutil. It. I. 16: Ordinis imperio collegarumque fruuntur Et partem Genii, quem venerantur, habent." Sidon. Apollin. II. 78: conterritus haesit Quisque sedet sub rege satraps: ita vinxerat omnes Legati genius. 191: Quo genio Plautus (placet). XV. 34: Pallas — Hoc steterat genio, super ut vestigia divae Lambentes teneat Marathonia baca trapetas." XXII. 20: laribusque sit ede Quis genius (cf. Ennod. Carm. I. 4 p. 312. B: Erigitur genio tellus tumefacta marito. Ep. I. 18 p. 30. A.: lapis imperiis genium collaturus. V. 4 p. 89. A. II. 26 p. 53. C. Dict. XII. p. 285. A). XI. 83: Tantus honos geniusque genis," quibus dirimendis et explicandis sufficiunt Barthius Adv. XXXII. 6 p. 1472 et Silv. I. 1, 1 p. 12 et Rutil. I. 328 p. 101. 104 sq. Salmasius Capitolin. Ver. 10 p. 435 sq. Savaro Sidon. Apollin. Ep. I. 9 p. 68. Itaque eo fero modo, quo morientes extremis osculis animas suas in ora superstitis mariti vel amici transferre dicuntur (Burm. Anth. Lat. IV. 347 p. 259), deliciae, in quibus singularis quidam vigor appareret,

genium suum (Barth. Adv. l. d.) hic dicuntur implicare, ut a Quintiliano Decl. XII. 11 p. 251 „intus implicitae animae — a ferali ventre (hominum cadavere pastorum) prorumpere“ et a Cicerone Divin. I. 36 dii vim suam hominum naturis implicare et ab Virgilio Aen. VII. 355 lues ossibus ignem implicare. Quibus locis, quo succurratur versui Silv. III. 3, 18 a Marklando prave attentato, adjicere libet Theb. X. 719: colla manusque tenebat Implicitus (Vet. Schol. p. 1239: totus totum complexus“) et quae in medium attulit Burmannus Val. Flacc. I. 264 p. 61 et Lucan. III. 694 p. 222, cui contra Marklandum favit Ruhnkenius Rutil. Lup. II. 6 p. 98. Figere autem deliciae eundem genium dicuntur, ut a Claudiano Epith. Hon. et Mar. 6: meus omnis aberrat In vultus, quos fixit Amor,“ quod (a Barlaeo quidem Heroic. IV. p. 570: meus omnis aberrat In vultus, quos Eva gerit“ non transcriptum) qui his explicavit: „quos pectori ejus infixit“ exemploque Venantii Fortunati Carm. de Nupt. Sigiberti et Brunech. VI. ap. Barth. p. 800: animaque recurrens Ad vultus, quos fixit amor“ confirmandum putavit, ipse Heinsius p. 173 sprevit non facturus, si Quintiliano potius Decl. XVII. 19 p. 348: non poenitet tamen fixisse illum spiritum rigoremque pereundi“ cf. Sen. de Tranq. 15 p. 234 Elz.: penitus hoc malum se fixit“ animum intendisset aut Virgilio Aen. III. 250: Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta“ (cf. Juvenal. IX. 94: intra te fige. Aen. VII. 457: conjecit et — fixit sub pectore taedas.“ Val. Flacc. VII. 463: Carmina nunc totos volvit figitque per artus Aesonidae“) Statioque et Claudiano, apud quos auribus, sensibus figere inveniri docuit Barthius Achill. I. 380 p. 1664 sq., quam huic Statii loco Silv. I. 2, 84: haud ulli vehementior unquam Incubui, genetrix, iterataque vulnera fixi“ (fodi Rehd.), cui proximum est illud Senecae Herc. Oet. 519: longum ferens Arundo vulnus tenuit haerentemque fugam Mortemque fixit.“ Quid, quod

figere oscula apud plures invenimus (Heins. Adv. II. 15 p. 329. Cort. Lucan. VI. 565 p. 66 sq.), quam infigere oscula (Drak. Sil. XII. 592 p. 625)?

Quod superest: saepius vocem genius labem traxisse testantur cum Savaro Sidon. Apollin. Carm. VII. 470 p. 107 et qui voces genialis et genitalis multifariam permixtas esse docuerunt Marklandus Silv. II. 3, 62 p. 237. Burmannus Ovid. Met. X. 75 p. 693 et Claudian. Ruf. II. 96 p. 74 et Calpurn. Ecl. II. 41 p. 574, tum libri Claudiani VI Cons. Hon. 612: Imperii praesens Genius. Pric. gemitu Ovidiique Fast. V. 145: Mille lares geniumque ducis, qui tradidit illos, Urbs habet" Puteaneus gemitum, unus genitum (ut Lucan. IX. 1106 gemitus. Vratisl. 3 genitus), multi geminum, duo gremium (cf. Claudian. Eutr. II. 97 gremio pacis. Tholos. genio). Statii Silv. V. 3, 221 genuit. Parm. geniū. Carm. ad Messal. v. 44: Tam procul a gnato" (Latio Haupt.), cui reddendum esse genio dicemus alias.

Postremo corrigendus fuit communis omnium error versus hos sic describendi: Non cupii; primo — qui." Namque ex ipsis verbis: te — sospite — qui implicuit" manifesto apparet hanc a poeta expromptam fuisse sententiam: Primo genium qui protinus ortu Implicuit fixitque mihi, cui verba sonosque Monstravi — Cui — nostro veniebant gaudia cultu —, Hunc (sontes rapuere dei): licuit enim haec mutuari ab ipso Statio Theb. V. 610 et Ciris auctore v. 313.

V. 82. 83.

Quod reliqui libri praebent: questusque (cf. Theb. III. 44: Planctuque et gemitu), non legitur in Rehdigerano. Nec potest dici, quantam librarii habuerint illius vocis aut addendae aut omittendae licentiam. Quemadmodum enim supra V. 45 in plurimis libris est:

saevasque exsolvite grates," in Rehdigerano saevas, III. 5, 48: Latias Grajasque heroidas" in eodem grajas, I. 4, 11 legesque urbesque" in Parm. Rom. Venet. leges, Theb. IX. 572: plantisque ex more solutis" in Scheftl. plantis, XII. 727: Languescuntque minae" in Monacensi altero languescunt, III. 443: generisque tumentibus" in Monac. C generis. B generis. corr. generisque, VI. 263: vultusque habitusque in B vultus, Achill. I. 205: Myconosque humilisque Seriphos "in omnibus codicibus Myconos (cf. adnot. v. 46 et de Theb. IV. 319 adnot. v. 74), ita apud Virgilium Aen. III. 254: portusque intrare licebit" in altero Menteliano portus et Lucanum IV. 81: Oceanumque bibit raptosque ad nubila fluctus" in Guelff. Hamb. raptos. I. 6: infestisque obvia signis" in Farn. Caes. infestis. IX. 577: mersitque hoc pulvere verum" in Guelf. 12 mersit. Contra apud Ovidium Met. VII. 723: Palladias ineo non cognoscendus Athenas" Ambros. Palladiasque. Claudian. Ruf. I. 91: Euripi refluis incertius undis" Med. quart. Leid. sec. Gevart. flavisque. 267: Servandis hic castra bonis" Farn. servandisque. IV Cons. Hon. 164: tractasti blandos interritus angues" Jun. blandosque. B. Get. 634: Quidquid ter denis acies amisimus annis" Oxon. aciesque. Martial. XI. 16, 7: Tu quoque nequitias nostri lususque libelli" Thuan. nequitiasque; sed quoniam finis non foret, si in hac parte exspatiari vellem, praestat testimonio acquiescere Cortii Lucan. IV. 495 p. 272. Nam vix dubium est, quin eam voculam intulerint ii, qui pro resolvens resolvam prodere coepissent. Quamquam non dissimulo parum adhuc liquere, quid tandem in Rehdigerano extet; in diversum enim trahunt nulla vocis et facta mentione Silligius: „questusque def. vulnera" et Queckius: „in Vrat. questus . . . deficiente ne." Et hunc quidem hanc corrigendi viam ingressum p. XXVII: „scripsi primo genitum Inplicui fixique mihi, cui verba sonosque monstravi, questusne et vulnera caeca resolvam? i. e. ego inplicui, fixi,

monstravi, nonne questus resolvam?" insigniter errasse non est quod hic dedita opera demonstrem.

Etenim plura supersunt, quae in disceptationem vocentur. Neque enim erit, qui suffragetur Barthio Adv. XIV. 7 p. 766 et Animadv. p. 508 sq. sibi viso vere haec restituisse: „cui verba sonosque Monstravi (questu quo vulnera caeca resolvam?) Reptantemque solo demissus ad oscula dextra Erexi id est cui primum sonos nihil significantes et verba ex illis oriunda monstravi (Ah quo pacto animum inducam, ut delicias meas interiores et nemini notas in nova mihi vulnera, in novos dolores pandam?). Deinde reptantem solo — dextram ad terram ipsam demittens erexi." Quare faciendum est, ut merita laus contingat Heinsio, qui questibus a Statio murmura addita fuisse, non vulnera, quae perperam memorari intellexerat Epist. ad Falconer. CCCCLXI. p. 535 Syll. V, primus vidit Adv. IV. 4 p. 596. Opinor, inquit, murmura caeca. Tale Genethliaco Lucani: humum per ipsam Primo murmure dulce vagientem Blando Calliope sinu recepit. Murmura vocat verba non satis distincte pronuntiata ab infantibus, quae dimidiata verba tentantes et loquelam ipso offensantis linguae fragmine dulciorem Minucius Felix eleganter dixit. Dimidiata verba etiam Hieronymo ad Laetum, et ad Eutochium: balbutientem linguam in dimidiata verba moderantem [cf. Elmenhorst. Minuc. 2 p. 11. Wopk. Paulin. Petroc. Vit. Mart. II. 508 p. 855 et IV. 514 p. 897]. Infracta et balbutientia verba aliis. De Archemoro puero Thebaidos V (613): Heu, ubi siderei vultus? ubi verba ligatis Imperfecta sonis? risusque et murmura soli Intellecta mihi? tum de eodem libro VI (164): Illa tuos questus lacrimososque impia risus Audiit et vocis decerpsit murmura primae. Ausonius Jdyllio ad Nepotem: mille docendo Ingenia expertus multos lactentibus annis Ipse alui gremioque fovens et murmura solvens, tum Epitaphio Ausonii

filioli idem: Murmura quem primis meditantem absolvere verbis Jndolis et plenae planximus exequiis. Caecus clamor Valerio Flacco II (461): coit e sparso concita mapali Agrestum manus et caeco clamore coloni." Post Heinsium idem dixit Marklandus iisdemque Statii et Ausonii locis firmavit, quibus haec addidit: „Virgilius Aen. VI. 29: ipse dolos tecti ambagesque resolvit Caeca regens filo vestigia, quem locum non dubito quin Statius in animo habuerit, et alium Aen. V. 97: ceu flamina prima — caeca volutant Murmura. Stat. Glauc. Melior. 104: Tu tamen et motas etiam tum in murmura voces Vagitumque rudem fletumque infantis amabas. — Paulinus lib. de St. Joanne Bapt. 207 de puerili aetate loquens: Blanditiae risusque silent incertaque cessant Murmura. Eumenius Grat. Act. Constantio X: vagitus inconditi locuturum differunt vocem" (ille quidem versus Silv. II. 1, 104 corrigendi eam rationem ingressus, quam et Burmannus Lucan. VIII. 682 p. 588 huic conjecturae posthabuit: mutilas etiam cum murmure voces" et reprobavit Oudendorpius Frontin. I. 6, 2 p. 92, id quod fugit Queckium). Itaque liquet dici hic sic murmura resolvi, ut ab Ausonio Protr. v. 68 solvi (cf. Claudian. Eutr. II. 254: puer uberis expers In Phrygiam primum laxavit murmura vocem." Paulin. de St. Joann. p. 735. A: Tum sancta in tales laxavit pectora voces), caeca murmura, ut a Silio IX. 281: Errabat caecum turbata per agmina murmur," ab Virgilio l. d. et Valerio Flacco caecum clamorem, quem eum esse, qui auditu distingui nequeat, Barthius dicit Theb. II. 101 p. 323, cum, qui intelligi nequeat, idem rectius Adv. XXIII. 21 p. 1151. Quibus exemplis non alienum est subjungi Sen. Phoen. 132: saeva Thebarum lues Luctifica caecis verba committens modis" et Avien. Arat. Phaen. 297: Non illas animis audacibus ergo, Carmine non caeco tentabimus." Postremo ne quid praetermissum putes, haec Marklandus p. 412:

„Crebro commutantur hae voces a librariis. Ita Theb. X. 440 pro supremaque murmura volvens codex Petrensis habet vulnera. Et alibi passim invenies.“ Qui idem vocum vulnera et munera perpetuam permutationem contestatus est Silv. V. 3, 45 p. 376 sq. laudatus a Peerlkampio Hor. Carm. II. 1 p. 161. Cf. Claudian. Ruf. II. 396: damnatur arenae Muneribus. Vatt. Farn. al. vulneribus. Calpurn. Ecl. III. 9. Quintil. Decl. IV. 8 p. 196: orbitatis vulnus. Leid. pr. munus. Martial. VII. 88, 9: blandae munere linguae. Rom. Ven. murmure. Add. Prop. I. 17, 2: funere. Voss. murmure cf. adnot. v. 46.

Sequitur, ut dicatur de verbo resolvam. Quod a Barthio frustra defensum nec spretum ab Imhofio p. 32, quem ne vocis vulnera quidem poenituit, multiplicem conjectandi copiam dedit Heinsio. Opinor, inquit p. 595, questuque in murmura caeca solutum. Possis et suetumque in murmura caeca resolvi vel questusque et murmura caeca cientem.“ Quo hic certe probabiliorem viam ingressus quid verum esset, vidit Marklandus p. 411: „facilis, inquit, emendatio percepto sensu: cui verba sonosque Monstravi, questusque et murmura caeca resolvens.“ Similiter enim apud Ovidium Met. XIV. 473: Neve morer referens“ fere omnes libros praebere referam Burmannus testatur p. 972 et insaniem pro insaniens tenet Regius Cic. Tusc. IV. 52 cf. Seyffert. III. 15, 33 p. 60 et quae supra v. 58 et 47 diximus.

Hactenus veri inveniendi aut stabiliendi alios habuimus adjutores: reliqua pars a doctis omissa explenda est nullis admiuiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro. Namque hoc ab animo meo non potui impetrare, ut crederem sententias a Statio hoc fuisse modo inter se aptas atque colligatas: qui — implicuit fixitque mihi: cui verba sonosque Monstravi questus — resolvens Reptantemque — Erexi.“ Quam orationem qui tolerabilem duxit hac distinctione usus: resolvens; Rep-

tantem — Erexi" Marklandus non est dubium quin vitio velamentum quaesiverit inane. Quum enim non ignorem, quam late pateat illud genus, de quo explicaverunt Wopkensius Vellej. II. 6, 2 p. 29 Misc. Obss. VIII. Oxnerus Cic. Ecl. p. 317. Schaeferus Long. p. 389 sq., possimque multa expromere petita ex Virgilio et optimis quibusque poetis ut sejuncta ab exemplo Silii IX. 87: verum cui demta ferebat Exsangui spolia et cujus nudaverat artus, Natus erat." X. 444: Quem tremis et cujus somnos formidine rumpis, Hannibal hic armatus adest," ita huic loco consimilia: in longe aliam partem quaeri jubet ea res, quod tantum abest ut illa: Reptantemque — Erexi extremum tueantur locum, ut ad ipsam eam formam, a qua recessisse v. 83 putatur, poeta redierit v. 85; hunc enim cernimus ordinem: qui — genium implicuit fixitque mihi, cui verba sonosque Monstravi (et quem reptantem erexi et cui pandi sinus), cui nomen vox prima meum." Quid, quod incomposita merito dicitur oratio, quae quum in duas aeque descripta sit partes, quarum altera infantis vagientis, reptantis, obdormiscentis („cui verba — somnos"), altera jam verba tentantis ac quibusdam tenellae aetatis rudimentis spectandi („cui nomen — culti") significatio continetur, illam, qua primae infantiae signa recensentur, habeat non uno tenore detextam, sed discissam in hanc deformitatem: cui verba sonosque monstravi — (et quem reptantem erexi et cui pandi sinus)." Accedit, quod qui illam aetatem sollicitat, amor rectius dicitur infantis „qui pedibus adhuc inniti non possit" (Barth. l. d. p. 509), corpus adminiculo dextrae levare et sustentare, quam erigere: documento est vel Curtius VII. 3, 17: „Rex agmen circumibat pedes jacentes quosdam erigens, et alios, cum aegre sequerentur, adminiculo corporis sui excipiens." Quae quum ita sint, sic statuo: eo levitatis genere, de quo v. 67 diximus, imminutum a librariis fuisse verbum porrexi, inde in versu proxime superiore litteram m

voci dextra demptam adjunctam verbo reptanti (cf. adnot. v. 9. add. Theb. VI. 780: arma caventem Avocat. Salm. Spartian. Hadrian. 25 p. 214 caventi: id, quod praeteriit Burmannus Anth. Lat. III. 51, 21 p. 491):

> Reptantique solo demissus ad oscula dextram
> Porrexi.

Ut est apud Ovidium Fast. III. 871: Paene simul periit, dum vult succurrere lapsae Frater et exsertas porrigit usque manus „(cf. Conject. XX), Quintilianum Decl. V. 18 p. 121: illi porrigorem manum, quem jam — fluctus hauriret.“ VI. 19 p. 147: assidere, cibos ministrare, manum porrigere quilibet poterat“ (cf. l. 6 p. 15: cui manum porriget securior? cujus humeris levior incumbet?), Corippum Just. Praef. 37: senio dextram, pie, porrige fesso“ (Claudian. Ruf. I. 116: cunctaeque profanas Porrexere manus inventaque tristia laudant. Maximian. Eleg. V. 130), Ciceronem in Sen. 9: Qui mihi primus afflicto et jacenti consularem fidem dextramque porrexit“, alios ap. Dempst. Corip. Just. I. 12 p. 312 et, quem laudavit Arntzenius Arator. Epist. ad Florian. 6 p. 7, Barth. Adv. XV. 13 p. 807 sive Coripp. l. d. p. 312. Ut novo constet exemplo saepe a librariis peccatum esse litteris e et o permiscendis: sic enim porrexi (porexi, ut in cod. Voss. Martialis II. 28, 2 porigito) factum est erexi, ut v. 35 nec . . in Rehdigerano, quod fuerat nocentem. Add. Conject. XIX.

V. 84. 85.

Breviter perstringam doctorum hominum de difficillimo loco sententias. Domitius: „Nitare est oculo et aliorum membrorum nisu conari. Unde nictus dicitur. — Papinius nitantes dixit quidem prima brevi. Sinus, inquit, meus excepit genas pueri nitantes hoc est palpitantes propter somnum, quem ei accersebam.“ Lindenbrogius p. 479: „Fors fuat an hoc modo redintegretur hic locus indubie morbosus: blandoque sinu, jam jamque

natantes Extergere genas id est pectore meo humentes ac fletu madidas genas ejus siccare volebam," ut tamen in ipso carmine retineret exercere, quod idem cum alii fecerunt, tum Pareus Quintilian. I. 12 p. 122 et Heinsius l. infra affer. Marklandus, postquam adversus Domitium conflixit reprobavitque Reinesii commentum: blandusque fui jam jamque natantes Exercere genas," primum „asterisco insigniendum in contextu censuit moestus, quod in ultima operis parte tam male sibi cessisset," deinde „perpenso sensu et Mss. et Parm. edit. (cf. Praef. p. XV) lectione nulla paene mutatione Statio restituit: blandique sinus jamjamque natantes Excepisse genas: et blandi fuerunt sinus excepisse oculos jamjamque natantes. Tota hujus loci difficultas erat in defectu verbi substantivi fuerunt, quae ellipsis frequens Papinio ad obscuritatem usque, ut alibi notat Gronovius. — Blandi excepisse ut apud Hor. Carm. I. 12 blandum — ducere quercus." Assensum praebuerunt Duebnerus et Queckius. Ante Marklandum Barthius Adv. l. d. p. 767: „blandoque situ jamjamque natantes Excipere ore genas: blandus situs est, qui ad somnum invitat. Sic solitum se componere dicit, ut jucundissime obdormientem videret. — Mox in Ms. Lindenbr. excepere, unde ego veram, ut videtur, lectionem expiscatus sum: oculos suaviis excepisse se jamjam somno lapsabundos, donec plane concederent. Nihil elegantius dici poterat." Quem elegantissimi inventi post adeo poenituit, ut in ipso Statii carmine p. 119 verba ea proponeret, quae probata vidimus fuisse Reinesio, in Animadvv. p. 508 sq. vero haec: „Erexi; blande suetus i. e. suetus blande exercere sive fatigare oculos dulcissimi infantis, ut eo dulcior ipsi somnus succederet." Contra Heinsius Epist. ad Falconer. CCCCLXI. p. 535. Syll. V: „Pro exercere genas forte extergere genas, ut genas natantes pro lacrimis posuerit" (quam Lindenbrogii sententiam esse supra diximus), sed idem Adv. l. d. p.

596 sq.: „Exercere genas non est sollicitandum, hoc est oculis somnum conciliare huc illuc in sinu agitando, movere. Exercere manus Senecae semel, de quo ad ejus philosophica ac tragoedias Gronovius. Exercere pro exercui. Ni mavis: blandusque sinu Exercere genas. Lucan. III: Incertasque manus ictu languente per undas Exercent. Exercere manum non poenitet Prudentius II contra Symm. Olim placebat Extergere genas. abradere dixit Genethliaco Lucani: leviterque decidentes Abrasit lacrimas nitente plectro. Sic Petronio: Concedit puer super lectum et manantes lacrimas pollice extersit." Neque aut Cerda Virg. Georg. IV. 496 p. 554. C aut Burmannus Val. Flacc. III. 162 p. 255 in suspicionem adduxit istud exercere genas. Quod non minus probabiliter, quam vocem blando (huc, ut arbitror, translatum ex Silv. II. 7, 38: Blando Calliope sinu recepit" cf. Sen. Tro. 1071: blando sinu Fovens nepotem") tollere videor correctione et iis praemunita, quae supra docuimus v. 38, et fide codicis Rehdigerani editionumque Parm. Venet. Vet. Lindenbr.: excepere commendabili:

cui — — — dextram
Porrexi pandique sinus jamjamque natantes
Exceptare genas

sive mavis: pandique sinum cf. adnot. v. 9. Et illud quidem genus, quod cernitur in his: „pandi sinum exceptare genas" idonea exemplorum copia illustrarunt Barthius Claudian. B. Gild. 51 p. 379 Munckerusque Hyg. 147 p. 258 et quos nominarunt Burmannus Misc. Obss. VIII p. 370 sq. et Ruhnkenius Ovid. Her. I. 37 p. 5, quibus exemplis nunc adjiciam Ciris versus 5. 6. in hunc modum: Quum mea cura, Eratosthenicum sibi quaerere carmen Longe aliud studium jam aliosque accincta labores, Altius ad magni suspexit sidera mundi" (id est alios labores accincta sibi Eratosthenicum carmen quaerere) nuper a nobis in Jota ter accus. I. p. 3 emendatos. Pandi sinus autem proprie dicitur Virg. Aen.

VIII. 712: Pandentemque sinus (Nilum) et tota veste vocantem Caeruleum in gremium latebrosaque flumina victos" et quem contendit Peerlkampius p. 151, Sen. Hipp. 1189: O mors — Confugimus ad te: pande placatos sinus." Add. Auson. Mos. 418: Caeruleos nunc, Rhene, sinus hyaloque virentem Pande peplum." Stat. Ach. I. 101: connubialia pandunt Antra sinus. Avien. O. M. 206: panditur rursus sinus Cavusque cespes in meridiem patet. Sen. Oct. 235: Stygios sinus Tellure rupta pande. 404: ipsa tellus laeta fecundos sinus Pandebat ultro. Columell. X. 157: sinum tellus jam pandet.

Denique genas recte dici ex iis intelligitur, quae exprompserunt Barthius Adv. l. d. p. 767 et Animadvv. p 510. (add. Theb. II. 355: oscula moestis Tempestiva genis posuit lacrimasque repressit) et Hertzbergius Prop. III. 12, 26 p. 317, natantes autem (a quo quod in libris repertum attulerunt Domitius et Lindenbrogius nitantes non longius distat, quam quod in Virg. Aen. V. 856 praebent codices Goth. sec. et Cort. nutantia. add. Burm. Nemesian. Cyn. 170 p. 399. Coripp. Jo. V. 16: Solverat effuso nutantia lumina cornu Noctis amica quies. Quintil. Decl. X. 4 p. 216: nutantium fulgor extremus-vanescebat oculorum. Almel. nictantium. Gebh. et Barth. l. infra affer., id quod fefellit Burmannum, natantium cf. Martial. I. 88, 3 nutantia. Leid. micantia. Gulielm. Brit. XI. 398 victoria micat. Barth. p. 702 nutat): nutantes igitur genas id est „dubitantes figi" sive errantes (Barth. Theb. VIII. 756 p. 939 cf. II. 638 p. 584), incerto jam motu fluctuantes non solum morientium, ut Barthius ait Theb. XI. 558 p. 1390 et ii, quos commemoravit Ruhnkenius Albinov. Eleg. 93 p. 121 add. Ovid. Met. V. 71, sed etiam eorum esse, quorum palpebrae somno conniveant, Heinsius in hoc quoque loco Marklando subtilior docuit p. 597 allato Virgilii versu Aen. V. 856: luctantique natantia lumina solvit." Accedit, quod ebriorum quoque

et oculos et animos natare dici Cerda Virg. Georg. IV. 496 p. 554. A. C, post eum Ruhnkenius Rutil. Lup. II. 7 p. 101 confirmavit testimoniis Lucretii et Ovidii, quibus adjicio Sidonium Apollin. XXII. 33 (cf. Savar. XIX. 4 p. 165): Dulce natant oculi, quos si fors vertat in hostem, Attonitos, solum dum cernit, inebriat Jndos," invenirique crura natantia et mentem natantem (Manil. I. 256: Hinc et mobilitas rerum mutataque saepe Mens natat") Burmannus Nemesian. l. d. demonstravit. Cf. Achill. I. 161: niveo natat ignis in ore Purpureus."

Postremo strictim attingo, quae Barthius Adv. l. d. p. 767 posuit: „Ediderunt omnes dulcesque accersere somnos. Unde τὸ dulces in docilis (contractum videlicet ex eo) restituens planam lectionem feci, quam quidem ita facile meliorem futuram non arbitror." Videtur enim eorum ipse post contemptor extitisse; certe dulces in loco retinuit Animadv. l. d. Hinc autem in mentem venit Corippi Jo. VI. 15: Hanc sequitur madidus curis solatia somnus Dulcia referens," cui par est hoc supplementum scribi: dulcia iā: Dulcia jam referens." Qua eadem ratione in Anth. Lat. III. 106, 24 p. 263: Obvia non magna arbuta verrit ope" memores Statii Theb. III. 22: coma jam dudum." Monac. Frising. coma dudum" hocce: magna jam arbuta" in Sinide p. 80, in Ciri 6: Longe aliud studium jam aliosque accincta labores" supra p. 140 restituimus cf. Stat. Silv. II. 1, 5: Quum jam egomet." Add. Ofil. de Pul. 20: fierem jam in mea vota pulex" (vulg. fierem in).

V. 86. 87.

Mirifice hic cum omnium tum Marklandi elanguisse videtur ingenium et studium. Neque ii, quorum memoria jam nobis instauranda est, aliquod stipendium contulerunt professioni nostrae. Namque Heinsius Adv. l. d. p. 597: „Aut scribendum ductusque tenello Risus aut certe ludusque tenello Jussus. Ductus risus,

quale illud Persii: Artificemque tuo ducat sub pollice vultum, quem Juvenalis videtur respexisse Sat. VII: Exigite, ut mores pueri cum pollice ducat, Ut si quis cera vultum facit. Noster de Pileto Ursi: nec umquam Jlle suus vultumque tuo sumebat ab ore. Ludus jussus, ut apud Lucanum: Te mixto flessent luctu juvenesque senesque Jnjussusque puer." Atque idem Epist. ad Falconer. CCCCLXI p. 535 Syll. V: „Non cohaerent illa: ludusque tenello Risus. forte multusque tenello Risus. Ridenti Statio puer suevit arridere." Simile judicium fuerat Barthii l. d. p. 767: Editur ubique: cui nomen vox prima meum ludusque tenello Risus etc. Nulla connexione. At risum sudum licet turbato antea vultui (hoc enim innuit) ab adspectu suo rediisse argute clareque dicit. — Risum vero sudum quem eleganter Papinius dixit, nemo expresserit melius Petronio Arbitro festinatum: Delectata illa risit tam blandum, ut videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre. — Et quid tritius, quam serenum sudumque vultum pro laeto legere in omni genere auctorum?" Quae a Barthio postea merito silentio (Stat. T. I p. 119) transmissa sunt.

Ergo risisse puerum Statio cum omnes credunt dictitantque tum Duebnerus p. 293 iisdem fere, quibus Heinsius, verbis usus: „Risus pro arrisione, qua arridet Statio." Quid vero? puero, qui non rideret nisi blanditiis et exemplo sollicitatus, quam singularem fuisse putas in vultu gratiam? (haec enim poeta: e nostro veniebant gaudia vultu) quantamve ejus amabilitatem, cui oporteret magnae cuidam laudi dari jucunditatem et festivitatem illius aetatis propriam tamque naturalem, ut nemo facile infans inveniatur, cui ipse risus labor, non ludus videatur esse? sic enim recte vocum: ludus est vim memorabili exemplorum multitudine proposita definiverunt Savaro Sidon. Apollin. Carm. II. 139 p. 15 et VII. 196 p. 84. Cerda Virg. Aen. IX. 606. p. 374 C. Dempsterus Coripp. Just. III. 326 p. 435 sive Claudian.

Ruf. I. 328 p. 60. Barthius Stat. Achill. II. 442 p. 1763. Heinsius Claudian. Sec. Cons. Stil. 156 p. 419. Vorstius Val. Maxim. V. 1 ext. 3 p. 223. Wernsdorfius Avien. D. O. 385 p. 979. Burmannus Grat. Cyn. 525 p. 314, qui ludum esse dici ait de re nullius fere momenti et quae facile fiat, nullo labore, sed voluptatis et animi causa." Adjicio Quintilianum Decl. III. 4 p. 62: Ludus fuit rotare saxa." Himerium Or. III. 11 p. 444: σοὶ δὲ οἶμαι ἀθύρματα τὰ τῶν μεγάλων βασιλέων ἐγχώμια, quae verba Cerdae et Heinsii copiis illustria reddidit Wernsdorfius p. 445. cf. XXII. 3 p. 754: ἄθυρμα τοῦ φθόνου γεγενημένος καὶ παίγνιον et illud Platonis ἄνθρωπος θεοῖς παίγνιον Wyttenb. Eunap. p. 82. Boiss. Anecd. I. p. 345 cf. Zachar. p. 344 sq. not. 68. Segaar. Clem. Alex. Q. D. S. p. 285 sq. Dronk. Greg. Naz. Carm. Sel. p. 94, 26. Joann. Chrys. de Sacerd. II. 7 p. 19 Loml. Sed ut pro levibus et dubiis haberi possint, quae longe et gravissima et firmissima videmur attulisse, mentionique risus aliqua constet ratio: at mentioni illi non hic erat locus, sed in ea parte, qua ipsa vitae primordia supra (v. 83) obtinuimus monstrari murmure questibusque et reptatione: „cui verba modosque monstravi questus et murmura caeca resolvens Reptantique solo demissus ad oscula dextram Porrexi pandique sinus — dulces accersere somnos": documento ejus rei est ipse Statius Theb. V. 613: „Heu ubi siderei vultus? ubi verba ligatis Imperfecta sonis? risusque et murmura soli Intellecta mihi? quoties tibi Lemnon et Argo Sueta loqui et longe somnum suadere querela? VI. 164: Illa tuos questus lacrimososque impia risus Audiit et vocis decerpsit murmura primae" et Claudianus Pr. Cons. Stil. II. 346: teneros — risus Vagitumque audire putes." Paulin. de St. Joanne 204 p. 738. B. Justin. I. 4, 12. Quid, quod in verbis, quibus puerum balbutire desisse ac Statio blandissimum ipsa sermonum rudimenta inisse discimus: Cui nomen vox prima meum (cf. Theb. IX 621: Tela puer lacrimis et prima

voce poposcit." Sil. I. 78: ut fari primamque datum distinguere lingua Hannibali vocem") subnecti absurdum est tam gravem tamque ornatam risus praedicationem ne ita quidem commendabilem, si blanditias domini ita sollicitantis, ut ipse puer rideret sumeretque a domini vultu gaudia, narratas esse statuas memor Wernsdorffi Avien. D. O. 1121 p. 1118 et Vossii Virg. Ecl. IV. 60 p. 172 et, quem Virgilio jam adhibere licet, Mythographi I. 176 p. 54, 24: In qua (aurea sella) sedens Juno risit, unde cognovit suam matrem esse"? Postremo acrius intendendum est voci tenello (tenendo Venet. cf. Il. 1, 25: Vix tenui — offendique tenendo. add. Valg. p. 333.) Quae vox quum interposita sit his verbis: ludus erat, non priori addita legatur sententiae, qua domini nomen orsus esse puer scribitur, nedum illi, qua curiosius complexus poeta est questus et reptationem et si quid aliud tenerrimae aetatis proprium censetur, ut pertenui ita satis certo indicio et argumento eruitur et patefit praedicatum hic fuisse majus aliquid et praestantius, quam quod tenella aetas soleret exserere, et quod sibi demptum poeta jure ab ira Musarum (v. 3 sq.) videretur repetere. Quid multa? quemadmodum in futuri imperii omen vertit Claudianus, quod Honorius: Reptavit per scuta puer regumque recentes Exuviae — ludus erant" (III. Cons. Hon. 22), Sidonius, quod Anthemius „postquam primos infans exegerat annos, Reptabat super arma patris. — Ludus erat puero raptas ex hoste sagittas Festina tractare manu" (Carm. II. 134—139), ipse Achilles autem suorum armorum gloriaeque elementa haec jactat: spargere caestus Ludus erat requiesque mihi (Achill. II. 442), ita egregiam profitetur et prae se fert Statius in eo infante se spem reposuisse, in quo certas quasdam virtutes ingenii ad percipiendas disciplinas compositi vidisset. Ait enim tenello ludum fuisse, qui vel firmioribus esse soleret labor: ait autem hoc et ipse expertus eum rara memoriae felicitate versus edidicisse vel ex ore dictan-

tis exceptos tenuisse et praeceptor testis studii jam tum non coacti (cf. Auson. Protr. 69: Eripui tenerum blandis nutricibus aevum. Mox pueros — Pellexi, ut mites peterent per acerba profectus." Stat. Silv. V. 2, 71: tibi Pieriae tenero sub pectore curae." II. 1, 108: Sic tener — Vicerat aequales — Maeonium sive ille senem Trojaeque labores Diceret" cf. Calpurn. Ecl. VIII. 5: versuque bonus tibi favit Apollo"). Quali laude insignem Serenam Claudianus eodem modo refert L. Seren. 146: Pierius labor et veterum tibi carmina vatum Ludus erant: quos Smyrna dedit, quos Mantua, libros Percurrens damnas Helenen nec parcis Elisae." Quibus ita expositis nonne placet Statio haec reddi: Cui nomen vox prima meum ludusque tenello Versus erat et e nostro veniebant gaudia cultu?" Nec desunt exempla, quibus de litterárum fide quaerenti satisfaciam. Etenim inter se permixta inveni versus, usus, risus, visus. Gell. Noctt. Att. XX. 10, 3 usus. Guelf. versus. Claudian. Eutr. I. 299 et Avien. D. O. 581 usu Grajo. cod. A et Venet. risu. vid. adnott. v. 46. Quintil. Decl. IV. 9 p. 92 blandiuntur usu. Leid. pr. visu. Nazar. Pan. Constantin. 11, 5: arborum truncos visu trajiciebat. Guelf. usu. 14, 2 mortalis visus. Rhen. Steph. versus cf. 25, 1 vi sua astutior. Lang. usu. Calpurn. Ecl. I. 25 percurrere versus. editt. ap. Kempf. p. 547 visus. Ovid. Fast. I. 438 risus erat. Berol. visus cf. Drak. Liv. XLV. 39, 15. p. 576. Prop. III. 25, 1: Risus eram. Groning. Visus. I. 20, 52 visus. codd. Burm. p. 196 risus. rursus. Vocem cultus autem (cujus usum satis est confirmare exemplo Valerii Flacci V. 358: virginei custos grandaeva pudoris Henioche, cultus primi cui creditus aevi" cf. Manil. III. 109: cultus contingant praemia quanta Edocet. Hor. Carm. IV. 4, 34: Rectique cultus pectora roborant. Auson. Gryph. 70: Tres oratorum cultus") cum vultu saepe permutari" testatus est Burmannus Lucan. II. 334 p. 108, ante eum Heinsius Adv. III. 6 p. 443. et Claudian.

IV Cons. Hon. 602 p. 166 et 591 p. 165. add. Burm. Anth. Lat. III. 190, 1 p. 631. Prop. II. 8, 13: subducto gravior procedere vultu. Groning. cultu. Ovid. Fast. V. 356: cultu versicolore. Moret. vultu. Mamertin. Grat. Act. 28, 3 vultu trepido. Guelf. cultu. Neque obscurum est, unde id, quod nunc libri tenent, manaverit. Leguntur enim in Theb. VIII. 254 haec: ignotaque gaudia vultu. Silv. II. 6, 53: vultumque tuo sumebat ab ore."

Sed porro urgenda res est. Inde enim, quod hoc discrepat Rehdigeranus liber: a nostro, quum praesertim vox nostro illis: „nomen vox prima meum" subjecta aliquid dubitationis habeat, conjectura ducimur ad suspicandum hoc demum verum esse: Aonio veniebant gaudia cultu. „Cui conjecturae fidem addere sic licet, ut emaculetur Eleg. ad Messall. versus 7: Nec minus idcirco nostros expromere cantus Maximus." Quem versum maximopere miror in nullam adhuc disceptationem vocatum esse. Nemo enim tam lento aut corrupto judicio erit, quin fateatur istud nros (sic enim notari solitum est nostros. Val. Flacc. I. 257 cod. Burm. p. 60. Liv. I. 30, 2 Leid. pr. Merc. Non. Marcell. p. 772. Burm. Quintil. VII. 5 p. 637. Duk. Flor. II. 2, 14 p. 226. Seyff. Cic. Tusc. III. 4, 8 p. 56) contraria fere ratione atque apud Propertium IV. 7, 45 ac noas (Nomas) in Vaticano quinto et utroque Dorvilliano factum est aonias, suppositum vero nios eadem levitate fuisse, qua apud Florum I. 12, 11 nomini Vejos in codice Ryck. veros cf. Rittersh. Gunth. Lig. VI. 73 p. 113. Anal. Prop. X. p. 61, idcirco nios id est idcircoonios autem recte sic reparari: idcirco Aonios. Quo eodem damno affectum Ovidii versum Met. XIII. 682: Hospes ab Aoniis Therses Ismenius oris" invenimus in fragm. Boxh. ap. Heins. p. 669 Oniis (Ooniis Med. tert.) et Strabonis cum locum (IX. p. 412), quem reconcinnavimus Theb. Parad. p. 416. 418. Electt. Crit. p. 14 cf. Scylac. Peripl. p. 25: τοῦ Ὀνέου κόλπου id est

10*

'Ιονίου Voss. p. 26. Aonios cantus autem recte et usitate dici docent Silius VIII. 595: Mantua Musarum domus atque ad sidera cantu Evecta Aônio. XI. 484: Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras" et Statius Silv. V. 3, 44: carmine plango Pierio. 102: sive orsa libebat Aoniis vincire modis" et qui et re et verbis concinit, Politianus in Ecloga Manto p. 296: Viderat — domitis tumidam te, Graecia, Persis — Viderat et cantu Aonio eloquiisque superbam Ire altum." Ut de Messalla et rerum gerendarum et cantus expromendi (Catull. 65, 3 cf. Fulgent. Virg. Cont. p. 737. Quaest. de Tanusio IV. p. 33) idem poeta fecerit judicium, quod de Pediano Silius XII. 217: seu bella cieret Seu Musas placidus doctaeque silentia vitae Mallet et Aonio plectro mulcere labores, Non ullum dixere parem nec notior alter Gradivo juvenis nec Phoebo notior alter." Eadem igitur ope Statio hic succurritur non minus probabiliter, quam a Gronovio ei loco (Silv. III. 3, 32), in quo pro Aonias libri praebent animas, aeternas, autonnias, subventum esse omnes consenserunt. Neque oi instituto non suffragantur ipse Statius V. 2, 71: At tibi Pieriae tenero sub pectore curae" Claudianusque L. Seren. 146: Pierius labor et quos locos attulit Wernsdorfius Avien. D. O. 5 p. 725 sq.

Verumenimvero quae magna quadam cum cura suasimus, ea jam ipsi repudiamus certum tamen inde fructum capturi. Etenim nondum v. 86 eo rem a poeta deductam esse, ut apte et commode primae doctrinae rudimenta referrentur, declarant ipsa verba: Cui nomen vox prima meum." Nec si quis illa: ludusque tenello versus meus erat" in hanc partem explicari velit: „quemadmodum Honorio infanti regum exuviae, ita huic puero poetae Statii volumen ludus fuit", sententiarum ordini atque integritati vere consultum videtur esse. Itaque tollendam de medio censemus esse vocem ludus. Cui voci id erroris genus ortum dedisse videtur, de quo diximus v. 10 et 77. add. adnot. v. 46. cf.

Ovid. Fast. II. 551: latosque per agros. codd. quinque latios. Heins. Claudian. R. Pros. II. 177 p. 585. Drak. Sil. XVII. 433 p. 870. Martial. X. 26, 1: Latia modo vite. codd. aliquot tala. lata. Conject. XIV. Quid enim cum versuum 66. 69. 81, tum ipsorum verborum: Cui nomen vox prima meum" sententiae convenientius atque adjunctius ea mentione, quam his Lucanus fecit VIII. 348: non ignoravit Latiae commercia linguae:

Latiusque tenello
Usus et a nostro veniebant gaudia cultu?

Quod insolentius dictum librariorum non assequentium culpa abolevit, id nullo negotio, ut supra p. 146 apparuit, instauratum confirmare licet exemplis Avieni O. M. 583: At priscus usus dixit has omnes triplas. D. O. 59: Mortuus hic Grajo perhibetur gurges in usu. 581: Hic usu Grajo nomen tenet unda Saronis" (ubi in libris esse risu supra diximus) et quae adjecerunt Schraderus p. 1014 sq. Werndorfiusque p. 900; ut vix queat dubitari, quin quod apud Ovidium Trist. III. 12, 40: Sive tamen Graja scierit sive ille Latina Voce loqui, certe gratior hujus erit" in Palatinis, Buslidiano, tribus Heinsianis manet: usus, arguat versum antiquitus sic scriptum: certe hic gratior usus erit." Add. Columell. III. 2, 28: vitem — Graeca consuetudine dracontion vocitari comperimus. 30: propria vitium genera, quae consuetudine sua nominant." XII. Praef. 7.: haec in Oeconomico Xenophon, deinde Cicero, qui eum Latinae consuetudini tradidit." Itaque firmissimum, cur puer non Alexandrinus habendus esset, hoc adjecit Statius, quod latine tenellus ille loqueretur. Quam rem consideranti (neque enim dissimulem, in quam suspicionem venerit ea vox, quam p. 10 in loco retinui) quaeri videtur posse, an Ausonium cultum memorari praestet, quam nostrum aut Aonium, unde exiguo discrimine sejunctum esse vocabulum Ausonium ex iis intelligitur, quae supra disputavimus. add. Claudian. VI. Cons. Hon. 273: Tunc sic Ausonium respectans aethera fatur. Jun.

pr. Reg. Aonium. Schrad. Avien. D. O. 5 p. 890. Theb. Parad. p. 265. Sen. Med. 408: Charybdis Jonium mare Siculumque sorbens. Flor. recte Ausonium. De utroque autem nomine, quo usus poeta Latium usum et Ausonium cultum composuit (cf. Virg. Aen. VIII. 315: Quis neque mos neque cultus erat. Sil. XV. 171: Antiquum morem patriae cultumque habitumque," qui idem in longe alia sententia XVI. 117: foedere longum Cultuque Aeneadum nomen Masinissa superbum." Claudian. IV Cons. Hon. 487: in Latios ritus transistis, Alani"), omisso Ovidio, qui Bacchas easdem Fast. VI. 498 Ausonias, 501 Latias nominavit, commodum est comparare Sulpiciam Sat. 19: Sed genus Ausonium Remulique exturbat alumnos", ubi dici Latinos et Romanos ait Boxhornius p. 422 cf. Sil. XVII. 190 sq. Stat. Silv. III. 4, 18: Jupiter Ausonius pariter Romanaque Juno", ac Lucanum I. 9: Gentibus invisis Latium praebere cruorem Cumque superba foret Babylon spolianda tropaeis Ausoniis — Bella geri placuit" Siliumque VIII. 675 sq. Ausonii triumphi — Latias ruinas. XV. 383 sq. XVI. 214: Quanta per Ausonios populos — Tempestas ruat et Latio suprema minetur." I. 70: fines Italum Saturniaque arva. cf. Virg. Aen. IV. 236: Nec prolem Ausoniam et Lavinia respicit arva. I. 2. Sil. III. 511: Hic labor Ausoniam, dabit hic in vincula Thybrim" (quocum differt XVI. v. 680 sq. et Claudianus IV. Cons. Hon. 578: Thybridis et Latii suboles"). IV. 731: Latio lacrimabile nomen Hannibal, Ausonia si te Fortuna creasset, Ad magnos venture deos." X. 48: Latio spes unica — Ausoniam tecum trahis." VI. 242: Itala pubes Terga damus Libycisque parem non esse fatemur Anguibus Ausoniam? XVII. 405: Hannibal Ausonia genitus si sede fuisset, Haud dubitant terras Itala in ditione futuras." VI. 596: Jovis illa ruenti Ausoniae atque Italis tempus protendere regnis Cura fuit. XV. 393: Marcellum abstulimus Latio; deponere forsan Gens Italum

tandem arma velit." Sed satis exemplornm in diversas partes spectantium ordine deinceps recensuimus, per quae euntibus videamur recte sic statuere, ut hic dici arbitremur Latias voces (Sil. IX. 79) et Italos ritus (XVI. 19: tot dissona lingua Agmina, barbarico tot discordantia ritu Corda virum." Claudian. l. d.), insignia documenta pueri domi, non in Africa nati.

Reliquum carmen facta, ut ego arbitror, unius schedae, quae Silvarum volumen excluderet, revulsione interceptum est. Nec jam interpretor, quam vere existimaverit Barthius Animadv. p. 500 „videri mortuo demum auctore hoc carmen editum eamque ob causam et mancum et male mendis inquinatum"; illud quidem certissimum est errare cum Domitio Silv. II. 1, 33 p. 209. B. Barthium p. 500 et 168 sq. arbitratos non modo Epicedion patris, sed etiam hoc, quod puero vernae scriptum est, a Statio non perplexe significari iis versibus, quos omnes jam consenserunt — nam mitto Queckii mirificum judicium — sic antiquitus proditos esse: ego juxta busta profusis Matribus atque piis cecini solatia natis Et mihi, quum proprios gemerem defectus ad ignes (Quem, Natura!) patrem" cf. III. 3, 40. Nec magis quaero, quam probabiliter visus fuerit Marklando p. 404 et v. 84 p. 412 (cui credit Queckius p. XXVII) imperfectam hanc eclogam ipse Statius reliquisse. Verum non est silentio praetermittendum judicium ab eodem Marklando factum, Duebnero p. 292 probatum. Misella, inquit, haec ecloga, ultima inter Statianas tam ordine quam genio. — Tota est corruptissima, quam ob rem plusculum mihi in illam permisi libertatis, quam tamen eruditis me approbaturum esse spero." Nimirum haec is dicit, qui multa magno conatu et, id quod in modestissimo homine prope piget referre, nimio sui suspectu (cf. v. 13. 30. 32. 33. 52. 84) molitus adeo devius fuit, ut unam ab eo vere restitutam non

vocem, sed syllabam (v. 82.) concedamus; nam tria, quae aut vere aut non absurde sunt inventa (v. 53. 80. 82), jam intellectum est occupata esse ab Heinsio, quem mirari satis nequeo indigno silentio cum ab omnibus praeteritum esse tum a Duebnero illo quidem professo p. XVI. „non neglecta a se esse Heinsiorum scripta, quae in Statium observationes continerent“ cf. adnot. v. 68.*) Quoniam autem illud verissime dictum a Marklando est v. 52 p. 409. a: „non cujusvis est Statium corrigere, prout summorum virorum exemplis vides,“ Heinsio omni verborum honore collaudando nomina adjicienda sunt Domitii, Politiani, Barthii, quorum ille binos locos (v. 17. 20), hi singulos (v. 8. 1) ad pristinum statum videantur revocasse. Reliquas partes aegras, quae quidem opinione cum omnium tum Marklandi longe plures fuerunt, ut nullis adminiculis ita Rehdigerani libri fide accuratius per omnia exacta (cf. v. 24. 25. 31. 32. 35. 39. 46—48. 53. 56. 58. 67. 68. 70. 74. 76. 77. 80. 81. 84. 85), duplici librariorum errore patefacto (v. adnott. v. 19. 20 cf. 31. 58. 59. 70. 77. 87.), dicendi

*) Nec de ipsa hujus carminis inscriptione non primus, uti docuimus p. 11, recte praecepit Heinsius, qui idem alia occupavit veluti in Virg. Aen. V. 380 p. 648 de Silv. V. 3, 138. Adv. I. 5 p. 53 de Silv. II. 6, 22. II. 1 p. 201 de Silv. II. 6, 54., ea autem, quae Marklandus V. 3, 105 p. 385 attulit, consignavit in Adversariis IV. 4 p. 588, quorum eam partem, quam in lucem protraxit Broukhusius Tib. p. 459 sq., commemoravit Marklandus I. 3, 95 p. 197 et II. 1. 47 p. 210. Contra parum caute Burmannus Lucan. V. 685 p. 368: „Silv. V. 1, 125 Marklandus statim ad vulgares locutiones decurrens legit ab ambiguo, sed hoc Barthio debet“; neque enim ille vidit unquam Barthii editionem (Praef. p. XIII), ut utrumque liqueat sui inventi Epiced. in Puerum v. 32 insertam contemptorem extitisse. Quamquam qua Barthius sit dignus laude, ne nunc quidem doctis hominibus plane compertum est. Satis est afferre Queckium de Theb. VIII. 351 his p. XIII: „ungue scripsi Marklandum secutus, quem conf. silv. II, 1, 143“ defunctum nulla habita ratione Barthii p. 874, de quo dicemus Conject. XIX.

genere, quo proprio Statius usus est, subtilius explorato (v. 3. 8. 17. 24. 27. 32. 34. 35. 38. 43. 46. 48. 53. 54. 56. 65 sq. 67. 68. 69 sq. 77. 78. 80. 84. 87. cf. Conject. II. V. VII. XI. XIV — XVII) ipsi expolivimus, cum nuper cum assidua laboriosi officii statione fatigatum tum causis morbisque repetitum corpus liceret voluptaria illa Wrechensi recreare rusticatione. Quo velut opaco secessu potitum, cum dies imbribus squalidi Faunae opus, cui totus tum vacare soleo, intermittere coegissent, memini vice sermonum, ut ajunt (nam pauci admodum familiares una domi continebamur), in eorum mentionem me incidere, qui in fingendis carminibus prompti et ad illam subito dicendi laudem usque faciles non vulgarem famam meruissent. Et tum quidem cum alia multa in medium attuli tum Statii artem explicare institui qualis et quanta fuerit. Veluti Handium — quantopere autem juvat recolere illius dici felicitatem, quo ex familiari summi viri colloquio simul ingenuam oblectationem et saluberrimam habui institutionem — Handium igitur memini injecta de Monacensibus nostri poetae codicibus mentione mihi narrare contigisse aliquando, ut, cum silvam aliquam ipse recitasset, Goethius mirabundus in haec erumperet verba: „At qui abs te legitur, non probabilis scriptor est, sed verus poeta.“ Nec vero illa, quae insigniter discrepat, Marklandi vox non succurrit. Qua voce graviter motus ac sollicitatus temperare mihi non potui, quin promerem Statii volumen atque ipsam postremam eclogam relegerem. Quod uno calore et quadam festinandi voluptate facienti ipsa ea provenerunt, quae ad compescendum moderandumque illud judicium satis valere viderentur. Quae ipsa tunc levi consignata stilo nunc paulo enucleatius perscribere ita visum est, ut cum aliorum doctorum, quorum jam suppeterent libri, haberetur ratio, tum Imhofii, quem quidem rectae doctrinae studiosissimum nondum tamen desisse video loqui „Marklandi conjecturas elegantissimas plerumque et ingeniosissimas“ (de Silv. Condic. Crit. p. 32 cf. Queck.

p. V. VI). Adeo igitur praevaluit auctoritatis praescriptae existimatio et favor. Nos quidem et elegantiam Marklandi supra obtinuimus Heinsio (licet enim unius viri comparatione rem breviter definire) aliquanto inferiorem esse (id quod ne Burmannum quidem Lucan. V. 426 p. 340 sq. et 685 p. 368 fugit) et qua ratione vera ac Statio digna eruantur, iis, quae unius perpoliendi carminis gratia protulimus, satis videmur si non edocuisse, at admonuisse expleturos partes jam tandem maxime ab Imhofio, viro omni laude dignissimo, inchoatas. Quod damnum si quod est, licuit ita compensare, ut quae in conscribendo Emendationum Propertianarum libro versantibus ad Statii carmina pertinentia copia fuit disperse et diffuse commentandi, commentata ut erant quasi quaedam conjectanea subjungeremus. Ergo si quis aut ab ingenio aut ab otio aut a libris melius instructus est (utar enim verbis Casauboni Praef. Polyaen. p. VIII) ingrediatur, agedum, curriculum: modo ne sibi, ne nobis desit: en trado lampadem.

Friedlandiae D. XI. M. Octobris A. MDCCCLXVII.

Conjectanea

de

PAPINII STATII

Locis Controversis.

I.

Quum multi Silvarum loci neqnaqnam satis adbuc explicati sint, tum perdifficilis est quaestio de eo, qui legitur III. 5, 48:

Questa est Aegiale, questa est Meliboea reliuqui
Et quamquam saevi fecerunt Maenada planctus.

Quem locum postquam „depravatissimum et sine aliis exemplaribus numquam restituendum“ pronuntiavit Praef. p. XVI. sq. Marklandus ad hanc corrigendi ct insolenter sribendi (Diomed. I. p. 380, 9. Charis. III. p. 261, 34. cf. p. 251, 24) levitatem Nott. p. 296 prolapsus est: Et cujus saevi ferierunt Maenala planctus. Quaenam fuerit, inquit, haec herois Arcadica, memoriae non nunc occurrit nec vacat disquirere: non tamen dubito quin aliqua sit, cujus maritus ad bellum Trojanum profectus sit“. Scilicet quum quaerendi investigandique singulas fabulas ex vario et multiplici scriptorum genere magnus quidam sudor sit atque eruendi et inveniendi labor perquam difficilis, qua ratione defungi in Propertii carminibus versati sibi posse nonnumquam visi sunt Lachmannus et Hauptius (de quibus in Sinide aliqua dicta sunt, plura in Emendationum Prop. libro dicentur), eadem ratio placuit Statii interpreti Marklando, placuerat ante Barthio I. p. 341: „Frustra labores in exigendis fabulis, quae in cerebro unius hominis applicationem ad res praesentes sumserunt. Omnia ad libitum Papinius detorsit personas mutuatus ex mythhistoriis suo commodo aptas“ neque cam expediendi facilitatem nuper abnuit Duebnerus p. 270 (cf. Conject. II.) „Aegiale Diomedis uxor, Philoctetae Meliboea. — Certo mihi persuasum est in quamquam latere nomen aliqnod heroidos, fortasse Latiae. — Ejus nominis inveniendi curam iis committo, quibus felicius in Statio commorandi otium est. Cogitavi de Laodamia Protesilai, quae se Aemoniam dicit apud Ovidium in Epistolis. Aemoniam non nimis longe abest a et cancam.“ Qui quae alia a se inventa ipse merito, ut infra dicetur, contempserat, ea amplexi Queckius atque Imhofius nihil quidquam nostrae professioni contulerunt: haec enim Imhofius Eclog. ad Uxor. p. 19 (cf. Conject. XVI.): „Etiam haec asperiore lima examinari noluit Statius. Certe enim, nisi festinandi ardore seductus scripsisset

quidquid in buccam veniret, et melioribus heroidum exemplis ad sententiam probandam usus esset et cautius verba pensitasset," quibus Statio non minor infertur injuria, quam Propertio ab Hauptio iis, quae jam Sin. cap. VII. 3 p. 140 confutavimus. Subeatur ergo illa rem vetustate obrutam conjectandi necessitas. Quae quanta esset nimirum vel initiis quaestionis recte positis satis dilucere coepit.

Quod enim libri tenent nomen aegiale, id inde, quod Aegialeam Diomedis uxorem adulterio infamem, non castitate nobilem poetae Homero posteriores scripserunt (Simson. Chron. 2822 p. 341. Salvagn. Ovid. Ib. 351 p. 86. Verbeyk. Anton. Lib. 37 p. 160 sq. Tzetz. Chil. III. 286 p. 91: Μετὰ γὰρ Τροίας τρόπαια καὶ τὰς ἀνδραγαθίας Αἰγιαλείᾳ γυναικὶ καὶ τῷ μοιχῷ Κομήτῃ Μέλλων τὸν βίον ἐκπερᾶν φεύγει πρὸς τὴν Δαυνίαν. Auson. Epitaph. Her. 6, 2: Diomedes Crimen ob uxoris pulsus dotalibus agris." Ennod. Dict. XXIV. p. 305. B: Circaeo, ut ajunt, poculo a se translata est et in votum migravit adulteri." Joseph. Isc. VI. 930: „tristisque reverso Aegiale Diomede suo"), non dubie intelligitur vitio affectum esse, non illo, quo Aegiale, Eugiale (Aggallia codd. Lact. Theb. II. 728: Artemita, Megale, Aegalia") in aliquot locis pro Aglaia consignatum esse diximus in Sinide VI. 2 p. 110 sq., sed eo, quo apud Pausaniam VIII. 34, 3. 27, 3. Moero Anth. Pal. VI. 189, 4. Αἰπυτίους Αἰγυπτίους, apud Statium Theb. IV. 296. IX. 847 Aepytios factos esse Aegyptios Stud. Critt. Anth. Graec. I. p. 581 sq. et Sin. IV. 2 p. 67 not. 11 arguimus, in Chronico Eusebiano a. MXXX Aegyptus natum esse non fefellerat Heinsium Ovid. Fast. IV. 44 p. 233 cf. Heyn. Apollod. II. 8, 5 p. 520. Vocabulum aepiale autem fatetur obscuratum id nomen, quod apud Martialem VI. 71, 3 in Vossiano libro vertit in Paelian, in Hannoverano in Piliam (cf. Val. Flacc. III. 149 Phleias. Carr. Cock. codd. Pelias), in Ovidii libro Guelferbytano Trist. II. 403 in pelagi. Ut manifestum sit a Statio Peliadem (Hygin. f. 24), Admeti uxorem, his fuisse verbis laudatam:

Questa est se Pelias — — — relinqui,

quam quidem Euripides fecit haec dicentem Alc. 298: οὐκ ἠθέλησα ζῆν ἀποσπασθεῖσα σοῦ.

Hinc jam rem porro urgeamus. Alterum enim versum: Et quumquam saevi fecerunt Maenada planctus" Euadnes honori datum fuisse declarat Philostratus Im. II. 9 p. 68, 22: ὥσπερ ἡ τοῦ Καπανέως οἷον θυιὰς ἀρθεῖσα, nisi forte cui Kayseri p. 445 auctoritate inducto incompertum est, quot reprehensionis causas habeat vox θυσίας, tot veritatis numeros continere Jacobsii sententiam, cui fidem facere videor vel ipsius Statii locis allatis his Theb. XII. 800: Turbine quo sese caris instraverit audax Ignibus Euadne." Schol. Vet. p. 1560: turbine) velut insaniens aut tempestate aliqua compulsa" (cf. Quint. Smyrn. X. 440: ἔκθορεν ἠύτ' ἄελλα Stat. Theb. V. 592: terracque illisa nocenti Fulminis in morem" XII. 791: Decurrunt, quales Bacchea ad

templa vocatae Thyados — amentes, gaudent lamenta“ et 220: „Vadit atrox visu — velut rapitur — Dux vesana chori“) cf. Sin. VI. 3 p. 142 not. 44 et Silv. V. 3, 66: „obstantesque manus turbamque tenentem Vincit“ et Claudiani L. Seren. 153: prona ruens Capaneia conjux.“ Comparati igitur Philostratus et Statius praeclare ipsi inter se patrocinantur. Nec vero jam et sententiae et verborum integritatem sic restitutam arbitror, si sequnti Gevartium scripserimus: „Et quam (quam saevi!) fecerunt Maenada planctus,“ aut sic statuo, ut saevi, seaevi (hoc enim tenet Rehdigeranus, ut testatur Silligius, non item Imhofius, et Rom. editio, de qua non commemoravit Imhofius) quemadmodum in Palat. sec. Bersm. Ovid. Trist. II. 383 in locum nominis Canace, ita hic suffectam existimem esse in locum nominis Euadnen sic olim scripti euañ (Ovid. Fast. IV. 475: Didymen. Bavar. didim̃. Martial. VII. 74, 4 Paphien. Leid. Paphi) cf. Martial. IV. 75, 5 Euanno Wolfenb. Enane Berol. Wolfenb. elt. Ovid. Trist. V. 5, 54 Euannen Guelf. Bern. euenteen Goth. cf. Prop III. 11, 24 Groning. enandne. Namque id loquendi genus, unde ducta sunt duo illa: Pellas et Meliboea, obstat quominus usurpatum a poeta fuisse credamus id vocabulum, quo proprio soleret appellari uxor Capanei. Quin potius ipsa haec veri inveniendi via videtur probabilior, si erratum dicamus esse aliquid a librariis ductis prava illa pronuntiandi litteres consuetudine, cujus testes sunt voces hinc Pasiphaen: passivum (Quintil. VIII. 3, 54. cf. Sched. nostr. Quintil. p. 3), Phariae: variae (Martial. IX. 35, 7: Phario madeat Jove Palat. vario. Burm. Eleg. de Phoen. 93 p. 1055), Delphicae: deviae (Conject. XVII), inde Iphicrates: Epigratee (Sen. Exc. Controv. 5 p. 405, 10. 21), Aetolia: Italia, Aeacus: Jacue Heius. Adv. III. 2 p. 409. Theb. V. 78 Edonas hiemes. al. Aedonies. Idonias. Inarime: Aenaria (Conject. V). Haemo (Claudian. Eutr. I. 196): imo (Oxon.). Aetnae (R. Pros. III. 85): Idae (Ms. Pulm.), Iphimedia: Estimia (Schol. Lucan. VI. 410 p. 461), cestus: ictus, ipsos (Adnot. Eclog. ultim. v. 77), pelicis ira: pelice saeva (Gronov. cod. Ovid. Met. IV. 235), Onitae: Olynthi (Conject. II), notati: notatae (Conject. XVI). Qua exemplorum contentione facta nobis persuasimus syllabas hiphi (hoc enim et aliis placuit et Ciofano Ovid. Trist. V. 14, 38 p. 697 cf. Met. XII. 379: Hiphinoum) sive ciphi, siphi (quemadmodum pro Himera Ovid. Fast. IV. 475 in Moretano extat Cimera, ut pro Iphianasss Cyrianassa Serv. Virg. Ecl. VI. 48 p. 137) detortas a librariis esse ad id vocabulum, quo notius (Valer. Flacc. II. 157) et ad illius generis intelligentiam sensumque accommodatius fuisse nullum documento est Canace ex eo Ovidii loco, quem supra attulimus, scaevo impetu submota. Jam vero dico iphitam olim hic exaratum fuisse illud quidem neque ea carens reprehensione, qua notabilia sunt Tritonita Put. Voss. Martial. IV. 1, 5. Cecropetae Oxon. Ovid. Art. Am. I. 172, neque illa, quam recipit id genus de quo est Castalidae Paulin. Epist. ad Auson. 2 p. 743, Homoloidae, alia ap. Munck. Hyg. 30 p. 84 Theb. Parad. l. d. p. 295. 485; ut ap-

pareat Iphitam esse Iphidem sive Iphiadem (vid. Theb. Parad. III. 3 p. 296 sq. cf. Schrad. Emend. Praef. p. XXIII). Quae antem pars superscripta fuit eo modo, quo Theb. VIII. 353 Proetia^d^e (Theb. Parad. l. d. p. 295, ut IX. 1 in Frisingensi Aoni^d^as. 223 Lapdaci^d^ae) consignatum genuit Proetiae, XI. 825 in eodem Frisingensi intredum (intre^pi^dum Conject. XIII), Silv. II. 2, 147 visere (inse^de^re Conject. IX), apud Lucanum X. 144 Atlantide in Helmst. Athlande (cui altera manus imposuit syllabam di), apud Ovidium Fast. IV. 471 Pantugien in Fontein. pungien, apud Propertium Cadmidi istud Cadmi (Emend. I. 4), apud Martial. XIV. 164. 1 Splendida in Voss. Splenda, alia multa, eam partem in alienum locum ea levitate, qua alicubi persuadent exstitit pro superardent (Emend. Prop. VIII. 1), chilicarlocide pro dilichiotide id est Dulichiotide (IV. 4), in Fastis Ovid. I. 630 exceromata in Vossiano (id quod non perspexit Burmannus p. 63) pro exmacerata cf. Liv. XXII. 1, 10: „sparsum maculis. Hearn. iacrimis „litterarum transpositione et littera u in ri dissoluta" Drak. p. 17, eo facilius translatam esse, quod quae in proxime superiore loco compareret syllaba ti (quanti iphi—), ipsa cum maxime ad hanc correctionem faciendam: „quantam — Maenada" allectaret atque adeo nomine Iphidis semel affecto et obscurato cogeret, quis est quin concedat malitque hanc rationem ingressis subscribere, quam si jam pugnemus hoc antiquitus proditum fuisse: „Et quantam Argivi fecerunt Maenada planctus?"

Ergo pro explorato habeo hunc fuisse pristinum illorum versuum statum:

Questa est se Pelias, questa est (Meliboea) relinqui
Et quanti Iphiadem fecerunt Maenada planctus!

Cui orationi similes sunt Propertii loci III. 11, 1: Haec etiam vittas expugnant arma pudicas Quamque terunt fastus" (Emend. IV. 4) et II. 25, 93: Haec — confessa est pagina Calvi Et modo — quam multa — Galius — inferna vulnera lavit aqua" et, ne plures afferam, Corippi Jo. I. 562: „multos unum saepe revisit Et quanti ex ipsis palmam sumpsere periclis." Illud quidem certissimum est non leviter errare Queckium p. XXI atque Imhofium Silv. Condic. Crit. p. 33 et Ecl. ad Uxor. p. 20 sententiam illius loci his verbis interpretatos: „Aegiale et Meliboea discidii desiderium ferre non potuerunt et quamcunque aliam amore ardentem saevi planctus in furorem dederunt." Quae verba qui primus protulit Duebnerus p. 270, idem his confutavit: „nimis fluxa haec et sine colore." Licet rem accuratius definire. Ut enim concedatur, quod minime concedendum est „Statiunae poesis genus formam illam quamquam non fastidire," longissime ab elegantia tanti poetae abhorret nominibus Penelopae (v. 47) Alcestidisque et (ut infra dicetur) Laodamiae subjuncta mentio Maenadis cujuslibet. Quam foedissimam esse rerum consequentiam intelligitur comparatione locorum in Sinide l. d. p. 142 in medium allatorum. Nec quum apte distincteque hoc dicatur: „Questa est Pelias ac maximo planctu Euadne Maenas

facta est," ferri nllo pacto potest hoc: „quaecuuque planctu in furorem data est, questa est."

Quid jam dicam de Gronovlo, Marklaudo, Webero, Duebuero, qui Domitio Meliboeam Philoctetae uxorem intelligi opinato credulitatem suam addixerunt? At reclamavit Barthius p. 341: „Domitius Calderinus quae hoc loco tam confidenter tradit, uullis testibus probare poterat," at reclamat non nominato Barthio Imhofius p. 19, at reclamat fabularum veternm fides et constantia. Namque exemplorum ordine usi translaticio cum Penelope Alcestin, Euadnen, Laodamiam comparaverunt Ovidius Art. Am. III. 17 et (quibus locis non intendit Burmannus Prop. I. 15, 21 p. 149) Trist. V. 5, 51—58. 14, 35-40. Pont. III. 1, 105-110 (quem sequutus castissimarum feminarum laudes uberrime complexus est Poutauus iu suo ad nxorem carmine p. 402 sq. cf. Barl. Heroic. I p. 95) et Hyginus 256: „Penelope — Euadne — Laodamia Acasti filia, conjux Protesilai. Hecuba — Theonoe Thestoris fllia, nxor Admeti — Lucretia," cujus locl vitiis iis, quae cum omnes tum Ciofanum Ovid. Fast. II. 741 p. 143 fefellerunt, hac arte eximendi: „Theano, Alcestis Peliae filia" auctorem do Jo. Tzetzain Autchom. 238: Λαοδάμεια — Τὴν ἐγὼ αἰνέω ἠδ' αὖτ' ἔξοχον ἀμφαγαπάζω Ὡς Εὐάδνην Ἄλκηςίν τε καὶ Ἀντιόπειαν Τὴν Θεανώ τε καὶ Οἰνώνην καὶ Λουκρετίην τε Ἠδὲ καὶ Ἀβραδάτου καλὴν ἄλοχον Πανθείην Πρός δέ γε Πορκίην. Neque id judicium iterum in Chil. II. hist. 52. 53 v. 780 sqq. p. 70 sq. factum quatenus Laodamiae et Euadnes atque Alcestidis egregia facinora narrantur, non confirmant, qui quales Panthia, Laodamia, Euadne describi solitae sint, refert Philostratus Im. II. 9 p. 68, 20 et pari verborum honore complexus nomina Laodamiae et Euadnes ac Lucretiae Claudianus L. Seren. 150 sq. (cf. Pic. Mirandul. p. 211. Quintian. in Obit. Annae p. 517 sq. Tit. Stroz. p. 1007. Marull. Eplgr. ad Neaer. p 36) et Alcestidis ac Laodamiae laudator ipse Statius V. 3, 272, Euadnes et Alcestidis Martialis IV. 75, 5 cf. Sidon. Apollin. XI 67. 71. Quibus propter Antiopam (Sen. Hipp. 226. Plut. Thes. 25, 3 Bachet. Ovid. Epist. I. p. 372 sq.) et Oenonen a Tzetza commemoratas subjungere non alienum est primum Quintum Smyrnaeum X. 479: Οἰνώνην — ἐθάμβεον, εὖτε πάροιθεν Ἀργεῖοι θάμβησαν ἀολλέες ἀθρήσαντες Εὐάδνην, deinde Ovidium, qui in celebratissimarum feminarum numerum retulit Andromachen Trist. V. 5, 44. 14, 37 (cf. Barl. Eleg. III p. 155: „Talis — Andromache —, Talis conjux illustris Ulyssis, Talis erat Latio Porcia nupta duci"); Propertius quidem fidem et pietatem censeri voluit Euadne et Penelope III. 11, 24 (quae nomina mutuati sunt Tit. Stroza Laud. Anthiae p. 998 et Pausa de Molsae Obitu p. 75), Hypsipyle et Euadne I. 15, 19 cf. Sidon. Apollin. XI. 66 71. Tot igitur scriptorum consensus (qui quantus esset incompertum fuit Imhofio v. 49 p. 20 his defuncto: planctus in furorem dederunt Didonem, Laodamiam, Alcyonam, alias") magno argumento est certissimoque indicio „uxorem Protesilai, quae propter amorem periit" (Schol. Lucan. III. 14 p. 182. ποικιλόδακρυς Noun. XXIV. 194. Auson. Cupid. 35), unam omnium dignissimam habitam fuisse, quae

in Penelopae Alcestidisque et Euadnes societatem adscriberetur. Itaque spero et confido futurum esse, ut volumus; laudabitur plerisque et probabitur hoc ordine consuita et exquisita res videbiturque Laodamia, quae Protesilao nupta Phylacen et Phthiam incoluit (Olear. Philostr. Her. p. 666. Hemst. Lucian. Dial. Mort. 23, 1 p. 520, cujus doctrinam nec Burmannus Prop. I. 19, 7 p. 17 attigit nec Staverus Hyg. 104 p. 192. add. Schol. Lucan. VI. 352 p. 451: „Phylace civitas, unde fuit Protesilaus." Verpoort. Ovid. Trist. V. 14, 39 p. 281. Schol. Theocr. III. 43 p. 150, 4: Ὄθρυς ὄρος Θεσσαλίας, ἐν ᾧ πόλις ἡ Φυλάκη), a Statio dicta fuisse Perrhaeba:

Questa est se Pelias, questa est Perrhaeba relinqui.

Qui enim Pheras, quas illuminavit Alcestis, Thessaliae esse scripsit N. H. IV. 8, 15 p. 283 Plinius in Magnesia Thessaliae adnexa 9, 16 p. 285 dicit sitas esse ipsas eas urbes (ut Meliboeam, Phylacen, Gyrtonen), quas plurimi referunt Perrhaeborum fuisse vid. Theb. Parad. p. 351. Ut magis definite distincteque Laodamiam designare videatur, qui Perrhaebam, quam qui Haemonidem appellat, Josephus Isc. V. 197: „Haemonis absentem suspirat maesta maritum" sequutus Ovidium Her. XIII. 2, qui idem similiter Andromachen appellavit Thebanam Trist. IV. 3, 29, quod qui vituperavit Schraderus ap. Merkel. p. 233 immemor fuit Art. Am. III. 778: Thebais Hectoreo nupta resedit equo." Fieri autem, quod jussimus, excusate intelligi videtur exemplo Palmerii Exercitt. p. 523 et Schraderi Emendd. II p. 25 Athenaeo XIII. p. 557 A pro Meliboea Perihocam reddentium, in quos quum subscribendum sit Bergkio Anacr. p. 260 conf. Theb. Parad. p. 453, illud tamen constat et frequentissimam esse litterarum μ et π (Schol. Plat. Legg. VII p. 452 Ἄμυκος — Μελίας. cod. Πελίας. Theb. Parad. II. 7 p. 235. Πηνειός Μηνιός II. 3 p. 127. poenas: manus Eumen. Pan. 7, 1) et r et l (Vaig. 506) de loco contentionem et Περραιβίαν in aliis locis in Εὐβοίαν, in aliis in Περέβοιαν, Περραίβοιαν vertisse post Hemsterhusium Schol. Aristoph. Plut. p. 115 nos indicavimus Theb. Parad. p. 350 sq.

II.

Ejusdemmodi locum adjiciam Theb. XII. 510:

mox hospita sedes
Vicit et Oedipodae furias et funus Olynthi
Texit et a misero matrem submovit Oreste,

quem praeclaro instituto de illa Clementiae ara a poeta scriptum insigni librariorum flagitio depravatum esse nemo adhuc evicit. Nimirum omnes crediderunt Lactantio, cujus haec leguntur verba: „Olynthus — se auctoribus Lasthene et Enthycrate Philippo tradidit, ob quam culpam placuit Atheniensibus evertere civitatem, quo comperto ad aram misericordiae confugerunt." Quae verba (temere, ut alias docebimus, vetustis

commentariis inserta) in quantis erroribus versentur nec Duebuerum p. 344 fugit et Jacobus Quaestt. Epic. III. 2, 3 p. 191 his satis coarguit: „Philippus, non Athenienses, urbem delevit et cives cum reliqua praeda vendidit teste Diodoro XVI. 53, e quibus plures Athenas confugisse dicuntur ab Aristide Vol. I. p. 480 Jebb.“ Qui ipse Statium arbitratus ad rem ab Aristide et ab iis, quos nominari video ab Aerodio Quintil. Decl. CCXCII p. 562, proditam spectasse, res autem „diversissimis temporibus gestas poetarum more juxta posuisse, quo arae illius apud veteres celeberrimae vim et amplitudinem quam luculentissime declararet,“ nec hoc consideravit, quantum distaret hic locus ab eo genere, quod monstrare licet Barlaei exemplo Her. I p. 33: „Non emptor Olynthi, Non Pellae placuit stomachus spretorque deorum Laomedon,“ et vitio velamentum non minus quaesivit, quam Duebuerus his: „Dubitari non potest quin tangatur hoc loco mythus aliquis de Olyntho heroe, quem Olynthios quoquo modo Atheniensium rebus antiquis immiscere studuisse probabile est. Cujus rei an vestigia extent in veterum scriptorum reliquiis, quaerere nunc non vacat.“ Quae ne nobis quidem vacat edisserere quam sint opinabilia quamque levi contineantur conjectura; faciendum est enim, ut in medium proferatur, quod est et contestatum et evidens. Sic enim statuo: quod fuerat Olitac, id factum esse Olinthi, ut est in Monacensi C, Olynthi, ut in reliquis. Quo nomine nihil notius, postquam jacentem Olynthum tamquam solemnem locum oratores attigerunt: cujus rei documento sunt Senecae Controv. XXXIV p. 326 sqq. Exc. Controv. p. 451 sq. Quintil. Decl. l. d. Quod autem supra posui Olites petitum ex Schol. Soph. Trach. 53 p. 129, id in aliis locis Odites, 'Οδείτης, 'Ονύτης (Schol. Lucian. D. D. XIII. 2 p. 40), Opbites scriptum a vero Onites detortum esse jam multorum consensu in confessum venit, ut Munckeri Hyg. 162 p. 276. Hemsterhusii Lucian. l. d. II. p. 287 sq. Wesselingii Diod. IV p. 282, 65. Staveri Emendd. V. p. 391 Misc. Obss X. 3. Heynii Apollod. II. 7, 8 p. 491. Sturzii Pherecyd. p. 97. Lobeckii Path. VIII. 5, 1 p. 395. Quid autem Oedipodis, cujus furias Theseus vicisse traditur, memoriae propius atque adjunctius nomine Onitae, post quem caesum Herculem ab eodem Theseo fabulae ferunt Athenis expiatum et lustratum fuisse? Haec enim Theseus apud Euripidem Herc. Fur. 1326: Ἕπου δ' ἅμ' ἡμῖν πρὸς πόλισμα Παλλάδος. Ἐκεῖ Χέρας σὰς ἁγνίσας μιάσματος Δόμους τε δώσω χρημάτων τ' ἐμῶν μέρος, apud Senecam Herc. Fur. 1341: „nostra te tellus manet. Illuc solutam caede Gradivus manum Restituet armis“ cf. Aristid. XXXVIII p. 723, 8: ὅτε τοίνυν Ἡρακλεῖ φίλου ἐδέησε, Θησεὺς αὐτὸν Ἀθήναζε ἀγαγὼν ἀνακτᾶται Wernsd. Him. Or. XIV. 29 p. 660. De brevitate autem ea, qua solus Onites commemoratur, existimatur vel ex iis exemplis, quae sunt penes Schraderum Mus. 26 p. 12 sq., et inde, quod Ovidius pro Pliadum sidere nominavit Steropes sidus Trist. I. 11, 14. Taygeten Met. III. 594, pro Cyclopibus (Munck. et Stav. Hyg. 49 p. 113) Steropen Valerius Flaccus I. 44. Et his quidem sententiam poetae restitutam esse affirmo, verba non item.

Quod enim certo consilio huc transferri posse videatur, suppeditat Seneca, qui diversae asscusus famae ipsum illud parricidium in Libya expiatum scribit Herc. Oet. 906: Ter parricida factus ignovit tamen sibi. Nam furoris fonte Cinyphio scelus Sub axe Libyco tersit et dextram abluit." Quibus similia verba legimus Claudiani Pr. Cons. Stil. II. 308: „propriam labem tersisse laborent," aliorum, quos comparavit Heinsius Adv. III. 4 p. 431 sq. Itaque hoc est judicium nostrum versum ab ipso Statio sic factum:

et funus Onitae
Tersit

eandem labem traxisse atque Claudiani quem modo attulimus locum: tersisse" in Vatt. Pric. Rott. Medic. aliisque multis texisse et Martialis VI. 1, 3: Quem (libellum) si terseris aure diligenti" in Vossiano texeris (cf. XI. 3, 4 teritur. al. tegitur. tergitur) Plautique et Statii ac Symmachi locos, in quibus pro detersus, detergetur inveniri detectus, detegetur obtinuit Heinsius l. d. p. 431. 432 add. Claudian. R. Pros. II. 275: lacrimas detergit. Med. deterxit. Ald. detexit. Quintil. Decl. XVIII. 3 p. 352: stupra — detegeret. Leid. sec. detergeret. I. 11 p. 30: dexteram — veste tergere. Leidd. Colb. tegere. Apul. Met. IV. p. 313: deterget lacrimas. Pith. Dorv. detegeţ.

Hic vero sententiae similitudine admoneor de glossa Claudiani versui Eutr. II. 22: „Quis vos lustrare valebit Oceanus? tantum facinus quae diluet aetas?" in Leidensi codice p. 844 adscripta hacce: „hoc sumtum est de libro Statii Achilleidos." Quae glossa spectat ad locum I. 135: „Hos abolere metus magici jubet ordine sacri Carpathius vates puerumque sub axe probato Secretis lustrare fretis, ubi littora summa Oceani et genitor tepet illabentibus astris Pontus, ubi ignotis horrenda piacula divis Donaque." Quamquam digniora comparatione fuerunt illa Catulli verba, de quibus explicavit Dorvillius Charit. p. 238: „Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Tethys, Non genitor Nympharum abluit Oceanus," quibus similia Seneca Herc. Fur. 1323: Quis Tanais aut quis Nilus — Abluere dextram poterit? Arctoum licet Maeotis in me gelida transfundat mare Et tota Tethys per meas currat manus, Haerebit altum facinus." Hipp. 715: „Quis eluit me Tanais aut quae barbaris Maeotis undis Pontico incumbens mari? Non ipse toto magnus Oceano pater Tantum expiarit sceleris." Omissa haec sunt cum ab aliis tum a Buenemanno Lactant. V. 19, 33 p. 679: „tamquam ulli amnes abluant, ulla maria purificent" et Jacobsio Anth. Pal. XIV. 71, 4 p. 803.

Sed revertor ad Oniten. Cujus nomen ad Olynthum his deinceps gradibus deductum: Oliteu, Olitheu, Olythen, Olynthon memoriam attulit nominis Perinthi positi in Theb. XI. 199:

Protinus Inachii vultus expressa Perinthi.

Quod nomen quum non mirum sit iis placuisse, qui non improbarent Olynthon, non dubie tamen haec librorum discrepantia: Behot. pr. Frising. Pericli, Barthii et Lindenbr. codd. Monac. Scheftl. Perichi

(cf. Theb. X. 314 Jochi id est Jocli, Echecli Conject. III.) arguit ad eum statum revocandum esse, quem monstrat Regius primus: Pherecli:

Inachii vultus expressa Pherecli.

Relinquatur igitur Stephano Byz. p. 517, 17 suum illud: Πέρινθος ἀπὸ Περίνθου Ἐπιδαυρίου cf. Usener. Philol. XXIII. p 346 sq. credamusque Statium „equisonem Polynicis" (Vet. Schol. p. 1324) eo appellasse nomine, quod inde ab Homero (Il V. 59 cf. Lycophr. 97. Tryphiod. 60. Colluth. 194. Georg. Pachym. Prog. p. 570, 30. Etym. M. p. 790, 33. Ovid. Her. XVI. 22) sermone hominum celebratum navis, qua Thescus in Cretam pervectus esse traditur, gubernatori addidit Simonides ap. Plut. Thes. 16, 5: ἐκυβέρνα δὲ τὴν ναῦν Ἀμαρσυάδας Φέρεκλος.

III.

Mirum est, quot ejusdem generis errores fefellerint doctos homines in emendando Statii carmine versatos. Veluti in libro VI. 927:

fundat vel Lycia cornu
Tela rogant

(Frising. Litia. Scheftl. licia, ut Virg. Ecl. V. 72: Lyctius Aegon. codd. Licius, Lycius. III. 401 Lyctius Idomeneus. Wall. Dorv. Parrh. Licius. Leid. Litius. Zulich. Lycius, quod recte scribitur VIII. 166 Lyciasque sagittas") quis vel leviter monitus neget antiquitus exaratum fuisse Lyttia (Meurs. Cret. I. 12 p. 44. Spanh. P. et U. N. IX. p. 589 et Callim. Apoll. 33 p. 66. Wess. Diod. XVI p. 131, 17. Eckh. D. N. II. p. 316. Beger. Thes. Brand. III. p. 44. Corp. Inscr. Gr. 2577. 2578 sq. p. 426), Lyctia tela, quorum fama minime obscura fuit Sieb. Paus. IV. 9, 2 Vol. V. p. 29. Callimach. Epigr. XXXVII. 1? Manifestum rei fidem facit Scheftlariensis codex, in quo nomini licia impositum reperi vocabulum cretensia. Qua eadem ratione Lactantius III. 587: Gortynia) Cretensia." Vet. Gloss. IV. 258: „Dictaea) Cretensia tela." Scholiasta Lucan. VI. 214 p. 439: „Gortynis) Cretensis sagitta" cf. Barth. Theb. IV. 269 p. 997. intpp. Eumen. Pan. Constantin. 8, 1 p. 370. Spanh. et Cort. Lucan. VI. 214 p. 39. Stat. Theb. V. 361: Gortynia spicula. Joseph. Isc. VI. 509: Gortynia tela." Verum sero — mirifice cuim hic quoque Duebneri et Queckii studia cessarunt — animadverto ipsum id, quod multis commendavi, jam edixisse Schraderum Obss. I. 2 p. 11 sq.

Nec placet nomen Chaletum IX. 276 omnibus probatum: Calethum Frising. Monac. Scheftl. Calerum, Chalebum codd. Barth. Caplethum Lind. Capetum Reg. 1, quod ipsum verum est:

Surgentem dextra Capetum vulnusque minantem.

Paus. VI. 21, 7: Κάπετόν φασιν ὑπὸ τοῦ Οἰνομάου φονευθῆναι. Ciofan. Ovid. Met. XIV. 614 p. 987. Mythogr. I. 204 p. 63, 20.

Ac similiter III. 178 in Alethes Aletes vertit:

Concilium infaustum dictis mulcebat Aletes,

quod et in Frisingensi et Monacensi inveni et ab Heinsio Virg Aen I 121 p. 48 restitutum video cf. Sieb. Paus. II. 4, 3 p. 172 sq.

Contra V. 159 Caropeia (Monac. Carapeia) necesse est fiat Charopeia conjux,

ut Vet. Schol. p. 106: „uxor Caropi Lemnii“ (cf. Caropine Thuan. Put. Martial. V. 50, 1) Charopi; sic enim est apud Constantinum de Adm. Imp. 23 p. 77. D (p. 54 Meurs.) sive Stephanum Byz. p. 325, 5: Χάροψ Χάροπος ὁ Χάροπος. add. Μέροψ, Μέροπος Schol. Aristid. p. 137 Fromm. Χάροπος Hemst. Lucian. D. Mort. XXV. 1 p. 527. Vol. II. Aethiopus Osann. Apul. Orthogr. 61 p. 79. Cf. Ovid. Met XIII. 260: „Thoona Et Charopen,“ ubi scribendum est Charopem.

Quibus exemplis juvat subnectere vocabulum Achates, Acates, Acoetes (Ovid. Met. III. 582 Acoetes. codd. aliquot et Gulielm. Brit. Phil. I. 620 Acestes) consignatum Silv. V. 3, 222:

attendunt cunei, spectatur Acoetes.

Quod qui solerter intellexit tollendum esse, Salmasius ea tollendi ratione usus est, quam jam tandem gravissimis argumentis reprobavit Imhofius Emendd. Stat. p. 1 sq. ipse hanc corrigendi viam ingressus: „spectatur Achaeis.“ At ejusmodi fuit circumspiciendum vocabulum, quod verius, quam Achivorum nomen, dici posset librariorum injuriae fuisse obnoxium. Quale videtur esse hoc:

spectatur aliptes.

Sic enim magistrum exercitiorum a multis appellari comprobavit Wyttenbachius Plut. p. 850 sq. (cujus auctoritati adjicere omisit Sintenisius Pericl. 4 p. 70 cum alios tum Salmasium Tertull. de Pall. p. 273 et Fabricium Sext. Empir. Math. I. 297 p. 282 ac Segaarium Clem. Alexandr. Q. D. S. p. 360 sq); receptum autem a Latinis id nomen esse viri docti Steph. Thes. I. p. 1417. D docuerunt allatis Ciceronis Ep. ad Fam. I. 9, 35 et Juvenalis III. 76 locis, omissis Seneca et Firmico, quorum testimonia praebet Savaro Sidon. Apollin. Ep. II. 2 p 109, et Vopisco Saturnin. 8 p. 721. Nec magis sprevit vocem palen a Graecis acceptam idem Statius Theb. VI. 830. Achill. II. 441, quam susceptam a Sidonio Apollinare secus interpretatus est Savaro Epist. IX. 13 p. 603 et Carm. XXIII. 302 p. 192, praeterierunt Barthius Theb. l. d. p. 610 sq. et Marklandus Silv. V. 3, 93 p. 383 cf. Conject. XI.

In contrariam partem Theb. VII. 737 ab iis peccatum est, qui hoc prodiderunt:

et aurigam jaculo detorquet inertem:

sic enim scriptum hunc locum se invenisse testantur Lindenbrogius:

„jaculum) Mss. jaculo. in hersen) inertem; in hostem, qua dictione expuncta scriptum superius ertem, ut fieret inertem" Queckiusque: „Cass. jaculo — inertem; idem Lips. secunda manu" neque alind praebet Monacensis: „jaculo detorquet inertem." Quocum qui hoc discrepant Scheftlariensis: jaculum — inertem, Frisingensis „jaculum — inercem," propius absunt a fide eorum librorum, de quorum auctoritate doctorum hominum consensus judicavit hoc nomen a Statio fuisse consignatum:

et aurigam jaculum detorquet in Hersen.

Quod ipsum nomen nec ullo firmaverunt testimonio et vitio natum esse inde perspicitur, quod „in duobus libris Harpben legi, in optimo Arfen vel Affen" Barthius attulit. Itaque pro certo habeo aurigae illi nomen additum fuisse Harpyn:

et aurigam jaculum detorquet in Harpyn.

Auctores do Apollodorum I. 9, 21 p. 27, 29: εἰς δὲ τὸν Τίγρην ποταμὸν ἐμπίπτει, ὃς νῦν ἀπ' ἐκείνης "Αρπυς καλεῖται. Etym. M. p. 148, 33: "Αρπυς ὁ Ἔρως. Mein Anal. Alex. p. 266 sq. (cf. Sin. I. 4. p. 16). add. Drak. Sil. II. 117 p. 72.

Conveniens igitur aurigae hoc nomen; at indignissimum Heliconio viro illo, quod VIII. 549 inveteravit:

Sumpserat in Danaos Heliconius arma Coroebus
Ante comes Musis.

Quanto aptius ac felicius illud, quod et a Lindenbrogio enotatum est et in Parisino altero et Cassellano legitur: Corymbus et a nobis in Frisingensi et Monacensi (Corimbus) ac Scheftlariensi (Chorimbus, ut IX. 745 Choroebum penitus insedit pro Coroebum, quod est in Frisingensi cf. Cerebum Scheftl.) repertum est:

Sumpserat in Danaos Heliconius arma Corymbus.

Quod et simile est notissimis illis, ne plura afferam, Κίσσος, Κάρπος et extat in Corp. Inscr. Gr. I. p. 391. 394, de quibus locis non commemoravit Lobeckius Path. VI. 3 p. 298 cf. Nonn. XXVIII. 51: Δηριάδην — ἐλέγχει Κορύμβασος. Lob. l. d. IX. 1, 1 p. 405.

Nec fides constat isti nomini, quod omnibus placet X. 314:

Tagus haurit Ethecli
Terga coronati,

ubi „et hoedi turpe mendum. — Lindenbrogius ex suis libris promulgavit Etbecli [quod ipsum et in codicibus melioribus esse testatur Duebnerus et in Frising. Monac. Scheftl. nos reperimus]. In Ms. aliis fuit Ethedi, ut idem et Behotius notant. In optimo codicum Jochi exaratum offendimus" Barth. p. 1169. Omnem ambigendi causam praecidit eadem librorum Ovid. Met. XII. 450 discrepantia: Marc. Echecli.

Neap. Echeli. Urbin. Oeli. Thnan. Ethedl. Erf. alt. Eocli. ai. Oicli (quocum parum differt illud Barth. cod. Jochi id est Jocli cf. Perichi: Pherecli Conject. II. Virg. Aen. XII. 515. Peridiae. Exc. Burm. Pericliae. Hamb. pr. Perrichiae)[1]). Quis enim non novit Hom. Il. XX. 474 'Αγήνορος υἱὸν Ἔχεκλον (cf. Sieb. Paus. X. 27, 1 p. 253). XVI. 694 Αὐτόνοον καὶ Ἔχεκλον? cf. 189 'Εχεκλῆος κρατερὸν μένος 'Ακτορίδαο. Corp. Inscr. Gr. II. p. 358, 2432 'Εχέκλεια. Neque aliud ut sibi reddatur poscit Valerius Flaccus III. 138: Ancaeus Ethelum Sternit;" nam Reg. Echelon. Cok. Echelum eodem dirigunt, quo Neap. Ovid. l. d., ut nolim huc repetere Anth. Pal. VII. 445, 1: Μαντιάδας — καὶ Εὔστρατος, υἱεῖς 'Εχέλλου ('Αγέλλου Plan., ut apud Valerium in vulgaribus libris inveniri Achelum dicit Carrio. Ἔχελος Dind. Steph. Thes. IV. p. 2599 sq.) et Nonnum XXXII. 199 Αὐχήεις 'Εχέλαος (cf. Paus. III. 2, 1 'Εχέλας et quae de hoc genere dissernit Lobeckius Path. II. 3, 2 p. 118 sq., ante eum Ebertus Σικελ. Exc. II p. 91 sqq. Eodem autem modo apud Hyginum Poet. Astr. II. 16: „uxorem Ethemeam" vere restituimus Echemeam ('Εχέμεια Etym. M. p. 507, 56 et Anecd. Oxon. IV. p. 81, 6. Anal. Prop. V. p. 30), contra Rabirio ap. Fulgent. Expos. Serm. Antiq. p. 783: „Absteminm merulenta fingit Methenia nomen" de Almeloveenii auctoritate Mecennia (Valg. p. 438), id quod incompertum habet Reifferscheidius Mus. Rhen. XXIII. 1 p. 143 not. 47.

Venio ad illud nomen, quod XII. 744 proditum:

> Dejicit et triplici confisos robore gentis
> Alceidas fratres, totidem quos cominus hastis
> Continuat

vetus Scholiasta p. 1552 creditur his satis tueri: „Ab Hercule genus ducentes." Longe alio ducit Scheftlariensis: Alcetidas, quocum leviter discrepat Monacensis: Alcepidas. Verum autem esse hoc:

Alcetidas fratres

nemo negabit, qui notissimum meminerit nomen 'Αλκέτας, Ἄλκετος Lob. Path. p. 374. Idem Scheftlariensis cum Frisingensi Theb. X. 510 praebent, quod a Gronovio v. 305 p. 703 inventum probarunt Heinsius Adv. IV. 11 p. 628 et Duebnerus p. 332. 333, temere sprevit Queckius: Jalmenides.

Nec recte in ejusdem libri XII. 622

> Venit atrox Ilens

---

[1]) Eidem Ovidio Met. V. 48 nomen Clematie reddendum esse censuimus Anal. Prop. IV. p. 26. Quod autem Am. III. 6, 25 Melie Bithynide maluimus Theb. Parad. p. 240 fieri Lyrceide nec persuasimus Schoemanno de Nymphis Meliis p. 9 not. 12. Opusc. II. p. 132 agnoscere sibi viso „studium poetae doctrinam male ostentantis," id confirmari videtur exemplo Trist. IV. 1, 15 Lyrneside. Gall. Rel. Crev. briseide.

Ileus nomen retinuit Queckius nimirum non ultra Duebnerum doctus, qui ipse ignorat a Meursio hanc esse factam mutationem:

Venit utrox Aluens

non improbatam aut Heringae Obss. ad Steph. Byz. p. 975 Misc. Obss. Nov. IX aut olim Barthio p. 1534 illi quidem per hunc errorem lapso, ut Alens recte dici existimaret, quod liber Barth. optimus, Behott., Regg., Dorv., Frisingensis, Lactantii codex Parisinus praebent; in Scheftlariensi quidem est Alceus, in Monacensi Aolens, in altero Dorv. oleus. Cf. Mein. Steph. Byz. p. 67, 16. Callim. ap. Schol. Soph. Antig. 264 p. 85 (fr. 209): Φωκαέων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος. Licet hoc adjicere in eodem Monacensi v. 621 esse: „melior Lycubcssos olivae" idque in Ms. Aroudeliano inventum maximopere placuisse Wussio Thuc. IV. 96 p. 459.

Deinde quem omnes nunc Aethionu vocant VII. 757 (Frising. Aenon. Monac. Actiou) et X. 734, verum est uppelluri Aetiona, quod nomen et in Monacensi VII. l. d. et Frisingeusi X. l. d. extat (Scheftl. Actiona) et aliis locis contestatum est Bosch. Add. ad Not. Anth. Gr. V. p. 243 sq. Lob. Aglaoph. p. 49 not. b. p. 1223 not. t. Theocr. Epigr. Callim. VII. 5 'Ηετίων. Gaisf. codd. 'Αετίων. Meinek. Diatr. ad Epigr. Callim. p. 275. Eademque medela adhibenda est Ovidio Met. V. 146: „Aethionque sagax quondam ventura videre," de quo et Heinsius fallitur p. 326 et qui Barthium p. 525 sequitur, Duebnerus VI. 465 p. 312. Nam ne Aechion quidem, quod Theb. VI. 465 legitur:

Igneus Aechion

(quo nomine vel hoc praestabilius est Aeschion vel Aeschrion Boiss. Plan. Mct. p. 263 cf. Rubuk. Hist. Crit. Or. Gr. p. 75) aut Aethion, quod habet Frisingensis (aeithion Monac. Achion codd. Lact. Monacc. cf. Cic. Brut. 18, 70 Echion: Aetion. Priscian. Perieg. 985 uëtites. Buslid. Echites) usurpavitque Barlaeus Her. III p. 372: „Aschetus, Aethion, Styrius," pro incorrupto habendum est. Declarat vel comparatio Archiae Anth. Pal. IX. 19, 1: 'Ο πρὶν ἀελλοπόδων λάμψας πλέον Αἰετὸς ἵππων (cf. Jac. p. 455); Lactantius autem bis: „Aethion dicitur de colore" (sic enim in Parisino codice est) spectare videtur ad colorem aquilum Scal. et Dac. Fest. p. 331. Oud. Suet. Aug. 79 p. 299 cf. Bochart. II Hieroz. II. 1 p. 169, 5. Gloss. Labb. p. 15: aquilum μέλαν ὡς Λουκίλλιος. Salm. Exerc. Plin. p. 888 b. E. Orell. Arnob. III. 15 p. 136. Quae autem ipse Luctuntius (nam ista: „jocunde Graeco nomini expositionem adjecit" videtur inseruisse homo male memor exempli v. 463 524: „Cycnumque nivalem") subjunxit verba: „unde et Hyperion," ea tantum abest ut Barthius vere sic correxerit: „unde et Virgilii Aethon," ut vestigia codicis Parisini: „unde et Jophion" (Monac. A: Hepcrion) sequutus non dubite mad formam revocare graecorum vocabulorum: „(aethion phion) ἀέτιον φαιόν" fretus Gloss. Lubb. p. 197: Φαιός Aquilus, Pullus, Fuscus. Φαιόν Pulla,

Aeguption, Pullum," quo loco uti fugit et viros doctos Steph. Thes. I. p. 773 sq. cf. Barth. Claudian. Mall. 128 p. 130 et Bernhardyum Eust. Dionys. Perieg. 239 p. 881 et Meinekium Steph. Byz. p. 44, 19: Αἴγυπτος — καὶ 'Αετία — μελάμβωλος. Ergo longe alio spectant illa nomina Aethon, Aethus, Acthe, de quibus quaeretur Emendd. Prop. I. 1 not. 3. Apud Claudianum quidem R. Pros. I. 282: Orphuaeus crudele micans Aethonque sagitta Ocior (Aethus Vatt. Pal. Aethonus Flor. Medd. Put. Reg. Petavv. Aethoneus Voss. pr. Ethonus Tholos. Moret. pr. Voss. sec. Oxonn. Aethouis Parm. Vicet.) scribendum esse Chthonius (cf. Anal. Prop. III p. 15) diximus Quaest. de Lucani Carminum Reliqq. III p. 17 not 2.

Nec jam praeteream ejusdem libri versum 524:

Ascheton increpitansque levem;

nam in vetustissimis codicibus est: „Increpitans Schetumqne levem," in Barthii optimo libro: Increpat Ascetiou celerem, in Behot. altero: incropitaus celerumque, in Frisiugeusi et Monaccusi: Increpitans Scerumque, in aliis cecnm, cerum, cetum (Queck. p. XI). Unde numeros similes illis V. 684: „Sanguinis; imbuite arma domi" efficere licet hos:

Increpat Ascheton usque levem

cf. V. 566: nuquam. Frisiug. usquam. Lucan. III. 81 usqnam. codd. Cort. p. 322 umquam. Claudian. Eutr. I. 296. Ruf. II. 453. Hyg. Poet. Astr. II. 4 p. 428 nunquam. Voss. nusquam. Drak. Liv. XXXIX. 31, 5. H. Mueller. Quaestt. de Senec. Rhet. p. 420 Mus. Rhen. XXI. 3. Piget autem edisserere, in quas latebras confugerit Queckius, cui versus ad emondandum difficillimus „suppositicius videtur" (cf. Coniect. VIII).

Denique quo convincam duos errores Duebneri p. 316, adjiciam in versu VII. 298 sq.:

pnerum Lapithaona nympha
Direetis — — — violavit amore

(Lapithaona enim est in Frisiug. Monac. Scheftl. Laphithaona in Reg. Cass.) Dircetis (Gloss. Scheftl.: „a loco") convertendum esse in Dercetis, ut est apud Scholiastam Veterem p. 699 „Dercetis Nymfa" et in vetustis nonnullis exemplaribus, de quibus commemoravit Heinsius Ovid. Met. IV. 45 p. 241 (cf. Theb. Parad. II. 1 p. 85. Lob. Path. VIII. 4, 3 p. 373. Aristoph. Acharn. 1028), a Lactantio Theb. XI. 32. 35 autem haec tradi: „ex parte altera Eurymedon — premebat, cujus in catalogo fecerat mentionem. — Juvenemque patrem) e diverso dicit Pythouem cum Adephilo bellum movere pari paene aetate pollentes: et istorum meminit in catalogo," quae sic consignata in codice Monac. A: „Pytonem tumele filio hellum movere patri pene aetate," in B: „Pythonem cum melor filio," in Regio: cum Maele filio" hac ratione perpolienda sunt: „dicit Lapithaonem cum Alatreo filio hellum movere."

Postremo levitatem perstringam Queckii, qui nec VIII. 353

> Hypsea Proetides, celsum fudere Dryanta
> Electrae

Proetlades restituit (Theb. Parad. III. 3 p. 395) nec in versu 354

> Eteoclea mittunt
> Neitae

Neistae, quod et in Frisingensi (Neistae) et Monacensi et Scheftlariensi (Neiste) aliisque (Theb Parad. III. 4 p. 310) invenimus et in duobus Dresdensibus legi Godofr. Hermannus nos per epistolas, post in Eur. Phoen. 1112 (p. 172 Klotz.) omnes edocuit. Scilicet idem Queckius VII. 331 et hunc versum probavit: Agmina, quos Mide et quos humida suggerit Arne" (Midea Duebn., ante eum Wass. Thuc. V. 67 p. 554; scrib. Midee, ut Tegee XI. 177. Nemee Achill. I. 415 cf. Santen. Terentian. Maur. p. 308) et, ne plura afferam, pepercit nominibus Scyrona XII. 577. Tetbis Acbill. I. 222. II. 11. Leucothoe Theb. VI. 12 (de quo in Cinnae commentariis dicetur). Ithonaeos VII. 330. Celenaea II 666. Cadmaea IX. 140. Phoebaeus VII. 343 (Phoebea X. 254), Baechaea (de quo recte praecepit jam V. D. Misc. Obss. IV. p. 394) Achill. I. 184. II. 41. 138. 276. Theb. VII. 603. 649 (Baceheo I. 329).

IV.

Redeo ad Silvas, ut insignis eluatur macula, qua adspersus est locus V. 3, 12. Quem codicum consensu sic proditum:

> Certe ego, magnanimum qui facta attollere regum
> Ibam altum spirans Martemque aequare canendo:
> Quis sterili mea corda situ, quis Apolline merso?
> Frigida damnatae produxit nubila menti

de auctoritate Heinsii Ovid. Her. VII. 4 p. 90 cf. Adv. I. 14 p. 148 Marklandique (cui assensus est etiam Wernsdorfius Calpurn. Ecl. IX. 9 p. 118) et, ut arbitror, Gronovii Diatr. p. 583 in Romana editione esse praeduxit testati Barthiique p. 464 (et Theb. III. 230 p. 741) Duebnerus Queckiusque sic proferendum esse censuerunt: „Ille ego, magnanimum qui facta attollere regum Ibam altum spirans Martemque aequare canendo. Quis sterili mea corda situ, quis, Apolline verso, Frigida damnatae praeduxit nubila menti?" Ergo nec mutatum dicendi genus: „corda situ praeduxit. menti nubila praeduxit" offensioni fuit aut illud: quis praeduxit, quod absurdum esse ipse arguit poeta ingentem dolorem tanti stuporis causam professus, nec sententiae ejus loci vere capiendae quisquam par fuit. Quasi vero obscurum sit hoc dici: „Certe

ego (Sall. Jug. 31, 5. Ovid. Ib. 129. Trist. IV. 5, 13. Met. XIII. 840. Virg. Ecl. IX. 7 cll. Martial. VIII. 41, 4), qui magnorum regum facta attollere ibam, qualis (Barth. Theb. IV. 498 p. 1122. Achill. I. 84: „Quem tu illic natum — Adspicies.“ Theb. II. 170: „tales stirpemque animosque vcultis) mea corda sum sterili sita! qualis Apolline merso. Jam frigida nubila damnata mente praeductum vatem attonitae Musae circumstant:

Certe ego, magnanimum qui facta attollere regum
Ibam altum spirans Martemque aequare canendo,
Quis sterili mea corda situ, quis Apolline merso!
Frigida damnata praeductum nubila mente
Stant circum attonitae vatem et nil dulce sonantes
Nec digitis nec voce deae.

Sic enim, quum illud: „quis Apolline merso! praeduxit (Apollo) nubila menti“ vehementius displiceret, memores ejus generis, de quo est hoc: „compressus pectore tigres (Heins. Val. Flacc. I. 491 p. 95 cf. Jacob. Quaestt. Epic. II. 4, 4 p. 152 add. Theb. Rer. Specim. p. 13. cf. Theb. III. 400: „alta seductus mente renarrat“ ac Sil. VIII. 587: „Ipse humero exsertus“) reficere orationem maluimus, quam hoc proponere: damnatae praeductum nubila mentis.“ Nec multum differunt praeduxit et quod substituimus, praeductū (praeduxit), de qua re plura in Emendd. Prop. VI. 1 not. 45 et IV. 3 not. 38. Similia autem posuerunt Ovidius Trist. V. 12, 1: „Scribis, ut oblectem studio lacrimabile tempus, Ne pereant turpi pectora nostra situ.“ III. 14, 36. Pont. I. 5, 8: „ducendi carminis usus Deficit estque minor factus inerte situ.“ Marius Victor Epist. ad Salmonem 23 p. 349 B: „longoque situ squalescere mentes Ignavi patimur“ (cf. Stat. Theb. V, 107: „turpemque juventae Flore situm et longum steriles in luctibus annos“). Tertullian. adv. Marcion. II. 34 p. 263. B: „Dura videntur eis merito, quia corde gravati Pondus apostolicum, fulgentis gratia verbi Nubila praeducit menti;“ hac enim vocis lumina mutatione opus esse vidit Drakenborchius Sil. VIII. 437 p. 426 et X. 411 p. 522. Anth. Lat. III. 84, 2 p. 539: deque animo nubila pelle tuo.“ Joseph. Isc. VI. 83: „in faciem nil audent nubila mentis.“ Apul. Apol. p. 509: „repentino mentis nubilo obtorpescunt“ cf. Lucan. IV. 466: „calido praeducunt nubila Phoebo.“ Stat. Theb. XII. 818 rf. Heins. Adv. p. 769: „si quis adhuc praetendit nubila livor“ similiterque Paulinus Petroc. Vit. Mart. V. 746: „Cum subito obtectum praetendunt nubila coelum, Humida nigrantem praetendunt vellera cratem.“ Nec quum Apollinis nomen in duos significatus diduci videatur posse, ut et Phoebus sive Sol mersus et Apollo carminum auctor abisse dicatur, alienum est Plinii afferre verba N. H. II. 6, 4 p. 105: „sol — coeli tristitiam discutit atque etiam humani animi nubila serenat“ cf. Prudent. περὶ στεφ. V. 126. Buenem. Lact. Mort. Persec. I. 3 p. 1369. Add. Barth. Claudian. L. Stil. IV. 41 p. 310 et Stat. Theb. IX. 651

p. 1103. Heins. Claudian. Ruf. I Praef. 4 p. 27. Bross. Cassiod. Var. III. 45 p. 50. b. Hic vero magna quaedam dubitatio inde injicitur, quod Phoebum mersum Marcianus Cap. II. 98 p. 139, Phoebi equos aequore mersos, Solem mari se immergentem multi dixerunt (Heins. Ovid. Met. VII 324 p. 480 sq. Burm. Anth. Lat. II p. 299 et 695 in Epigr. V. 1, 48: „Sol, cui merenti servit maris unda teporem," ubi marcenti servat videtur scriptum fuisse, ut apud Claudianum R. Pros. I. 109: „deserta marcens inglorius aula" vid. adnot. Ecl. 8 p. 18), nemo Apollinem mersum. Unde ducor ad suspicandum ab ipso Statio hoc potius scriptum fuisse:

Quis sterili mea corda situ, quis Apolline inertii

Ut Sidon. Apollin. V. 373: „quae fanda mihi vel Apolline muto" (Stat. Theb. III. 107 tacito — Phoebo) cf. Burm. Prop. II. 21, 36 p. 416. Martial. II. 89, 3: „Carmina quod scribis Musis et Apolline nullo." Claudian. Epigr. 31, 4: „Carmina sola loquor. Sic me mens implet Apollo." Licent. ad Augustin. 32: „tibi noster Apollo Corda replet" (cf. Burm. Anth. Lat. II. 184, 7 p. 358 sq.) Stat. Theb. X. 207: „redde haec Parnasia serta meosque Redde deos." Ovid. Her. XV. 183: Et forma et meritis tu mihi Phoebus eris. Sidon. Apollin. Epist. VIII. 9 p. 518. Anth. Pal. IX. 551, 3: Τεῦ χάριν ὁ προδότης ὄρνις ἀεὶ λέγεται, Φοῖβος ἐρεῖ, de quo explicavimus Symb. Critt. Anth. Gr. X. p. 23 cf. Stat. Theb. IV. 651. Silv. II. 3, 6. Lucan. I. 681). Add. Ovid. Her. XVI. 158: „Nec Venus ex toto nostra fuisset iners." Stat. Theb. XI. 485: „Numen iners pacique datum" cf. Silv. I. 3, 80: „inerti strinximus arcu." Praeclare autem huic conjecturae suffragatur ea res, quod in Rehdigerano libro omissa est vox menti in exitu proximi versus posita. Unde non dubie colligitur olim exstitisse versus illos per eum errorem, cujus indicio sunt vel voces more et in ore Burm. Ovid Her. X. 137 p. 146, multus et inultus Drak. Sil. IV. 16 p. 186 permixtae, hoc modo exaratos:

Quis sterili mea corda situ quis Apolline menti
Frigida damnatae praeduxit nubila menti,

post, quum vitiosa merito fastidio spernerentur consuliique quoquo modo verborum integritati coeptum esset, verum intercidisse utrobique, in priore loco penitus id insedisse, quod vocabulo merti (vid. Conject. V) sufficere obvia corrigendi ratione quibusdam succurrisset: merso. Nec vero tam insigni Rehdigerani libri discrepantiae intendit Imhofius de Silv. Condic. Crit. p. 7: „Versum Apollinem probe dici posse eadem notione, qua aversum Jovem ipse Statius Theb. X. 70 et aversas Musas Ovidius Am. III. 12 dixerint, concedendum est —, ab hoc antem loco alienus est aversus Apollo. Statius enim, ut solet, artificiosorum orationis luminum captator, ad duplex Apollinis munus alludit, quo fungitur et Musarum praeses et solis rector. Is quum sibi mersus sit, occiderit, jam, quae occasum solis sequi solent, frigida noctis nubila

mentem obvelare ait." Quae et universa et singula improbanda esse ex iis, quae eum de vocibus quis et praedixi tum de vocibus mersae Apollo disputavimus, satis apparet, ne quid addamus de isto solis occasu et noctis nubilis deque ipsis vocibus versus Apollo nullo exemplo (Burm. Calpurn. Ecl. IV. 10 p. 921) positis.

Jam quae in eodem carmine leguntur v. 118:

etenim te divite ritu
Ponere purpureos infantia adegit amictus
Stirpis honore datos et nobile pectoris aurum,

ea Koehius Conject. p. 16 ad hanc speciem: „tu limine primo" susus est detorquere eadem levitate, qua in versum 277 pro Aetnaea Junone (Dempst. Claudian. R. Pros. I. 3 p. 539) intulit infernam Junonem quid in Senecae fabula facturus, si nosset locum ipsi Gronovio Diatr. p. 583 incognitum Herc. Fur. 549: „Vidisti Siculae regna Proserpinae?" Marklandus autem Duebneruaque a verbis ponere amictus adeo laborarunt, ut non perspicerent hunc esse sententiarum ordinem:

Non tibi deformes obscuri sanguinis ortus
Nec sine luce genus. Quamquam fortuna parentum
Arctior expensis : etenim te divite ritu
Promere purpureos infantia adegit amictus
Stirpis honore datos et nobile pectoris aurum

sive sequendum ducis codicem Rehdigeranum, in quo est datum:

Promere purpureos infantia adegit amictus,
Stirpis honore datum est et nobile pectoris aurum.

Quo ordine quid concinnius? praeclare enim inter se conciunnt et illa: expensis aretior: divite ritu infantia adegit „et haec: purpureos amictus promere infantia adegit: Stirpis honore datum est et nobile (ut Prop. I. 13, 31. Hand. Turs. II p. 521) pectoris aurum." Verbum promendi quidem (cf. Cort. Lucan. I. 625 p. 163) reparare nullius fuit negotii Calpurn. Ecl. V. 103: virgas — Promere. Dorv. ponere. Claudian. Eutr. II. 390: vocemque exprimit. Oxonn. exponit cf. R. Pros. II. 184 fracto: facto. Stat. Silv. II. 1, 65 intranti. Rebd. in tanti. I. 4, 76 Galatum ira (Conject. XVI): Galatia. I. 6, 15 Imbros (Conject. XVI): Ebos. Lucan IX. 976 Phryx. Vratisl. 5 Phix. Hygin. 30 Phegia (Sin. IX. 1 p. 186): Phrygia. add. erassus: cassus Conject. XVIII. Eutr. I. 145 truxere: texere cf. Burm p 281 sq., unde proficitur ad Ammiani Marcell. XIX. 7, 7 locum: „elephantos retinere magistri non poterant" (Flor. recere. Tolos. regerc. Colb. retere. Binsfeld Mus. Rhen. XXII 2 p. 311 reiicere) sic emendandum: elephantos retrahere (ret**ere cf. Conject. XIII); nam distraitur invenitur in quadrato Lucretii II. 827 cf. Brieger. Philol. XXV. 1 p. 73. traimur in Dorvilliano Virg. Aen. II 725. distruit in Vossiano sec. Quintil. Decl. VIII. 14 p. 180 (cf. VI. 9 p. 136 proterat. Witt. pro-

trahat. Cic. Legg. II. 15, 38 contrahit. Gud. 2. Cass. conterit). protrait apud Grammaticum Ms. Barth. Adv. XXXVII. 13. p. 1692: „Protrait iustantem,' quae verba in ipsa Aeneide IX. 441 sic scripta extant: „Proturbant. Instat." add. Lact. Theb. IV. 811 (Conject. XIX). Ovid. Fast. III. 380 Arund. Guelf. attrait.

At Silv. II. 3, 70:

Idem auri facilis contemptor et optimus idem
Comere divitias opibusque immittere lucem

idem verbum nego ab Hemsterhusio: „Promere divitias" vere illatum esse, quamvis id sibi persuaserit Peerlkampius Hor. Carm. II. 2 p. 162 et Virg. Aen. VI p. 425 nescio an contempto Ruhnkenio Rutil. Lup. II 2 p. 79, qui tueri maluit „condere divitias" cum permultis tum Dresemio Joseph. Isc. IV. 197 p. 90 probatum. Namque consensus codicum Rehd. Par. Sen. et verum esse comere demonstrat et videri potest hoc hortari, ut nitidum Meliorem, qui etiam ea curet „quae sunt superflua" (Schulting. Quintil. Decl. VIII. 6 p. 170), dici velimus

Comere delicias

Nam et voces divitias et delicias frequenter inter se permutatas esse indicaverunt Burmannus Ovid. Met. XIII. 831 p. 920 et alter Burmannus Anth. Lat. III. 146 p. 594 sq. (add. Cic. Lael. 15, 52 deliciis diffluentes. edd. aliquot divitiis cf. Maximian. Eleg. V. 88: „Quondam divitiae deliciaeque meae") et comere delicias recte dici docuerunt Gronovius Diatr. p. 284 sq. et Marklandus IV. 6, 86 p. 333 ac Wernsdorfius Pallad. de Insit. 40 p. 141. Ennod. I. 4 p. 312 C: „naturalem dos tua comit opem." Auson Clar. Urb. VI. 17: „Comere quae paribus potuit fastigia conis Mosell. 286: „comunt praetoris ripas." Marcian. Cap. I. 1 p. 5: „Comere vernificis florentia limina sertis." Stat. Achill. I. 182: „Miratur comitque senex nunc pectora mulcens, Nunc fortes humeros."

V.

Nondum de Epicedio patris absolvimus. Nam quae proxima sunt (v. 124 sq.), ea disputatione, quae continetur Subsecivorum capite IV. p. 427—733 Philolog. 1850, sic correcta:

Nec simplex patriae decus, et natalis origo
Pendet in ambiguo geminae certamine terrae.
Te de gente suum Latiis adscita colonis
Graja refert Selle, Phrygiis qua puppe magister
Excidit et mediis miser evigilavit in undis;
Inarime inde suum longo probat ordine vitae.
Maeoniden Asiae quales natalibus urbes
Diripiunt

confirmare licet primum auctoritate Heinsii Adv. III. 13 p. 496: „Pendet et. Fort. in vel ab" et qui „in Rom. et Ven. edit. in ambigno

egregie legi —" ait, Burmanni Lucan.. V. 685 p. 368, quorum nec Duebnerus nec Queckius ullam rationem habuit, tum non modo Prisciani loco, quem attulimus Lexid. V. p. 14, Perieg. 817: Hinc aliae Cilicum sunt celsis moenibus urbes." A. V. Asiae et Livii XXXVII. 36, 9 belli aleam. Palatt. Lov. al. Asiam, sed etiam Lucani IX. 957: Non Asiam brevioris aquae disterminat usquam Fluctus." Caes. 2 aliam. Quod autem olim posui: Aenaria exemplum sequutus Sannazarii Ecl. IV. p. 658: Aenariam Prochytenque altis immiserit astris" et III. p. 656. II. p. 652 et Barlaei Her. I p. 49: fumasse caminis Aenariam," id jam censui alteri: Inarime (Iearnen Frising. Theb. X. 917. Inacrina Oxon. pr. Claudian. R. Pros. III. 184. Urasines Leid. VI. Cons. Hon. Praef. 18 add. Conject. I.) posthabendum esse et in hoc loco (in quo „vocalem graecam longum non praeter morem a Statio elisam esse" Lachmannus docet Lucret. IV. 1169 p. 272, nos Emendd. Prop. I. 3) et Silv. III. 5, 104: Inarimesque lacus medicos" (cf. Subsec. l. d. þ. 731. 729); parum enim differt inter hoc: „Pollius auget enarim" (aenarim, aenarim̄ vid. Conject. I) et ea, quae in codicibus inveniuntur: tanarum, denarum, denarinmque," quibus dissimillimum id est, quod Imhofius Ecl. p. 28 et Emendd. Stat. p. 11 verum esse affirmavit: Dimidiaeque lacus."

Nec de versu 209:

> Me quoque vocales lucos lustrataque Tempe
> Pulsantem, cum stirpe tua descendere dixi,
> Admisere deae

aut Heinsius, cui assensum praebere video Burmannum Lucan. IV. 443 p. 266 et alterum Burmannum Prop. II. 8, 29 p. 285, hac correctione: „Instrandaque" aut Marklandus his inventis: monstrataque. Aseraeaque" aut Duebnerus, quem non nominatum sequitur Queckius, codicis Rehdigerani memoriam inotaque sic interpretatus: ignotaque, videtur recte pronuntiasse. Recolenti enim istorum librariorum morem et eandem litteram bis consignare supersedendi et eum admittendi errorem (Valg. p. 507. a), quo correcto apud Catullum 196, 4 missas amicitias in Sinide III. 4 p. 60 not. 11 volnimus esse nexas (add. Conject. XIX.), occurrit vocabulum semota:

> vocales lucos semotaque Tempe,

quod sic, ut in Rehdigerano libro factum videmus, scriptum: inota (cf. Ovid. Fast. IV. 504 immota. Reg. ignota) quam facile genuerit illam vocem lustrataque (luotaque) docet vel Silius V. 542: misere Fregellae. Agripp. Oxon. vere: Inxere. Arator. I. 809: Ingentia tecta. Pulm. Antverp. ingentia. Cul. 312: lacrimante: arnacremante, de quo paulo inferius dicetur. Sin.V. 2 p. 90 not. adnot. ad Stat. Eclog. v. 24 p. 37 sq. Semota Tempe autem, ut semota tellus Val. Flacc. II. 642. Burm. Anth. Lat. II. 91, 1 p. 234. Caes. B. C. I. 84, 1 semoto a militibus loco. Quintil. Decl. I. 2 p. 6: filium caecum in semota penatium parte seposuit" (cf. 3 p. 8: ex illa penatium parte secreta. 16 p. 36. 15 p. 34. 11 p. 30. 13 p. 32, quem locum de auctoritate Arntzenii Ma-

mertin. Grat. Act. 6, 2 p. 672 sic scriptum: „nec tota tibi Penatium sacra peragranda sunt" Propertii loco III. 1, 1 adhibere me fugit Anal. Prop. VII. p. 41 sq). Fulgent. I. p. 600: villatica semotione" ac multis in locis seducta regio, seducti recessus, secretus ager Avien. D.O. 1039, secretae valles (remoti montes, reductae valles Burm. Claudian. IV Cons. Hon. 80 p. 134), quos locos afferemus Emend. Prop. III. 1. VIII. 3.

Ejusdem libri auctoritati primum hoc dandum est, ut in versu 104, in quo pulverem a Statio dici exequias patris falso credit Dempsterus Claudian. Ruf. II. 452 p. 103, retineatur illud:

semirutos subito de pulvere vultus,

quod qui spreverunt (nam praetereo Queckium hujus versus laudatorem p. XXVI. et p. 109: de subito pulvero vultus" illum quidem notatum ab Imhofio Condic. Crit. p. 44), nec aliorum exemplorum a Barthio Claudian. p. 1343. Arntzenio Arator. Epist. ad Florian. 6 p. 7. Orellio Arnob. V. 1 p. 264 sq. Handio Turs. II p. 217 sq. collectorum rationem habuerunt nec Claudiani Praef. Eutr. II. 25: Canitiem largo raram de pulvere turpat" cf. Stat. Theb. IV. 72: trunca vident de vulnere multo Cornua. Sil. VI. 634: Fabium de crimine tanto Procreat." Martial. VIII. 6, 10: Pollice de Pylio trita columba nitet." Abb. B. Paris. II. 266: Verrebant terras proprio de crine soluto." Ermold. Nigell. II. 353: Ille lavit proprio miserans de sanguine mundum." In altero autem Statii versu:

erinemque afflato monte sepulti
Pone super tumulos et magni funus alumni,

qui memorabilem doctis hominibus suppeditavit materiam et varie disceptandi et audacissime corrigendi, ejusdem libri fide standum est, quatenus invenimus proditum: sepultum, quod idem tenet Venetus liber; sed hoc amplius censemus crinerem illum, quo oppletam tunc omnem oram fuisse constat (Plin. Epist. VI. 16, 6. 11. 14), significatum fuisse hoc modo:

crinemque afflata sorde sepultum

(sive mavis: in sorde cf. Manil. IV. 388: Rursus et in magna mergis caligine mentem." Joseph. Isc. VI. 262: potoque perit in sanguine mersum. 217: putrique in nube sepultam Praetexit caligo diem"). Qui modus non abhorret a Statii ingenio insolentiora consectari soliti. Nam apud Lucretium extat VI. 1271: membra Ulceribus taetris prope jam sordique sepulta," quod non multum abfuit quin transferrem in illum „sordis infimae infamem hominem" (Apul. Met. I. p. 67), de quo apud Claudianum nunc est Eutr. I. 211: quid jure sepultum Mancipium tot regna tenet:" quod ipsum a Barthio Adv. XIV. 7 p. 766 his: „libertate carentes servi pro mortuis jure civili habentur" frustra defensum (cf. Burm. Anth. Lat. III. 133, 3 p. 586. Ennod. Carm. II. 107 p. 354 B: ferat inde linguam Indicis Christi facibus perusta Ore sepultus." 112 p. 855. C: ora sepulta geris)" postea visum est ad similitudinem versus Stil. I. 382: jure perempto" hac scribendi

ratione revocare: jure sepulto Mancipium tot regna tenet" (quale quidem mancipium crimine sepultum Prudent. Cathem. I. 37 dicere licuit). Lucretio autem, a quo sumpta esse fugit Lachmannum p. 425 illa Inc. Eleg. de Fortun. Viciss. 129 (Anth. Lat. III. 106): Sordibus et multo similis squalore sepultis," subnectere licet Sidonium Apollinarem, qui quos campos „tectos insepultis ossibus" Plinius dixit, sepultos caede, sepultos ossibus insepultis" retulit Savar. Epist. III. 2 p. 184 et Carm. VII. 415 p. 101. Itaque Parthenopen Statius finxit recentibus Vesuvini incendii (v. 205. cf. Sueton. Vit. Plin. p. 997: vi pulveris ac favillae oppressus)" vestigiis ita insignem, ut ot vultum pulvere deformem praeferret et comac squallore (Heins. et Burm. Claudian. B. Gild. 408 p. 232) et sordibus obsita esset, ut est apud Livium (Drak. II. 23, 3 p. 190) et Tacitum Ann. IV. 28 cf. Sen. Tro. 85: Per colla fluant Moesta capilli tepido Trojae pulvere turpes. 101: Sparsitque cinis fervidus ora." Ea autem cinerum sive afflatarum sordium mentio quibus erroris modis oblitterari coepta sit, inde existimatur, quod et librariorum vulgus persuasum habet sordes valuisse, non sordem (quo usos reperimus Plautum Poen. I. 2, 101 et quos commemoravit Marklandus V. 1, 219 p. 354, Lucretium l. d. et Horatium Epist. I. 2, 53 Macrobiumque V. 13, praeter hos Apulejum l. d. Ambrosium ap. Bed. de Orthogr. p. 2345. Aldhelmum Gastrimarg. p. 866. Gron. Obss. Eccl. XXIII p. 254: molles sorde cinaedos — vitium carnis polluta sorde") et saepissime controversiam faciunt voces montem: mortem Sen. Phoen. 31. Coripp. Jo. IV. 703 (cf. 40 montibus: moribus). montem: mentem Silv. III. 1, 116 mentem: martem, mortem Claudian. B. Gild. 252 codd. p. 811. mente B Got. 85 cod. Barth. morte. merte: mente Stat. l. Conject. IV d. (cf. mentem: frontem Claudian. Mall. 245. frontem: sortem Eutr. 422. parte: sorte Sen. Ag. 103). sortem (quod facile verti in sordem intelligitur ex adnot. Eclog. v. 38 p. 61): mortem Heins. Adv. I. 5 p. 45. 18 p. 189. Burm. Lucan. VII. 309 p. 482 et IX. 763 p. 665. Drak. Liv. IX. 19. 11 p. 168 (quibus locis libet subjicere Claudiani versum IV Cons. Hon. 636: Ister sanguineos egit te consule montes" pervagatissimo vitio, ut testatur Burmannus Ovid. Met. XIII. 954 p. 930 et Lucan. IV. 117 p. 238. add. Theb. Parad. II. 8 p. 244, sic eximendum: egit te consule fontes cf. Theb. Parad. II. 6 p. 199).

Hic vero ipsa Vesuvini incendii mentio prope cogit nos ad interponendum eum Silvarum locum, quo non est majus documentum frustra laborantium aut leviter defungentium interpretum. Verba enim illa IV. 4, 83:

> Infra urbes populosque premi proavitaque toto
> Rura abiisse mari

his Duebnerus p. 276 sibi visus est defendisse atque explicavisse: Rura quae sita sunt toto illo tractu maritimo vel litore circa Vesuvium. Temere Markl. haec pro corruptis habuit." Scilicet hoc est ad ipsa ea vel sublato auctoris nomine revolvi, quae a Gronovio Diatr. p. 419 ex-

prompta Marklandus his: „quis explicavit ista toto mari? quod enim sit Gronovins: mari Vesuvioque adjacentia, ex his verbis numquam effici potest“ Ita et confutavit et improbavit, ut „depravatissimos eos versus et sine aliis exemplaribus numquam restituendos, utpote forte mutilos“ p. 322 et XVI sq. pronuntiaret nec hanc quidem expediendi viam tentaret, si quid ex memoria codicis Florentini et editionis Venetae: rura decsse ad adjuvandam Domitii Barthiique sententiam apte elici posset, veluti praetexta Varronis auctoritate de L. L. IV. p. 41: „in eo loco dehisse terram“ hoc: praecinetaque (Plin. N. H. II. 66, 66 p. 168) toto Rura dehisse mari“ sive hoc: proavitaque moto (Plin. Epist. VI. 20, 9) — mari.“ Quae quidem commenta quamvis suspiciosa tolerabiliora tamen liquet esse ista Kochii temeritate, quae infra XV perstringetur. Sed quid pluribus morer in re evidenti? Namque littoras illas ablsemari (deisemari) et has: datisenerē parum differre tam verum tamque manifestum est (cf. cenis: Siuis Sin. III. 3 p. 52 sq. cinerosns: generosus Heins. Adv. II. 2 p. 216. cineres Quintil. Decl. X. 6 p. 218: manes Leid. pr. myrrham: cineres adnot. Eclog. v. 14 p. 25. sinus Claudian. B. Gild. 394. manus Ambros. sec. Heins. cf. Martial. VI. 61, 2 manus. Modicn. sinus. Valg. p. 47 not. 4), ut mirer a nullo adhuc inventum esse, quod minime obscurum aut reconditum esset, hoc dico:

proavitaque tota
Rura data in cinerem.

itaque Statius iu Thebaide dixit IV. 673. VII. 23: cineri dabit impius urbes.“ XII. 82: impulsas cineri miscere Mycenas,“ hic sumpsit, quod a multis usurpatum iuvenimus, ut a Silio VI. 716: In cineres monumenta date. Seneca Phoen. 113: in cineres dabo Hoc quidquid in me vivit. Tro. 739: An has ruinas urbis in cinerem datas Hie excitabit? (cf. Val. Flacc. IV. 509: cinis induit urbes.“ Sil. XVII. 196: induitur tota Africa flammis. add. Burm. Val. Flacc. VIII. 107 p. 656). Cul. v. 311: Omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora Classibus ambustis flamma superante daretur,“ ubi sublato verbo superante, quod audacissime a Bembo ex Virg. Aen. II. 311 translatum [2]) omnes comprobarunt, codicum, in quibus est lacrimante, fides ita servanda est, ut ex navibus incendium in agros pervasurum fuisse jam dicatur hoc modo: flamm arlia cremante id est (cf. Conject. p. 176.): Navibus ambustis flamma arva cremante.“ Heinsio quidem satius fuerat proponere allambente (Burm. Quintil. Decl. X. 4 p. 216), quam populante vel crepitante.

Nec jam praeteream solltam (cf adnot. Eclog. extr. p. 162. Conject.

---

[2]) Non rectius Grotius in Avieni locum Arat. Phaen. 66: Musa ut Cecropios raperetur et Aonas agros“ idem verbum transtulit hoc modo: Cecropios superaret. Verum est enim cum locum sic et digeri et corrigi: Quae — Jupiter efferri melius dedit, incola Tauri Musa at Cecropios repararet et Aonas agros.“ Pluribus de ea re diximus in Subsicivorum capite II p. 7 sq.

XIX) levitatem Duebneri Queckiique p. XXIII his: „Marklandus v. 85 coniecit: procul ista tibi sint fata, Teate, quam conjecturam receptam oportuit" Marklando id assignantium, quod vindicandum fuit Barthio, qui p. 387: „Nihil, inquit, certius, quam Papinium scripsisse: procul ista tuis sint Fata, Teate." Et hic quidem eo minus sua fraudandus fuit laude, quod aliquanto consideratius ac rectius retinuit tuis: sic enim in Ciri legerat v. 465: Infestumque suis dirae testudinis — Spelaeum" id est „popularibus et cognatis," ut idem ait Claudian. Ruf. I. 253 p. 1160 cf. Sin. I. 1 p. 4. Ceterum tantum abest, ut eorum, quae Barthius excogitavit, Imhofius autem de Condic. Crit. p. 39 hoc modo expolivisse sibi visus est: Procul ista tuo sint fata Teati," defensionem sustineam, ut affectum gravius locum ductus codicum indiciis: tuis Tumpbata (Domit.). tuos infata (Rebd. Bud. Salisb. Urbin. Oxon. ap. Imhof. Ecl. ad Ux. p. 4. Parm. Venet. cf. Val. Cat. Dir. 67 lymphas. Paris. et Basil. ap. Naek. p. 101 limfas. Ovid. Fast. III. 769 Berol. nimfas. 659 Bavar. uimpham) mihi videar in antiquam sanitatem restituisse hanc consectatus sententiam: uondum letale minari apex cessat. Procul Teate sit lues lymphata (sive quis malit: „procul, lues lymphata," esto Teate) nec Marrucinos montes agat haec insania:

procul esto lues lymphata Teate
Nec Marrucinos agat haec insania montes.

Quae oratio tantum habet commendationis, quantum offensionis illud par vocabulorum: ista fata et haec insania. Nec magno eam reparavimus conatu; primum enim eodem discrimine, quo perpetuae aemulae sejunguntur voces labes et tabes Drak Sil.VIII. 21 p.363, distant inter se et tumphata: lymphata et tuis: luis (id est lues Heins. Prud. Psych. 480 p. 732 et Cathem. VII. 162 p. 90. Cort. Lucan. I. 344 p. 96), deinde quod optimi libri praebent: tuos, illum litteras e et o permutantium errorem fatetur, quem infra XIX attingemus; tum verbum esto facile intelligitur in eum, quem adnot. Eclog. v. 19 p. 35 aliquot exemplis testatum fecimus, modum depravatum esse eorum potissimum temeritate qui recordarentur verba in odii significatione poni solita: iste tuus (Burm. Petron. 9 p. 51 sq. ot Claudian. Ruf. I. 369 p. 64), non recordarentur Ovidii exemplum Trist. IV. 3, 72: Exemplumque mihi conjugis esto bonae," quod cum alii sequuti sunt tum poeta nostras hoc versu: Esto salutatus tempus in omne mihi." Strictim eam insolentiam attigit Lachmannus Prop. V. 5, 75 p. 368, post eum Luc. Muellerus de Re Metr. V. p. 337 omisso illo, quod multi attulerunt: dicito cf. Stat. XI. 434: exuo regales habitus." 506: „piabo manus.". 558: „Cerno graves oculos." 625 quaeso. 698 incubo. V. 39 fero. 289 commendo. 318 plango. 620 nosco. 622 arguo. Recte autem dici luem lymphatam Silius docet XVII. 97: It totis inimica lues cum turbine castris Atque alimenta vorat strepitu Vulcanus anhelo Arida et ex omni manant incendia tecto" et qui „quodvis serpens latius malum luem dici" comprobavit Oudendorpius Apul. Met. I. p. 36. add. Tac. Ann. II. 47. Sen. Hipp. 1017 cf. Heins. Adv. I. 18 p. 189. Withof. Misc.

Obss. Nov. I p. 130 idemque Silius I. 459: ruit ocius amens Lymphato cursu" cf. Drak p 41. Gloss. Mai. VI. 532: lymphator, bacchator. Gloss. Amplon. p. 347, 56: „limphatus, bacchatus" (Hor. Carm. III. 3, 55: „Qua parte debacchentur ignes." Mitsch. I. 25, 11 p. 243). Sen. Med. 385: Talis recursat huc et huc motu effero Furoris ore signa lymphati gerens." Boeth. Cons. Phil. I 3 p. 609. A: pessimorum exercitus errore tantum temere ac passim lymphante raptatur."

VI.

Porro urgeamus inceptum. Quem enim locum „insigniter corruptum esse" consenserunt docti homines ipsi in tanta remedia quaerendi diversitate versati, eum ut referre et exequi pigeat, v. 231:

Nam quod me mixta quercus non pressit oliva
Et fugit speratus honos eum dulce parentis
Invida Tarpeji caneret te nostra magistro
Thebais,

eum in pristinum statum restituendi facultatem praebet idem liber. Quod enim in eo manet: qua dulce (nec discrepant editiones Parm. Rom. Venet. aut codices, quos ne Imhofius quidem commemoravit, Voss. Dorv. ap. Oud. Sueton. Domit. 4 p 904), id non perplexe (Anal. Prop. III. p. 17) arguit antiquitus hic scriptum fuisse: quam dulce, ut infra v. 248: rursusque ubi dulce remitti. Theb. VII. 236: ita dulce Jovi. VIII. 38. X. 480. II. 730. Ovid. Her. XVIII. 209: Illic — ubi dulce morari. Pont. IV. 9, 22: „Sed foret a populo tunc mihi dulce premi." II. 7, 69. Calpurn. Ecl. VI. 82. Nec latet hoc poetam Caesaream coronam non adeptum maxime dolere, quod jam tantum, quantum licuerit, robur non videatur subdidisse patriae senectae, quae quidem ipsa quid valuerit et qua vi animi consiliique viguerit vel ex ea re intelligi ait, quae magno cuidam jacturae factae solatio queat esse: summam enim ejus otii fuisse felicitatem, qua vice parentis Tarpeji Thebais patre magistro cecinerit id est ipse sperato honore non potitus ex familiaribus patris sermonibus promptissimam ac saluberrimam de Thebaide condenda habuerit institutionem. Nisi forte quis neget recte atque ordine fieri, ut vox in hanc recipiat speciem: eum (quam mutationem et facillimam esse et pervagatissimam exemplis Aratoris I. 134: In simili tunc gente fuit." Goth., de quo Jacobsius mihi testis est, eum simili" aliorumque comprobabimus Emend. Prop. IX. 2), inde demota voce invida restituuntur haec duo: cum vice illa quidem olim aut sic scripta: invia (Emend. Prop. IV. 4. Conject. VII) aut eo modo, qui cernitur Apul. Met. I p. 46 vice Calypsonis. Becich. vitae. Reg. Flor. Pal. vite.

Nec pro levi habendum est, quod idem Rehdigeranus pro canarat tenet carperet, Veneta editio et Dorvillianus liber raperes, Vossianus

cauet supra scripto ciuciunulo (Oud. l. d.). Quo indicio intelligitur ab ipso Statio positum fuisse streperet, cui sententiae fidem addit Plinii N. H. VIII. 42, 64 p. 116: Scythici equitatus equorum gloria strepunt" liber Riccardianus screpunt cf. Liv. IV. 43, 10. Burm. Quintil. Decl. XIII. 3 p. 274. Oud. Suet. Calig. 3 p. 549 et quod pro cepit in Sedulii aliquot libris I. 24 serpit invenitur cf. adnot. Eclog. v. 35 p. 59. Neque illud non colligitur pro parente Tarpejo memoratum fuisse Tarpejum paratum (cf. Achill. II. 265: neque enim tantos ausim revocare paratus. Theb. IX. 170: Respiciens tamen et revocent si forte paratus." Barth. II. 104 p. 324 sq. Burm. Lucan. IV. 374 p. 261. add. Silv. V. 2, 87 Parm. parentes. Rom. paratos). Ut jam vice Caesarei muneris strepere dicatur Thebais opus „casibus opimum, atrox proeliis," ut Sil. XV. 518: Non tanto strepuere metu primordia belli." Paneg. Bereng. II. 85: simili strepit agmine frater." Stat. Theb. IV. 95 et Sil. VI. 224: strepuere tubae. Claudian. Pr. Cons. Stil. II. 176: „Quae non incudes streperent." Burm. Val. Flacc. VI. 28 p. 492. Arnta. Eumen. pro Inst. Schol. 2, 5 p. 181; nam in alia sententia et a Symposio Prol. Aenigm. 7 positum est hoc: Cum streperet late madidae facundia linguae" et ab Horatio Epist. I. 2, 31 et Carm. IV. 3, 17 citharae strepitus et a Sidonio Apoll. Epist. IX. 13 p. 598: „Date quidquid et poetae Vario strepunt in actu." Ennod. p. 249. D: quodcunque strepuit — Camena" cf. Dominic. Baud. Var. Carm. p. 531: juvat — strepere incultis carmen insue modis" (qualia exempla qui recordarentur, videri queant olim supposuisse illud: caneret). Itaque exiguus conatus et brevis labor haec Statio vindicandi:

Nam quod me mixta quercus non pressit oliva
Et fugit speratus honos, quam dulce, paratus
Cum vice Tarpeji streperet te nostra magistro
Thebais! Urgebant priscorum exordia vatum:
Tu cantus stimulare meos, tu pandere facta —
Monstrabas.

Quamquam fortasse praestat scribi: „Jam quod me mixta —." Denique reddam, quae docti homines praeterierunt; Heinsius enim Adv. IV. 4 p. 591 haec proposuit: „cum luce parentis Irrita Tarpeji caneret —, urebant," Oudendorpius autem l. d. haec: qua luce parentis Invida Tarpeji rupes: Te nostra magistro Thebais urgebat priscorum exordia vatum."

Postremo hic retractem corrigamque ea, quae de versibus 92 sq. in Lexidiis V. p. 16 sq. disserui. Namque Withofius, id quod omnibus incompertum affero, in versu 94 „verissime legendum Pisa et ad Olympica certamina Lyricorum, praesertim vero Pindari materiam alludi" censuit Misc. Obss. Nov. I. p. 147, ipse jam hanc expediendi viam inire malo, ut ejusdem Antimachi exemplo a Statio monstrari statuam et epicorum carminum et elegiarum scriptores. Nam Thebaidem Aoniorum camporum commemoratione distincte designari obtinuimus Lexid. p. 18; Lydae autem nomen apparet inferri cum ad elegorum tum ad

ipsius epicedii rationes quam aptissime (cf. Anth. Lat. IV. 167, 3 sive 1587 p. 199: obiit mea Lyda. Sannaz. Ecl. II. p 653: „Fabula te moveat Lydae.“ Barl. Her. III. p. 385: Clario dilecta poetae Fervida Lyda furit.“ Stoll. Antimach. p. 5 sq.). Cf Politian. Nutrie p. 266: Excipiunt gemini procul bos — Qui septem Cadmea vocent ad moenia reges. Hunc Phoebea Claros, Cumaea Neapolis illum Protulit; hic etiam elegis tua funera, Lyde, Flet pius.“ Ut autem cydalyben (Parm. Cidaliben Rehd.) vel potius cydali benomen erumperet, videtur inde factum esse, quod nut falso isti cida (cicla Ven. Medic.) verum lyda graecis nutatum litteris aut verbis: Lyda labor non inficete hoc: Λυδὴ λύπη (cf. Stoll. l. d. p. 11) superscriptum esset cf. adnot. Eclog. v. 38. Quae si probabiliter dicta sunt, ut sunt, sequitur, ut v 92 voci labor succedere jubeamus vocem amor:

Quis amor Aonios seno pede ducere campos
Et quibus Arcadia carmen testudine mensis
Lyda labor nomenque fuit.

Ut Silv. III 2, 40: si vestras amor est mihi pandere Thebas.“ Achill. I. 5: nos ire per omnem — Sic amor est — heroa velis. Peerlk. Virg. Aen. II. p. 82. Lexid. p. 18 add. Coripp. Jo. I 566 labor. Triv. lamor. Postremo adjicere libet in Anth. Lat V. 1, 57: „Sol cui surgenti resonat liba blanda canorem“ (tuba Opit. silva alta Heins.) lyram videri sic positam fuisse, ut dicetur alias.

VII.

Ab illa Tarpeji paratus memoria veniam ad Silvarum locum IV. 5, 22, sed veniam hoc capessito deverticulo, ut postquam voces delata: delecta (ut Claudian. Epith. Pall. 81: delata potestas. Vatt. Pal Moret. Oxon. Busl. delecta). Burm. Ruf. I. 314 p. 58. Drak. Liv. IX. 25, 9 p. 209, collectus: collatus Arator. Act. Apost. II. 203. Cort. Lucan. VIII 755 p. 385 similesque multas saepe permutatas esse compertum est (cf. Markl. V. 2, 152 p 372. Emendd. Prop. IV. 2 [3]), perstringam Thebaidis versum IV. 743:

neglecta comam nec dives amictu,

[3]) Hic facere non possum, quin Horatio suppetias feram vehementer laboranti. Cujus locum III. 11, 18: „Cerberus, quamvis furiale centum Muniant angues caput ejus atque Spiritus teter saniesque manet Ore trilingui“ omnibus, quibus docti homines cooperire dudum coeperunt (cf. Martin. de aliquot Hor. carm. p. 5 sq. Progr. Posn. 1865), criminibus levare jam in promptu est. Namque aciem vel summorum virorum fugit duplex librarium error, qui quum scriptum invenissent ei, quod fuit emi (ut Liv. XXI 2, 3 optima. Gaertn. optia. Papiae Gloss.: „lena id est coitus.“ Reiffersch. Sueton. p. XII amictus Aenaria: Inarime Conject. V. brumam: param Conject. VIII. Nemeam Schol. Lucan VI. 391 p. 408. Lips. Neum. Valg. p. 438), fecerunt ejus (quod

quem praeter alios Heinsius Claudian. Epith. Pall. 28 p. 528 sic scriptum retinere maluit, quam sequi eos libros, in quibus est nee lecta. Quod Barthius non vidit solito librariorum errore (Burm. Val. Flacc. III. 5 p. 233 et Heins. VI. 559 p. 557. Cort. Lucan. I. 603 p. 159. Drak. Sil. XIV. 409 p. 721 et Liv. X. 21, 6 p. 157) detortum esse ab eo, quod tenent libri Dan., Frisingensis, Monacensis: 'nec laeta comam" simile Lucano IX. 917: „tamarix non laeta comas (comis Burm. cf. Virg. Aen. VII. 60: „laurus — sacra comam." Heins. Claudian. Pr. Cons. Stil. II. 135 p. 386. Cort. Lucan. IV. 726 p. 542, ne de Statio commemorem, qui et blanda genas Theb. IX. 155. XII. 534, torva genas Achill. I. 351 posuit et Theb. II. 238 torva genis") cf. X. 304: Meroe — Laeta comis ebeni," in eandemque partem dictum, in qua ipsas comas moestas usurpari docuit Heinsius Virg. Aen. XI. 35 p. 597 et Claudian. B. Gild. 408 p. 232 cf. Sen. Tro. 85. Ut hic videatur esse verborum ordo: quamvis ab ubere Opheltes dependet (nec laeta comam illa est nec dives amictu), regales tamen ore notae:

illi quamvis et ab ubere Opheltes
Dependet (nec laeta comam nec dives amictu),
Regales tamen ore notae nec mersus acerbis
Extat honos.

Quae eadem orationis forma cernitur Theb. III. 202 (Conject. XIII): tibi, Delia, castos Prolapsum ad fontes (specula haud temeranda profana) Heu dominum insani non agnovere Molossi;" vocum quam-

quomodo notatum fuerit quamque frequenter cum voce ei commutatum in Lactantii commentariis copiosius edisseremus, nunc satis est indicare locis Manilii I. 285: corporis ejus Voss. ei Lips. Gembl. Cus. Livii IX. 41, 4 ejus pugnae. Flor. ei. Val. Maxim. II. 6, 15 cui gloriae. codd. cujus. V. 6, 4. Oud. Apul. Met. II p. 107. Jan. Macrob. Somn. I. 2, 16 p. 22. Seyff. Cic. Tusc. II. 18, 42 p. 49. Sin. IX. 5 p. 216), inde ea temeritate, qua in aliis locis arces in aras, vices in vias verterunt, litteras cc conflando exararunt istud atque. Quid autem non modo incorruptius, sed aptius ad reddendam eam sententiam, quam omnino requiri docti ajunt, ipsiusque Peerlkampii (a quo afferri oportuit Nemesianum L. Herc. 123: „flammisque furentibus ardet Spiritus") exemplo: ardeatque commendatius, quam hoc:

quamvis furiale centum
Muniant angues caput emicetque
Spiritus teter?

Similiter enim et aer emicare dicitur Ovid. Met. XV. 248 et sonus Sen. Oed. 232 et flumen Claudian. Id. VI. 88. Liv. XLIV. 33 cf. Cort. Lucan. III. 638 p. 410 ac luminis aura Eleg. de Phoen. 44. flamma Ruhnk. Ovid. Her. XII. 38 p. 72. Avien. Arat. Progn. 393. Sil. IX. 442: „Gorgoneo late micat ignis ab ore." Jul. Obseq. 97: „ut ignis ad os emicuerit" cf. Oud. 114 p. 177. Arnob. I. 17 p. 13: ex eorum luminibus scintillae emicent, flammae aestuent, anhelum pectus spiritum ejiciat ex ore." Barth. Claudian. Stil. I. 316 p. 218 cf. Sil. III. 703: flammam exspirare. VI. 176: Spiritus erumpit. 219: Stygios aestus fumanti exsibilat ore." Voci ejus autem aliis quoque in locis immerito doctos homines pepercisse docendi copia erit in Emendd. Prop. I. 1. 2.

vis et autem usus (ab Handlo quidem Turs II. p. 521 sqq. non animadversus) idem atque VI. 272: „Hand illum impavidi, quamvis et in aere, suumque Inachidae videre decus.“ Nec eum quidem errorem praetereo, quo ancillis factum est coneiliis et videar indeeor Schwab. Catull. p. XXIV.

Jam vero praestitutam materiam repeto. Inde enim, quod verba relictus et relatus (Quaest. de Lucani Heliac. p. 20), flatus et flietus (Emend. Prop. IV. 1), parrieidiis Lact. Theb. VII. 51 cod. B. parradiis, Stat. Silv. II. 1, 84 sancire. Rchd. sanare (ut Prop. IV. 9, 19 sancite Voss. sanate), immittit: invitat Conject. XIX. Martial. VII. 11, 1 scit. Voss. sat. Coripp. Jo. V. 566 stimulat. Triv. samulat, alia ap. Drak. Liv. IX. 37, 4 p. 300 permutata esse constat, non dubie proficitur ad emendandum Statii versum, quem supra diximus:

hic mea carmina
Regina bellorum virago
Caesareo peraravit auro.

Quam enim vocem eodiees Rchd. Sen. Paris. tenent peramavit, eam ab aliis aliter eorrectam, ab Heinsio Adv. II. 7 p. 260 hoc modo diremptam: „hic — ter aravit,“ ab Oudendorpio Suet. Claud. 11 p. 651 mirifice eorruptam in hanc speciem: „pereunavit,“ succurrit Subsic. cap. II. p. 9, ut ita repararemus (amienit: amavit):

Caesareo ter amixit auro

id est ter auro Caesaris induit (Silv. IV. 2, 67) sive aurato amictu velavit (Broukh. Tib. I. 9, 13 p. 165 sive Reiz. Misc. Obss. X. p. 145 sq. Claudian. Sec. Cons. Stil. 205: „O palma viridi gaudens et amicta tropaeis“); nam quod poetarum est, id recte in ipsa carmina transfertur, ut apud Propertium IV. 1, 61: „Ennius hirsuta cingat sua dicta corona.“ Fuisse autem librarios, qui amicuit mallent scribere, quam amixit quid mirum? Cf. Front. de Fer. Als. 25 p. 141: „partem alteram luce, alteram tenebris amixisse.“ Voss. de Art. Gramm V. 33 p. 863 sq.

Atque eodem fere modo in Silv. I. 2, 203 miadae eum in aliis codicibus tum in Oxoniensi ap. Imhof. Eclog. ad Uxor. p. 4 factum est, quod ante fuisse nitidae:

nitidae sic transfuga Pisae

testatur liber Rehdigeranus atque ipsi ii codices, in quibus extat intiadae illud quidem, ut nostra fert conjectura, ab eo temere consignari coeptum, qui id, quod verum esset: ti invenisset superscriptum in hunc modum: $\overset{ti}{m}$iadae. Quod idem vitium certus sum, qui de Senecae loco Epist. 10: quidquid aut metu aut pudore celabat animus“ (Pall. pudore manus celabat. Gronov. malus) hac arte eximam: „intimus celabat animus,“ ut Sil. X. 546: „pererrat Intima corda pavor.“ Marcian. Cap. IX. 903 p. 700: „recoude mentis intimo.“ Boeth. Cons. Phil. III Metr. XII 14 p. 782. B: „intima peetoris“ cf. Sen. Tro 580: „pectore imo condita [4]).“ Et his quidem vitii ejus, cui

[4]) Eidem Senecae Cons. ad Marc. 9 reddenda esse haec: „dignum,

in Val. Flacc. I. 108 p. 34 non animadverso Heinsius Epist. ad Falconer. CCCCLXI p. 533. Syll. V et Adv. I. 10 p 103 sic mederi instituit: udae sic transfuga Pisae," aperuimus causam et originem. Idem Heinsius eadem ratione succurrendum putaverat Silv. II 2, 15:

Dat natura locum montique intervenit udum
Litus.

De quo loco quum alii aliter sensissent, nuper Queckius deliberatis his p. XIV: „unum litus Vrat. Par. plurimae editt.; Gronovius imum conjecit, quod etiam in Sen. esse videtur. Ante Markl. jam Heinsius conjecerat udum, quod epitheton pariter otiosum est. Placet uncum (Gronov. et Doelliugius) aut curvum cf. III. 1, 100" ex duobus, quae liquet deteriora esse Heinsii invento, ipsum id elegit, quo electo — mira fides — jam hunc versum p. 35 et XIV proditum videmus: montique intervenit curvum." Sed ut missum faciamus, quod vel cum taedio commemorari oportuit (cf. VIII. XVI. adnot. Eclog. v 2 p. 16. Imhof. Condic. Crit. p. 44), ne levissima quidem suspicione attigisse adhuc quisquam videtur Statii sententiam. De qua certo existimatur ex verbis: „Dat natura locum." Quae enim cedit natura (ut Achill. II. 315: „Datque locum virtus" cf. Theb V. 429. VII. 72), jam haec mira fieri patitur, ut monti aequor interveniat (sive infusum, ut ait Avienus D. O. 77, aequor montem intret Heins. Adv. II. 4 p. 237 vel irrumpat Sil. XV. 167, Schrad. Avien. D. O. 106 p. 908), litus in opacum exeat, non in apertum. Quare quum udum non sit eo usu receptum, quo inter Graecos ὑγρή (Menophil. ap. Stob. 65, 7 T. II p. 433: ὅσσα περ ἔτλην Ὑγρῇ τε τραφερῇ τε κυλινδόμενος περὶ νόστον. Rittersh. Oppian. Cyn. I. 11 p. 4 et Hal. I. 204 p. 186. Boiss. Psell. p. 206 cf. Avien. Arat. Phaen. 755: „mersumque per humida quaerit." Plin. N. H. XXXV. 7, 31 p. 222: „udoque inlini recusant"), primum non duhito restituere:

montique intervenit humor

(umor Putean. Martial. XII. 82, 12. Lachm. Lucret. VI. 523 p. 377. Avien. O. M. 121: „segnis humor aequoris pigri"). Quod ipsum vocabulum invenire me memini miro casu suffectum alteri in Thebaide VI. 241: „deprenditur unus"; haec enim verba recte prodita a Servio Aen. VIII. 590 p. 491, vitiose scripta, ut diximus Vaig. p. 451, ap. Isidorum III. 70, 19 p. 133 et Anonymum de Computo ap. Murator. Anecd. T. III c. 42, perperam correcta a Paldamo Horatian. p. 3 sic: defenditur, in hanc speciem corrupta Titius attolit Calpurn. Ecl. V. 121 p. 684: deperditur humor." Deinde quum et recte Marklandus certe hoc admonuerit: „suspicionem mendi intulit versus abhinc secundus: et e terris occurrit dulcis amaro Nympha mari" et voces terras (tervas), teneras pro tenebras, terrenas pro teneras saepius exaratas fuisse

qui in omni populo haereret" evicimus Anal. Prop. X p. 64. add. Donat. ap. Putsch. Sallust. fragm. p. 516: „in ore est omni populo."

certis, quae in Emend. Prop. VII. 4 in medium afferentur, constet testimoniis, alterum versum affirmo ad hunc statum revocandum:

Litus et in tenebras scopulis pendentibus exit,

sive malis latebras Burm. Lucan. VIII. 371 p. 563. Nec me quidquam movet Heinsius, a quo in Virg. Aen. VI. 132 p. 28 hoc mutata sententia factum judicium video: „Dat natura locum montique intervenit imum Litus: sic scribo, non locum; nam mox sequitur: „Gratia prima loco."

VIII.

Hinc labor ad Silvarum locum IV. 3, 21, de quo haec Queckius p. XXII: „Legimus igitur:

Hic segnes populi vias gravatus.

Scriptum fuerat secuis pro segnis" Quae ipsa memini me legere apud Heinsium Adv. I. 10 p. 104: „Videtur olim exaratum fuisse secuis pro segnis. id vero pro segnes" (cf. Imhof. Eclog. ad Ux. 75 p. 23). Nimirum, id quod et Valg. p. IX et in hoc libello inculcavimus identidem, opinione plura reperiuntur apud doctos vetustioris memoriae homines, quae aut cognitu non indigna sint aut omnino nobis probanda. Velut eundem Queckium II. 6, 77 hujus versus artificem: „Torsit et invidia mortem amplexa, jacenti Injecit nexus" eundemque „accurate se collegisse Heinsii aliorumque emendationes" professum p. IV fortasse futurum fuit ut cognita Burmanni incepta Lucan. IX. 99 p. 614: „et insidians mortemque amplexa. Fortemque amplexa" deducerent ad restituendam hanc sententiam: videndo torsit sese adeo, ut insidias letales struere animum induceret: „seseque videndo Torsit et insidias mortemque amplexa jacenti Injecit nexus" sive, ut praeteream Burmanni Anthol. Lat. IV. 129 p. 85 sententiam: et Invidiam Mortemque amplexa," hanc: Torsit ab invidia mortemque (mortem ecce) vel quam ego pervelim:

et invidiae morsu ecce amplexa jacenti
Injecit nexus

sive ad quodlibet aliud consilium praeter ipsum illud, quo inito ipse scripsit: mortem amplexa Quem autem nos habuimus verborum delectum, satis probare videmur exemplis Lucani IX. 731: armentaque tota secuti (dracones) Rumpitis ingentis amplexi verbere tauros" atque Horatii Epist. I. 14, 38: odio obscuro morsuque venenat." Silii, quem omisit Burmannus Prop. III. 6, 17 p. 554, XVII. 345: Qui te mentis edant morsus. VII. 271: dubia morsus famae defendere pugna. XIII. 274: Sopitoque necis morsu. Ausonii Prof. VI. 34: Ille superbae Moenia Romae Fama et meritis Non sine morsu Gravis invidiae Inclytus auxit." Idyll. II. 55: Ne fortunatae spatium inviolabile vitae Fatali admorsu stringeret ulla dies." Quibus adjicere non

alienum est Silv. V. 2, 3: mea secreto velluntur pectora morsu," quo Ofilio Sergiano Eleg. de Pul. 12: Tu femur avellis cruraque aperta subis" hoc remedio succurratur: femur ah vellis."

Nec magis Queckius in corrigendo ejusdem carminis versu 70 versatus Marklandi nomini adjunxit Burmannum Anth. Lat. IV. 324, 3 p. 238. Verum hoc leve est; illud non memoratu modo, sed miratione dignum est, quod postquam „nihil in toto poeta difficilius sibi visum, nihil, in quo minus sibi ex sua arte spei esset" confessus est Gronovius Epist. ad Salmas. CCXCII p. 533 Syll. II. nec mediocriter post eum laborarunt omnes, Imhofius de Silv. Condic. Crit. p. 22 haec pronuntiat: „mittenda, quae ab interpretibus inventa sunt ad hunc locum:

Vitae modo carmen adultae,
Nectere tendebat

corrigendum: est enim sanus. Carmen scripsit poeta pro vaticinio, omine, ex noto vocis usu (Burm. Prop. I 7, 23 p. 80), in eo tantum audax quod genitivum, qui dicitur a grammaticis objectivus, addidit: vitae adultae. Itaque haec est sententia: Tibi, Philete, longioris aetatis felicissima spes erat, jam in eo erat, ut cum tribus Eleis lustris unam trieterida necteres, faustissimum adultae vitae omen. Tum vero invida Rhamnusia attendit teque oppressit." Quae sic disputata omnino sunt improbanda: nam nec omen, nedum adultae vitae omen recte dicitur, si quis tribus lustris nectat trieterida et verba: vitae adultae carmen „a latina consuetudine quam longissime abhorrent in eam partem. quam spectat Imhofius, explicata (nihil enim tale suadet Burmannus) et in principio sententiae posita (quam quidem rem ipse Imhofius diligentius declinavit sic loquutus: cum tribus Eleis lustris unam trieterida necteres, faustissimum adultae vitae omen"). Sedenim prompta fuit veri conjectura:

Invidia infelix animi vitalia vidit
Laedendique vias. Vita est modo crimen adulta.
Nectere tendebat juvenum pulcherrimus ille
Cum tribus Eleis unam trieterida lustris:
Attendit torvo tristis Rhamnusia vultu.

Ut est in Achilleide II. 331: indecores, fatorum crimina, cultus. Ovid. Met. III. 141: Fortunae crimen in illo, Non scelus invenies." Trist. IV. 4, 25: Quo vereare minus, ne sim tibi crimen amicus." Martial. IV. 63, 2: Occidit insani crimine mersa freti." Cort. Lucan. VIII. 55 p. 283. Drak. Sil. VI. 84 p. 294. Burm. Prop. II, 21, 2 p. 410, quibus propter Prop. I. 17, 30 sic correctum: Ah pereant Bajae. Crimen amoris aquae" alia adjiciemus in Emend. Prop. VII. 3. Ordo autem verborum idem cernitur apud Claudianum Eutr. II. 202: Me nimium timido, nimium junxere remisso Fata viro." Terent. Hec. III. 1, 26: unde ira inter eas intercessit, quae tam permansit diu." Prop. II. 20, 21: admirentur, quod tam mihi pulchra puella Serviat. Sil. XIV. 425. Hor. Sat. I. 1, 71 et eos, quos nominavit Axtius Spurinn. p. 99 sq. Denique nec carmen in crimen convertere ullius negotii est (vid. ad-

not. Eclog. 25; quis enim memor adnot. v. 70 jam malet scribere: vitae modo stamine adulto?) nec vocem vitae eo modo solvere, cujus documento est Ovid. Her. XVI. 164: Pollicita est nobis nupta sororque Jovis" Puteaneus liber: pollicitae nobis" et Plin. N. H. III. 5, 6 p. 224 Riccardianus: temperiae. Toletanus: temperia est et quos afferemus Emend. Prop. IV. 2. Lucan. IX. 411 Libye, si credere famae — velis. Rott. pr. Libye est. Postremo comparare non alienum est Ausonium Epigr. Fast. 2, 2 p. 92: Undecies unumque (annum) super trieterida necte."

Nec curiosius idem Queckius quaesivit de Silv. IV. 8, 40:

Et cantu signare diem,

ubi qui cretae locum fecerunt, eos celerius judicasse vere docuit cum omnibus tum Mitscherlichio Hor. Carm. I. 36, 10 p. 329 incognitus Burmannus Lucan. V. 390 p. 334 sq., ceterum ipse immemor Silv. III. 1, 86 sq. eorumque, qui de vocis coetus (hanc enim praeferendam arbitramur) usu et vi explicarunt, Barthii Theb. XI. 729 p. 1422 et Achill. I. 454 p. 1677 et Marklandi V. 2, 160 p. 372. Et Burmannus quidem, quam leviter Marklandus in corrigendis Statii carminibus versatus sit, cum alibi admonuit tum Lucan. V. 426 p. 340 et 392 p. 335, ubi iis, qui Silv I, 1, 65:

It fragor et magnae fingit vaga murmura Romae

codicum consensum contempserunt, hanc commodat animadversionis severitatem: „Quis librarius si vincit invenisset, inde fecisset fingit, quod reconditioris erat sensus pro captu scribarum?" Fefellit hoc cum alios tum Queckium. Qui quidem qua arte molestiorem verum eruendi laborem praecidat, altero (cf. Conject. III) hoc exemplo cognoscatur. Namque ille de Silv. I. 6, 8:

refero diem beatam
Laeti Caesaris ebriamque noctem

hoc pronuntiavit judicio: „Locus est difficillimus. Vrat. partem. Vindob. parten; Par. paudo; editt. vett. parcam, al. moeram; Bernartius emendavit pacem, Heinsius ebriumque Martem, alii alia. Nulla codd. lectio aptum sensum praebet neque patet corruptionis ratio; nulla conjectura placet, ne Thomsoni quidem, quam cum Marklando recepimus. Offendant etiam verba laeti Caesaris, quae quid significent non patet. Quare hunc versum ejiciendum putamus." Quod argumentationis genus quamvis a multis hac aetate usurpari coeptum nihil attinet dedita opera refutari: nam minime rationis est id abjicere, quod non probabiliter expediveris unde ortum sit. Nec vero deerunt, qui Saturnalia principis et ludi Caesarei diem hic dici intelligant v. 65 sq. 82 et ebriam brumam:

refero diem beatam
Ludi Caesarei ebriamque brumam,

ut apud Martialem XIII. 1, 4: Postulat, ecce, novos ebria bruma sales" cf. X. 47, 9: Nox non ebria, sed soluta curis" (Barm. Anth. Lat. III. 84, 4 p. 539). XII. 81, 1: Brumae diebus feriisque Saturni."

Videntur enim et notae syllabarum ar et rn et litterae b et p (adnot. Eclog. v. 38), a et c e (Conject. VII) inter se permixtae: parcem (Rehd. Vindob.): param; baram, brūam (Ms. Thoms. ap. Gevart.: moeram id est miuram). Reliquorum autem verborum mutationi fidem faciunt tum ea, quae in Eclog. v. 86 attulimus, Burmannusque vocum laetus et Latius saepe aemularum testis Ovid. Met. I. 560 p. 68, tum Broukhusius Prop. III. 7, 57 p. 303. Valg. p. 240 et qui voci auditoris successisse auditorii arguit, Lectius Symmach. Epist. II. 30 p. 74. Hildebert. de Rom. Ruin. 14: Juvit opus pietas hospitis, unda locum." Opit. hospitii. Quamquam non dissimulo verbis laeti Caesaris patrocinium quaeri posse ex iis, quae protulit Heinsius Claudian. R. Pros. I. 16 p. 938 Burmannusque Eutr. II Praef. 63 p. 313.

IX.

Quo aliquid utilitatis percipiatur ex iis, quae Marklandus Eclog. ult. v. 13 p. 404 commentatus est, contestationem litis, qua inter se contendunt voces crines et cineres, his peractam: „voces eae perpetuo commutantur in Mss. Sic Epiced. Patr. v. 105 pro crinemque Parm. et Rom. ex Mss. expressae habent cinerem et ita alibi non semel in his silvis et multis aliis auctorum locis" (cf. IV. 4, 93 crines. Ven. cineres; nam de Theb. II. 279: Fulminis extremi cineres" insigniter errat Wesselingius Probab. XXXI p. 278 scriptum olim hoc fuisse opinatus: fulminis crines) conferre licet in emendationem Silv. II. 1, 144:

Hunc quamquam Hectoreos cineres Trojamque perosus
Turribus e Phrygiis flesset missurus Ulixes.

Nimirum quae omnibus doctis satis placuit mentio Hectoreorum cinerum, ea omni ope videtur esse amolienda. Namque fides est et extincto Hectore et cinere Trojae (Aetn. v. 584) Ulixem vehementer laetatum esse, odisse cum quidquid decoris vivus habuisset Trojae tutor (Dresem. Joseph. Isc. V. 529 p. 127. Wernsd. P. L. M. III. p. 278), tum Astyanactem, qui flos Asiae (Auson. Epitaph. 15, 1) referret signa clara corporis Et ora et illas nobiles patris notas (Sen. Tro. 112. cf. Stat. Theb. VII. 302). Nihil autem celebratius fuisse Hectoreis crinibus docuerunt Petavius in Synes. p. 34 et Lycophronis v. 1133 interpretes Meursius p. 1310. Potterus p. 1536. Bachmannus p. 235 ac Dresemius p. 83 in Joseph. Isc. IV. 50: intorto candet coma crispa capillo." Cui famae vulgandae non omnino defuerunt Malalas V. p. 105, 11: "Ἕκτωρ — οὖλος, εὐπώγων. Isaac. Porphyr. p. 516. Dares Phryg. 12 p. 156, 20: „Hectorem crispum." Itaque hoc dicit poeta: hunc quidem flesset dejecturus, qui Astyanactem et patre et gente invisum de turri praecipitavit simul et Hectoreorum adspectu capillorum et tot

funerum, quorum urbs Troja auctor fuerat, recordatione infestissime irritatus et exacerbatus:

Hectoreos crines Trojamque perosus.

Ad quam vocem abolendam valuisse videtur memoria versus 147: crinem tenet infera Juno." Adjiciam quasi praeteriens Peerlkampio Virg. Aen. V. 634: Hectoreos amnes, Xanthum et Simoenta" nomen Hectoris mutanti refragari Statium Achill. II. 330: in Hectorea — ora Electus formae certamina solvere pastor." Prudentium c. Symm. II. 343: Sanguinis Hectorei populum." Silium XIV. 205: Entella, Hectoreo dilectum nomen Acestae" (cf. 220: Trojanaque venit Acesta"), quos locos omiserunt Palmerius Misc. Obss. IX. p. 458 et Burmannus Aen. V. 45 p. 604 et I. 272 p. 85. Denique iis, quae supra adnott. Eclog. v. 17 et 13 protuli, supplementum hoc scribere libet: in Quintil. Decl. V. 17 p. 120: cur ardenti non divellantur amplexu?" (ardente rogo vel ardentis Burm.) videri intercidisse vocem cineris: cur cineris ardentis non divellantur amplexu."

Hinc jam abire ad pertexendam eam rem licet, quam supra I inchoavimus. Etenim II. 2, 147 haec scribendi ratio:

Tuque, nurus inter longe pulcherrima, cujus
Non frontem vertere minae

adeo praevaluit, ut una jam sit frequens. Immerito. Quod enim in Parmensi editione et codicibus Parisino duobusque Vaticanis est visere („forte pro duxere vel laescere" Heins. Ovid. Her. XXI. 165 p 315 cf. Epist. ad Falconer. CCCCLXI p. 534), in Rehdigerano et uno Vaticano vescere (cf. Liv. I 31, 2: visendum prodigium. Portug. viscendum), id facile perspicitur olim fuisse insedere:

Non frontem insedere minae.

Quod loquendi genus maxime receptum. Silv. II. 3, 64: cujus placido posuere in pectore sedem Blandus honos hilarique tamen cum pondere virtus." Inc. Epith. Laur. et Mar. 40: Musea tuis insedit cura medullis." Sil. VI. 428: frontique coma squallente sedebat Terribilis decor" (cf. Ovid. Met. II. 775: Pallor in ore sedet" et Trist. III 9, 18. Martial. XI. 91, 6: tenero sedit in ore lues." Burm. Quintil. Decl. CCCXXIX p. 670). Alcim. Anth Lat. III. 212: O blandos oculos et inquietos. — Illic et Venus et leves Amores Atque ipsa in medio sedet Voluptas" (cf. Claudian. IV Cons. Hon. 518: radiat quam torva voluptas Frontis"). Himer. Or. I. 19 p. 360: ὁ μὲν ἐφιζάνων τοῖς ὄμμασι (ἵμερος) κἀκεῖθεν ἐκπυρσεύων ἀμήχανον — πειθὼ δὲ κατὰ τῶν χειλέων σκηνώσασα. Timar. 7 p. 176 Mss. Reg. T. IX: τὴν ἐν ψυχῇ ἐνσκηνώσασαν χαρμονήν. Martin. Var. Lectt. II. 6, quem laudavit Burmannus Anth. l. d. p. 646. Schrad. Animadv. ad Mus. IX p. 191. Mitsch. Hor. Carm. IV. 13, 8 p. 441.

Pergendum ad majora est. Insigniter enim hic et Statio et sibi defuerunt docti omnes, praeterquam quod a Domitio hoc dubitari videmus p. 250. C: „Tuque nurus inter. Hic deest versus. Non enim bene sequitur, nisi ita emendes: Tuque nurus inter, cujus prae-

cordia curae Nec frontem etc." Quae enim optimi quique libri praebent: Rehd. longae praecordia curae. Paris. cujus praecordia curae, Parm. longe praecordia curae (ut Marklandus dicit, ut Queckius: cujus praecordia curae), Rom. longe praecordia cujus, ea quis est qui ad persuasionem apposite doceat a librariis detorta esse ex iis, quibus nihil planius esset et ad intelligendum apertius: Tuque nurus inter longe pulcherrima, cujus Non frontem" — ? Quae vera esse crediderunt omnes, credit etiam Imhofius, qui communi errori novum addendum esse putavit de Silv. Condic. p. 39: „Ex uno, inquit, margine cod. Par. restituenda vera lectio placidissima, ubi omnes codd. et editt. vett. praecordia, edd. post Aldum omnes pulcherrima, de anu!" Quo argumento qui utitur, is nec γραῦς καλλιπαρῄους ab inclyto poeta memorari recordatus est neo satis perceptum habet, in qua sententia pulchritudinis vocabulum poni solitum sit. Unde accidit, ut ne hoc quidem perspiceret vocem placitissima (sic enim scribi oportuit Gronov. Theb. XII. 302 p. 781) ab eo appositum fuisse, cui de vocis pulcherrima vi et usu liqueret cf. Burm. Virg. Georg. II p. 534 p. 363. Paucis rem adbuc incompertam definiam. Tantum enim abest, ut his integumentis: praecordia curae" verba: pulcherrima cujus" atque adeo vocabulum placidissima simul et hoc: praecordia et illo: pulcherrima involutum delituisse statuatur probabiliter, ut certa quaedam agnoscantur vestigia versus jam de medio sublati. Quem versum collectis et ordine digestis iis, quas modo proposuimus, reliquiis additoque eo, quod in vetusto codice pro vertere inventum protulit Heinsius Ovid. Her. l. d.: traxere, vere videmur in hunc modum reconciunare:

pulcherrima, cujus
Non frontem insedere minae, praecordia curae
Non umquam traxere malae.

Re ipsa jam manifestum est simul et numeros pares illos et quasi demensos et verborum singularem similitudinem, qua quae sede proxima sunt, maxime inter se contineri viderentur: pulcherrima: praecordia; cujus: curae; Non frontem: Non umquam; sedere: traxere; minae: malae sive mavis avidae (ut Silv. I. 4, 75: laxare animos. Theb. V. 105: O viduae, firmate animos. 740. VI. 915. VIII. 324 Pugnaces efflare animas. IX. 164. X. 243. XI. 126: Pugna subest: auferte oculos. 431. I. 482: Hic primum lustrare oculis.' II. 319), hoc effecisse, ut binorum vicinorum altero sumpto duo versus in unius brevitatem coarctarentur. Quod idem Theb. VI. 73:

Muneraque in cineres annis graviora feruntur.
Namquo illi et phaleras brevioraque tela dicarat

factum video esse in Frisingensi codice:

Muneraque et phaleras brevioraque tela dicarat

et in Panegyrico Berengarii II. 135:

Lucis amor animusque ultra thoraceas anhelus,

quo loco exscripta sunt haec Statii VIII. 388:

Lucis amor: tenet in capulis hastisque paratas
Ira manus animusque ultra thoracas anhelus
Conatur.

Curas autem malas (ut Sil. XIII. 581: Maciesque malis comes addita morbis" cf. X. 26. Heind. Hor. Sat. p. 19), avidas (ut Claudian Ruf. I. 243) trahere recte dici iis discitur exemplis, in quibus vultures ilia trahentes id est lacerantes invenire docuimus in SinideVI. 3 p. 115. not. 26 cf. Terent. Andr. I. 5, 25: tot me impediunt curae, quae meum animum diversae trahunt." Stat. Theb. I. 193: hinc Boreas, hinc nubifer Eurus Vela trahunt" (Achill. I. 540: Si te cura trabat. codd. Paris. tua cura). Quamquam alius fortasse malet torserc, quod suppeditat Claudianus loco, quem supra dixi, simillimo: Effera torquebant avidae praecordia curae (cf. Sil. IV. 729: stimulat subitis praecordia curis") vel pressere, ut est in Theb. IV. 686: tanti premerent cum pectora luctus." Sil. X. 411: cura futuri Quos premit. Martial. VII. 97, 5: Instent mille licet premantque curae." Cf. Murcian. Cap. I. 116 p. 158: mordaces quum pulsant pectora curae." Coripp. Jo. III. 1: jactabant pectora curae conf. Conject. XI.

Quibus ita deliberatis et stabilitis hoc sequitur, ut in versu 149: in vultu curarum ignara voluptas," quum Heinsii (Epist. ad Falconer. et Ovid. Her. l. d.) inventum rugarum (cf. Joseph. Isc. I. 237: has cordis rugas") non magis nobis, quam Marklando probetur, locum faciamus aut turbis (cf. Boeth. Cons. Phil. III. 7 p. 749: corporis voluptatibus — quarum motus quid habeat jucunditatis, ignoro." Burm. Prop. III. 2, 23 p. 500. Markl. Silv. II. 2, 70 p. 227) — frequentem enim utriusque vocis permutationem testantur Burmannus Ovid. Art. Am. III. 417 p. 685 et 811 p. 712. Marklandus Silv. l. d. et III. 5, 16 p. 293. Burmannus Prop. III. 2, 31 p. 501 — aut culpis. Quod vocabulum quam multiciples variosque librariorum errores passum sit, interdum genuerit, bis licet exemplis commonstrare: Lucan. IV. 420: ratem vacuae sustentant undique cupae. Guelf. 5 Langerm. Thuan. culpae cf. Burm. p. 265 et Virg. Georg. I. 455 p. 349. Salm. Tertullian. de Pall. p. 277. Prop. IV. 5, 20 sedula culpa. Colot. Vat. quint. Voss. quart. turba, quod verum esse Emendd. Prop. IV. 2 obtinebimus. Ovid. Met. XI. 297: Culta mihi pax est. Cantabr. culpa (ut Lucan. VIII. 647 culpa Libera bellorum. Salm. culta). Palat. et octo codd. cura, quam ipsam vocem et cum voce turba permutatam esse modo diximus et voci culpae mala fraude successisse docet Martialis XIV. 173, 2: Oebalius Phoebi culpa dolorque puer" Hannoveranus liber cura (unde quaeri potest, an restitutum in Virgilii Catal. VII. 6: Tuque o mearum cura, Sexte, curarum" rectius se habeat culpa, quam quod Hauptius intulit, causa) cf. Heins Nott. Prop. p. 659. Burm. I. 5, 25 p. 56 et Statii locus, qui paulo inferius afferetur cf. Theb. IX. 617: culpam occultare. codd. Barth. puerum. Schefl. et Frising. m. pr. crimen. Itaque sic hic voluptatem culparum ignaram dictam ar-

bitramur esse, ut Silv. IV. 6, 91: casta ignaraque culpae M is domini, cui prisca fides" et II. 271: vatum sapientumque ora prior n, Quos tibi cura sequi, quos toto pectore sentis, Expers culparum at ie animum virtute quicta Compositus semperque tuus:" hoc enim librario m injuriae opportunius videtur fuisse, quam quod in locum vocis curar m sufficit Marklandus: turbarum, ille quidem non assequutus comme o-rationem, quam ipse inchoavit ac praeoptavit, candidae gratiae im levem atque inanem esse, quam gravem et ad praedicandam illoi im morum probitatem ac sanctitatem efficacem commemorationem duoi im illorum, quae praeclare sibi respondere videantur: candidorum gaudioi im et voluptatis culparum ignarae. Quod a Statio in utroque l co positum esse diximus, idem invenitur apud Ausonium Epist. ad Theo os. 22: Inque meis culpis da tibi tu veniam." Lud. Sept. Sap. Praef. ad Pacat. 14: Palmas, non culpas esse putabo meas" (cf. Scal.Varr. R R. I. 59) et Vitruvium III. 1: operum laudes et culpae aeternae sol:ut permanere." Paneg. Bereng. I. 119: Pro culpis abolere viros" cf. Virg. Georg. II. 455: Bacchus et ad culpam caussas dedit. Parh. culpas. Lucan. VII. 262: gladiosque exsolvite culpa. codd. aliquot Cort. et Oud. gladiisque (gladioque) exsolvite culpas," quibus addere juvat illum encaenia celebrantium hymnum, quem nuper egregie recognovit Adalbertus Daniel p. 5: Christe cunctorum dominator alme —: Latices veternas Diluunt culpas." Itaque sic extitit olim ille locus scriptus, ut equidem arbitror (conf. Conject. XIV):

> Tuque nurus inter (Latias) pulcherrima, cujus
> Non frontem insedere minae, praecordia curae
> Non umquam traxere malae, sed candida semper
> Gaudia et in vultu culparum ignara voluptas.

In eundem numerum adscribendum duco versum Silv. II. 6, 54:

> Dignus et Haemonium Pyladen praecedere fama
> Cecropiamque fidem,

ubi falso proditum esse Haemonium Pyladen ante Marklandum Heinsius perspexit et, id quod omnes fefellit, accuratius, quam Ovid. Trist. I. 9, 27 p. 486, docuit Adv. II. 1 p. 201: Haemonium, inquit, juvenem: sic vetustus codex: tangit amorem Achillis et Patrocli. In vulgatis Haemonium Pyladem, quod admitti non potest. Pylades enim ex Phocide, non Thessalia. Possis etiam: Dignus et Haemoniam Pyladaeque accedere fama Cecropiamque fidem." Alia nobis mens est recolentibus et locos Ovidii Fast. I. 490: in Aonia constitit exul humo." Bavar. eonia. tres codd. Merk. p 29 haemonia Martialisque VII. 63, 4: Aoniae — eomae. Voss. Put. Haoniae et quos Emendd. Prop. capiti II. 4 destinavimus (ut Il. Hom. Epit. 746: Dardanidum Danaumque duces. cod. Dardanium cf. Conject. I.). Unde sic statuimus nomen Haemoniae ex versu 33: Haemoniae lancea dextrae" a librariis perperam huc translatum, ab ipso Statio autem hoc dictum esse: puerum illum vel Pylade (Phocco juvene Ovid. Pont. II. 3, 43 cf. Meinek. Diatr. ad Callimach. Pall. 49 p. 252. Pacat. Pan. 17, 1) et

Theseo digniorem fuisse, qui carminibus celebraretur (cf. Savar. Sidou. Carm. XXIV. 29 p. 206) idque hoc modo: Aoni^d um — fama:

Dignus et Aonidum Pyladen praecedere fama.

Qua eadem ratione dicitur fama hominum Cic. Rep. II. 2. Wytt. Julian. Or. I. p. 58 sq. et Calliope „famae prodere — quos horrida coepta Excierint populos" Sil. III. 222. famae daro virum" VII. 217 cf. Theb. IX. 318: — „Musne — vestrum opns — senium defendere famae."

X.

Quoniam autem de eo vitii genere, quod supra I deteximus, satis dictum videtur, degrediamur ad perpoliendos aliquot locos ejus ipsius carminis, quod modo attigimus. De cujus versu 50:

Jam pudor ingenuae mentis tranquillaque morum
Temperies teneroque animus maturior aevo
Carmine quo donasse queam?

incredibilia narrat Queckius p. XVII: „Est anacoluthon et legendum: maturior aevo — Carmine quo donasse queam," narrat autem exemplo ductus Weberi, quem et nominat et laudat omisso Heinsio Epist. ad Falconer. CCCCLXI p. 535: „Parmensis: Carmine quo potasse pro dotasse" Imhofius de Silv. Condic. Crit. p. 41: „Vratisl. cum cdd. pr. et Parm. potase h. e. dotasse, ut recte Weberus divinavit (Sen. Par. donasse queant)." Immerito: longe praestabilius enim, quod proposuit Marklandus: „nota esse queant," quamquam ipsum posthabendum huic, quod propius abest ab optimorum librorum scriptura potasse (hoc enim afferunt Marklaudus et Queckius):

Carmine quo patuisse queant?

In qua enim sententia verbum patescere, patere ponatur, cognoscitur ex Theb. III. 42: necdum ora patent dubiusque notari." 49: Luce patent caedes. V. 298: patuere furores Nocturni. Achill. II. 98: Argolicis ducibus jam tum patuisset Achilles" Virg Aen. II. 309: Danaumque patescunt Insidiae." Ovid. Fast. IV. 17: causae subito patuere dierum." Met. VIII. 155: foedumque patebat — Matris adulterium monstri novitate biformis" Sil. VI. 5: propiusque patebat Insani Mavortis opus (Barl. Eleg. II. p. 71: Heu scelus est omnes Charitum patuisse lepores). Barth. Theb. IV. 414 p. 1070. V. 298 p. 157. Heins. Adv. I. 11 p. 117, qui quem attulit Senecae locum Herc. Oet. 165: „Pro fato patuit vultus iniquior," eum testem permixtorum verborum patuit et potuit iis, quos commemoravit Drakenborchius Liv. VIII. 14, 4 p. 119, sic addere licet, ut Claudianum Eutr. I. 201: patenti Vestibulo. Ox. Jun. Leid.: potenti" et eos, quos afferemus XIV (Latia: locia, longa); ejus autem erroris, quo syllabae po loco provenit syllaba do, cum multa exempla extant apud eundem Draken-

borchium XLIII. 6, 9 p. 207, tum ea, quibus verba praebere et debere permutata esse docuit Burmannus Ovid. Her. VII. 177 p. 105, et hoc Quintiliani Decl. IV. 5 p. 87: in ipsa maternorum viscerum sede," quod ante fuisse affirmo sepe, ut Ovid. Trist. IV. 1, 81: portarum sepe receptum „codd. sede vid. Heins. p. 610 cf. in Met. II. 713 p. 152 et Adv. III. 14 p. 510. De illo quidem librorum dissensu: queant: queam, ne hic copiosius disseram, satis cautum est in Sinide p. 222. adnot. Ecl. v. 46. Igitur Statium illa: patuisse queant recuperare tam est consentaneum, quam ipsum hunc, quo usus sum, affirmandi modum Lysiam ὑπὲρ τοῦ ἀδυνάτου p. 746: ἐγὼ γάρ, ὦ βουλή, πάντας τοὺς ἔχοντάς τι δυστύχημα τοιοῦτο ῥᾳστώνην τινὰ ζητεῖν, ubi εἰκὸς γάρ (ut Thuc. VI. 55. Eur. Med. 898) sententiae satisfacit, non quod excogitavit Sauppius: ἐγὼ γὰρ ὁρῶ aut quod Scheibius noster proposuit: ἔγνων γάρ.

Neque illa quidem possunt ullo pacto probari, quae idem Queckius de versu 62

si vel fumante ruina
Ructassent dites Vesuvina incendia Locros

protulit p. XVII: „Ructassent expl. incendia Locros fumante ruina ructantia obruunt i. e. ructando opplere aliquid." Ante quem aliquanto cautius Duebnerus: „Ructassent i. e. ructando ignem Locros vexassent: ita Gronovius. Ac sane eo fortasse progressa est Statianae affectationis audacia. Ceterum Markl. non male proposuit undassent." Equidem non dubie agnoscere videor verbum duobus vitiis deformatum, quorum altero voces raptus et ruptus saepissime permixtas esse docuerunt Burmannus Petron. 111 p. 668 et Ovid. Her. X. 16 p. 137. Drakenborchius Sil. III. 196 p. 142. Cortius Lucan. I. 153 p. 51. Arntzenius Aurel. Vict. Or. G. R. 18, 3 p. 35. add. Gualth. Alex. IV. 299: ordine rupto (ut V. 378). Ms. nost. rapto, alterum et in iis locis cernitur, quos in raparando Catulli 95, 4 versu versati attulimus Quaest. de Tanusio IV p. 30, et apud Plinium Pan. 49, 6: et ructans. eod. Schwarz. eruptans. Gellium XI. 7 eructum. Exc. Gron. eruptum. Martialem IX. 48, 8: Ructat adhuc aprum. Thuan. ruptat. III. 82, 8 ructanti. Berol. Wolfenbb. ruptanti. I. 87, 4 ructus. Thuan. ruptus. Claudianum Eutr. I. 316: Reptat. Jun. reetat. Lovan. Ox. Leid. raptat. Statium Theb. VIII. 431 erepto: erecto. Arntz. Arator. I. 170 p. 72. Conject. XIX. Ut pristinam hujus versus speciem censeam fuisse hanc:

Raptassent dites Vesuvina incendia Locros.

Ut Theb. VI. 114: Ut quum possessas avidis victoribus arces Dux raptare dedit" cf. IV. 372: Ille rapi Teumeson ait." Eleg. de Fort. Viciss. 25: Saepe domos etiam, saepe addita moenia raptat." Sil. IX. 10. 574: Ac raptare jubet Libycarum armenta ferarum" cf. Heins. Tac. Hist. I. 31 p. 735. Lucan. III. 98: ignibus atris Creditur ut captae rapturus moenia Romae."

Jam. proximae parti:

Seu Pollentinos mersissent flumina saltus
Seu Lucanus ager,

quam in depositis a Marklando Praef. p. XVII. habitam nulla correctione adjuvit Duebnerus p. 260 ratus „in zeugmate statuendo acquiescendum, quia Ursi in illis regionibus possessiones earumque situm parum nosse videamur" aut Queekius p. XVII: „seu Lucanus ager: mira ellipsis verbi; invenio nescio cujus viri docti conject.: Lucanosve agros omisso seu," lucem videor affundere facta unius litterulae mutatione: „Seu Lucanus aper;" oratio enim (cui vitium fecit recordatio Silv. V. 3, 163: Quos Lucanus ager, rigidi quos jugera Dauni," ubi unus Rehd. habet Lunanus cf. Oud. Frontin. III. 2, 1 p. 323) eo spectat, quod maximi quique apri, in quibus numerari constat Lucanos (Barth. Theb. VIII. 532. p. 902), saltus vastasse, arbores fudisse saepe narrati snnt vid. Theb. II. 472. Sin. IX. 1 p. 188 not. 82. 84 p. 185.188 cf. II. 4 p. 36 etc. Bochart. I. Hieroz. III. 30 p. 983 sq. Jac. Philostr. Im. I. 28 p. 373. Indidem intelligitur quod nunc est mersissent nescio an ex V. 1. 99: merserit agros Nilus" repetitum, id antea fuisse: versum issent:

Seu Polleutinos versum issent flumina saltus
Seu Lucanus aper

cf. Burm. Ovid. Nuc. 161 p. 841 (add. Cort. Lucan. VII. 58 p. 148. Drak. Sil. XV. 411 p. 768). Stat. Theb. V. 309: non arva viri, non aequora vertunt" (hoc enim tenent Barth. cod. opt. Frising. Monac. verrunt Lindenbr.). Sen. Herc. Fur. 934: nullus hiberna nive Nutritus agros amnis eversos trahat." Stat. Theb. VIII. 463: uter arva arbustaque tollat Altius." Dicendi autem ea ratione, quam instauravimus, quum alii usi sunt, quos nominabimus Emend. Prop. VI. 1, tum Catullus 66, 11: „rex — Vastatum fines iverat Assyrios," Horatius Carm. I. 2, 15: Ire dejectum monumenta regum," ipse Statius Theb. VI. 657: qui Tyrias dejectum vaditis arces. IX. 9: ultum — Insurgunt," qui idem Achill. II. 367 insolentius hoc posuit: „aliquis patriis rupturus ab oris Deidamian eat." Unde fortasse jam exsistet, qui Statii loco Theb. III. 100 pro eo, quod in plurimis libris extat: regis, hoc reddere animum inducat: cominus ausus Vadere contemptum reges (cf. Locell. et Peerlk. Xen. Ephes. p. 218. id. Peerlk. Hor. Carm. I. 2 p. 13) idque eo magis, quod Barthius p. 701 in suis codicibus invenit regem. Corippo autem Jo. I. 459: sic Jupiter ille — Caelicolum turmas quid vellent fata monebat — Verteret in montes visa quos Gorgone Pallas, Arcitenens crebris quis ferret fata sagittis Quosque levis torto fixisset Delia telo" quis est quin hoc deberi concedat: sic Jupiter ille — monebat — Quosque levis torto fixum iret Delia telo?" malui enim „Jupiter ille" retinere, quam scribere ipse cf. Peerlk. Virg. Aen. VII p. 9 sq.

Dicam etiam de versu 20:

Et volucres habuere rogum cervusque Maronis.

Quem versum Barthius quum „de rogo apud Virgilium se quidquam

legere" non meminisset „intrusum a minorum gentium poetastro" judicat p. 234. Quod ut celerius judicatum est (cf. Conject. VIII), ita ipsum a vera dubitatione ductum certe hoc perspicuum facit hic quidem non posse ferri illud: cervus Maronis, cui similia multa in aliis locis recte leguntur: οἱ τοῦ μύθου ἀετοί Schol. Eur. Phoen. 237 p. 70. Boiss. Aen. Gaz. p. 310 not. 579 et Psell. p. 316. τὸ τοῦ θεοῦ τεῖχος Max. Tyr. XIX. 1 p. 358. Nec vero magnus verum eruendi labor. In proclivi enim est quod libri plurimi praebent: Maronis, ea, quam iodicant Martialis libri VIII. 56, 5: non deerunt, Flacce, Marones. Palat. Maronis, ratione immutare: cervusque Marones sive hic quoque potiorem ducis fidem Rehdigerani codicis (quocum concinit Dorvill. Misc. Obss. II. p. 222): rogos — Marone (cf. adnot. Eclog. v. 9):

gemit inter bella peremptum
Parthus equum fidosque canes flevere Molossi
Et volucres habuere rogos cervusque Maronem.

Quibus haec efficitur sententia: Corvus et psittacus rogos, cervus habuit neniam Maronis." Et avium quidem rogi contestati sunt a Plinio atque ab Ovidio Statioque (II. 4, 34 sq.), quorum illum praeteriit Doeringius Catull. III. p. 6, hos Tiraquellus Alex. ab Alex. Gen Dier. VI. 14 p. 603; Molossorum autem mentio, de qua nec Tiraquellus l. d. p. 604 not. 2 cf. p. 602 sq. not. 7 diligentius quaesivit et Barthius p. 234 sibi non magis, quam de Parthorum equis liquere confessus est, non dubito quin spectet ad eum canem, qui accenso regis Pyrrhi (cf. Palmer. Graec. Antiq. II. 8 p. 323) rogo injecisse se flammae dicitur Seber. Polluc. V. 5, 42 p. 498 cf. Tiraquell. l. d. p. 603. Hullem. Durid. fr. XXXV p. 121 (add. Theophrast. Char. 21. Welck. Syll. Inscr. Gr. p. 137 sq. Cael. Rhodigin. Lectt. Antiq. XVIII. 28 p. 944 sq. et qui canibus et equis sepulcra cum ab aliis tum ab Hadriano constituta esse docuit, Reimar. Dion. Cass. LXIX. p. 1159, 73 Vol. IV. p. 660). Neque illud quidem quisquam patefecit (adeo enim docti homines non curant nosse, quam multis rebus Statii carmina referta sint) versum proxime superiorem scriptum esse praedicandae ejus equi famae, de quo Herodotus memoriae prodidit V. 112 Tzetzesque Chil. IV. 116 p. 118 sq. v. 990: Ἀρτύβιος ὁ Πέρσης δὲ τὸν ἵππον ἀναθρέψας Εἶχε συμπολεμοῦντά τε καὶ συμμεμαχηκότα. — Ἰδὼν ὁ ἵππος τὸν αὐτοῦ δεσπότην πεπτωκότα Ὄρθιος στὰς ἐμάχετο μετὰ τοῦ Ὀνησίλου Πατάσσων τὴν ἀσπίδα δὲ ποσὶ τοῖς ἐμπροσθίοις Μικροῦ δεῖν ἐναπέκτεινε τὸν Κύπρου βασιλέα, Εἰ μὴ δρεπάνοις ἔκοψαν ὑπασπισταὶ τοὺς πόδας Cf. Salm. Plin. Exerc. p. 627. h. E. Quod superest: ad illam Virgilii neniam expressos ferarum obitus apud Ovidium et Silium ac Statium legi docuerunt Cerda Virg. Aen. VII. 483 p. 81 sq. et Titios Calpurn. Ecl. VI. 35 p. 695 Wernsdorfiusque Exc. XVI. p. 348 sq. Atque hic jam tandem (neque enim satisfecerat officio suo Queckius) cum summa mea voluptate edoceor de Statii verbis idem fecisse judicium Peerlkampium Aen. I. d. p. 45: „Legendum puto cervusque Maronem. Psittacus sepultus est; vide carmen Ovidii. Cervus habuit Maronem, qui tristem interitum deflevit." Cui eidem Hor. Carm. I. 16

p. 84 de versu 2 sic existimanti: „Malim lugendoque modos id est tempus brevius vel longius finiendi luctus“ quominus assentiar, prohibet vel Eclogae extremae versus 60: dicere legem Fletibus aut fines audet censere dolendi.“

XI.

Reddamus jam, quae aduot. Eclog. v. 34 promisimus. Quod enim in Theb. V 606. tandem laxata dolore Vox invenit iter“ legitur, prave correctione hac: dolori“ ab Heinsio Ovid. Her. XV. 113 attentatum esse nec Burmannum in Virg. Aen. XI. 151: Et via vix tandem voci laxata dolore est“ videtur fugisse p. 611 et intelligitur ex Justini exemplo XLII. 4, 13: ubi dolor vocem laxaverat“ et Quintiliani Decl. XIX. 7 p. 369: evolvere animum, quem super sua secreta compositum non laetitia, non dolor, non necessitas, non fortuna laxaverunt.“ Quorum nullam rationem habuit Peerlkampius Virg. I. d. p. 319.

Quoniam autem l. d. verbo laudandi verbum laxandi succedere jussimus, licet jam post contestatus similium verborum contentiones progredi ad controversos aliquot locos praesenti auxilio reficiendos. Reminiscimur autem saepius permixta verba tum laudandi (Ovid. Art. Am. I. 741 laudare sodali. Petav. jactare. Heins. Claudian. VI Cons. Hon. 397 p. 496) vel lactandi (Drak. Liv. X. 16, 6 p. 122 cf. Sil. IV. 635 jacto. Colon. Ieto) ac jactandi, tum jactandi et laetandi (Gron. Obss. Eccl. XXIV p. 268, quod ipsum cum illo, quod modo attulimus, verbo laetandi contentionem de loco habere docent Lucretii libri V. 885. ubera — lactantia: codd. luetantia et Symmachi V. 10. IX. 62 cf. Juret. p. 169. Pareus p. 356), laxandi, de quo paulo inferius dicetur, luctandi (Sil. V. 506. Burm. Lucan. V. 421 p. 340), latrandi (Stat. Theb. II. 338: magnas latrantia pectora curas.“ codd. jactantia, quibus verbis nec ii, quos Burmannus Petron. 119, 55 p. 731 commemorat, nec posteriores docti Virgilii locum Aen. I. 227: tales jactantem pectore curas,“ nedum Corippum Jo. III. 1: At ducis invicti jactabant pectora curae“ adhibendum putarunt cf. Conject. IX), tum jactandi et tractandi (Theb. IX. 796: jactavimus hastas. codd. optim. Barth. p. 1088 tractavimus. Burm. Nemesian. Ecl. I. 70 p. 479. Buenem. Lact. Inst. I. 15, 2 p. 93; nam omitto hic Theb. V. 67: Tartareas — volitasse volucres Vulgarent. Monac. Jactarent cf. IV. 296: Herculeo vulgatos robore montes. Oxon. (Sin. IX p. 185) miseratos, quod fuisse videtur miratos sic positum, ut ab Juvenco III. 58 p. 488. B et Corippo cf. Foggin. L. Justin. IV. 85 p. 441. Jam absolvam primum de Ciris versu 86:

Quam, mula multiplici juvenum quod septa caterva
Dixerat atque animo meretrix jactata ferarum,
Infamem tali merito rumore fuisse.

Ubi Hauptius Relatt. Menstr. Acad. Berol. 1858 p. 662 Scaligeri inventum Vixerat sic immutandum duxit, ut haue is versus reciperet formam: septa caterva Vixit eratque animo meretrix jactata ferarum." Quo inelegantius (quid enim levius dicam?) nihil scribi potuit. Nam cum alia, quae exsequi jam parum attinet, reprehensione non carent, tum illud, quod Scylla dicitur ferarum animo jactata. Quod ipsum ne repeteretur, cavendum sibi putaverat Burmannus, quem nemo compertum habuit in Ovid. Ib. 14 p. 21 (cf. Lucan. I. 267 p. 30) hujus correctionis exstitisse auctorem: „atque canum meretrix jactata ferarum" factae in hanc sententiam: „ab omnibus publice dicta meretrix canum ferarum id est juvenum maledicorum." Quamquam eam et sententiam et orationem omnino improbandam esse et facile intelligitur et subtilius dicetur in commentariis Eleg. ad Messall. 19, qua Lachmannum evincemus non modo dissimillima in Prop. V. 5, 45 p. 365 proposuisse, sed etiam in I. 5, 17 p. 25 abjecisse memoriam ipsius Propertii I. 8, 29: Cogor ad argutos dicere solus aves" Catonisque Dir. 8: Montibus et silvis dicam tua facta, Lycurge" cf. Hieronym. Vid. Eclog. III. p. 1408: Montibus et solis dicam mea carmina silvis." Sed Ciris scriptor dubitari nequit quin Scyllam dixerit meretricem usque ad ferarum licentiam et mores dissolutam:

juvenum quod septa caterva
Vixerat adque animum meretrix laxata ferarum,

ut apud Statium est Silv. I. 4, 75: in otia Permissum laxare animos. Theb. VII. 30: effreni laxentur in otia mores cf. 580: In furias animumque redire priorem Impellit (tigres) et Claudianum Idyll. V. 23: Venus, humanas quae laxat in otia curas." Prob. et Olybr. 152: nec tanta licentia vitae Abripit, ut mores aetas lasciva relaxet." B. Get. 366: Nuntius in luxum falso rumore resolvit (ubi quod in Ambros. sec. et Lov. est: luctum, invenitur apud Josephum Isc. VI. 852: In luctum Danaos pietas extorta resolvit). Cf. Avien. Phaen. Arat. 413: Adque Helices caput inclinatur. vulg. atque. Martial. III. 87, 2: Atque nihil. Voss. adque. Drak. Liv. VIII. 17, 1 p. 159. Hand. Turs. I. p. 512. add. p. 87. (cf. Ermold. Nigell. IV. 17: Pulcher adest facie" id est: pulcher at est," cui eidem in eo loco, quem cum Catonis Dist. II. Praef. 3 componere nos fugit Quaest. de Aemilio Macro Nicandri imitatore p. 1, I. 17: Si Maro, Naso, Cato, Flaccus, Lucanus, Homerus, Tullius et Macer, Cicero sive Plato" restituendum est Silius cf. Solius Voss. Martial. XI. 49, 3. Sillius Berol. VII. 63, 1. Syllius Hannov. VI. 64, 10).

Ejusdemque carminis versus 208:

vigilumque procul custodia primis
Excubias foribus studio jactabat inani

cum omnes tum Hauptium fefellit hac ratione emaculandus:

Excubias foribus studio laxabat inani.

Auctores do Sillum VII. 318: Tum terrore novo trepidus laxabit iniquas Custos excubias" et Petronium 112 p. 674: ut viderunt laxa-

tam custodiam," quem locum perstrinxit Dukerus Liv. XXIII. 20, 10 p. 468 cf. Stat. Theb. VIII. 220: ipsaeque ad moenia marcent Excubiae." X. 269: Cernitis expositas turpi maerore cohortes" cf. Claudian. B. Get. 368: famuli — Dum maerent epulis."

Jam de Senecae loco Herc. Oet. 1756:

sed quid hanc moestam intuor
Sinu gerentem? reliquias magni Herculis
Cineremque jactans squallidum Alcmene gerit

rectius, quam Bothius verbum tractandi illud quidem saepius, ut diximus, aemulum substituendum esse arbitratus, sensit Gronovius p. 709 nec vero aut quod ipse conjectaverat vectans exemplis Senecae Hipp. 1247: hue reliquias vehite cari corporis" Statiique Theb. IV. 723: clypeos vectare" (cf. Prop. III. 2, 46. Sin. V. 2 p. 84 not. 18,, aut id, quod verum est, confirmavit ejusdem Statii loco IV. 571: Aeoliden humero jactantem funus onusto."

Quod ipsum verbum Valerio Flacco VI. 555:

Sanguinis ille globos effusaque viscera gestat

reddi praestat:

effusaque viscera jactat,

quam quod voluit Franeius: caleat cf. Burm. Ovid. Met. X. 721 p. 740. Eodem enim modo peccatum a librariis videmus apud Lucanum II. 160: Colla ducum pilo trepidam gestata per urbem. S. Germ. jactata et Claudianum Ruf. II. 345: Collaque femineo jactabat mollia gestu." Vat. sec. Farn. Thuan. Flor. Maz. Moret. sec. gestabat. Sed de Statii versu Theb. VII. 626:

Lenis adhuc frondesque et aperta cacumina gestat

aversissimus a Koehli Conject. in Poet. Lat. P. II p. 10 invento: vexat, quod cum venti lenitate parum congruere videatur, eo inclino atque propendeo, ut cestat (portat cod. opt. Barth.) fieri velim verbum paulo reconditius: crispat:

et aperta cacumina crispat,

cujus vim et usum qui explanarunt Woweruus et Elmenhorstius Minuc. Fel. 3 p. 23 sq. et Barthius Adv. XXXV. 2 p. 1590 et Rutil. It. II. 13. p. 173 omiserunt et Ammianum Marc. XIV. 2, 7: nec exertare lacertos nec crispare permissi tela" (cujus ne Drakenborchius quidem Sil. VIII. 374 p. 120 rationem habuit cf. Ermold. Nigell. I. 515: rex ipse pius crispans hastile lacerto." III. 383: manibus crebro crispans hastile") et Ausonium Mosell. 63: Quod sulcata levi crispatur arena meatu." Anth. Lat. V. 112, 19 p. 383: tremulo crispentur caerula motu" (Gulielm. Brit. VII. 255: radios tremulis crispabat in undis." X. 687: crispantibus agmina signis." Gualth. Alex. I. 521: Aurea rorifluos crispabat lamina crines"). Claudian. IV. Cons. Hon. 553: crispatur purpura vento" (cf. Schol. Vet. Stat. Theb. VIII. 568 p. 906: auro crispo et a ventis ventilato"). Ennodium Carm. I. 6 p. 317. C: Lintea si crispant Zephyri pendentia malo." 7 p. 319. B: Lintea nam summis dum crispant nexa coruchis — flamina." Sidonium Apol-

lin. XV. 16: qui (pedes) cum sub veste moventur, Crispato rigidae crepitant in syrmate rugae." Fulgentium I. p. 604: crispantes sibilos corneis edunt organulis (aves)." Accedunt adjunctiora haec Corippi Jo. I. 326: Volvebant venti crispantes vortice flammas," qui in eandem atque Statius sententiam haec scripsit Justin. II. 321: Exaltata putes placidis bene flantibus Euris Ludere coniferae frondosa cacumina silvae et flexis nutare comis" (cf. Heins. Adv. p. 765). et Claudiani R. Pros. II. 110: Fluctuat hic denso crispata cacumine buxus" (Vat. sec. curvata).

Novo igitur patefecimus documento, quid Claudianus Statio debeat. Sidonius quidem, ut hoc praeteriens addam, ne Barthii quidem cura (Theb. IV. 655 p. 1184), nedum ab aliis satis exploratum est quam multa a suo Papinio (IX. 223) mutuatus sit, veluti quod legitur XV. 168: nox Danai, sumptum est ex Theb. II. 133, quod XXII. 30: veris opes, ex Achill. I. 288. quod IX. 119: depopulatus est Amyclas" ex eodem libro v. 21. add. Conject. III. Quod idem dici poteat de Josepho Iscano („diligentissimo Statii imitatore" Koot. Epitom. Il. Hom. 448 p. 129), cujus verba V. 199: difficilesque deos in vota fatigant" Thebaidi II. 244: Superosque in vota fatigant" (Acr. Hor. Carm. I. 2, 26: divosque cf. Quintil. Decl. IV. 10 p. 92: propter quae fatigamus votis deos." Cup. Petron. 120, 77 p. 735. Sen. Tro. 956: Lassabar in tot oscula") referri a Dresemio p. 114 oportuerat, non Silvae V. 1, 72. Quid jam memorem neglectum Corippum, cujus contentio diligentius facta quantum justae Statii interpretationi conferat, plurimis locis a nobis indicatum est (cf. adnot. Eclog. v. 2 p. 13. 43 p. 65 not. Conject. XVIII)? aut quid addam Panegyricum Berengarii, quem Statii versibus refertissimum esse (cf. Conject. XV. XVI. XIX) nemo unus exploratum habet? quidve Gualtherum Alex I. 305 haec: in proprios revolutum turpiter ortus" mutuatum a Statio Theb. I. 235 cf. IV. 631. Barth. p. 1175? ut omittam Dircen v. 349 pro Thebis positam et v. 430 Amphionis arces (Theb. IV. 357. 611), Aonidas I. 286. II. 455 (Theb. III. 1 Aonios, de quo dictum est Theb. Parad. II. 5 p. 165. Aonidas Frising. Aonias Monac. cf. Conject. I. add. X. 195 Aonidum legio, ut v. 785: Tantalidum venerata cohors. IX. 95: Tum prior Aonides, quibus quidem locis testatum fecimus nomen ab ipso Forcellino praeteritum). Add. Conject. XIX. not. 12.

XII.

Comparata inter se verba nefastum et nes ... (Rehd.) Eclog. ultim. v. 35 illum fatentur errorem, quo pro inserui in Parm. inferni in ejusdem Eclogae v. 73 et V. 3, 44 scriptum est, II. 2, 38 pro reseret in Paris. Vic. referet, Theb. XII. 540: ab insessis moestae Pelopeides aris" infessis in Monacensi et Scheftlariensi, quorum hic additam

hanc glossam babet: non fessis ab imploratioae miserornm." Sed operae pretium est rei param adbuc doctorum homiuum cura exploratae adjicere aliqnot exempla ex uliorum scriptorum monumentis repetita. Veluti apud Claudianum B. Get. 249 ostenta in Exc. Laet. est offeusa, 454 iu Mediceo quarto deferat, in Farn. Pric. deserat. 16 sudasse. Pal. fundasse. Ruf. II. 353: pressis sedare lupatis" in Isingr. sudare, in Barthii codice fudare. Eutr. I. 476 foedabitur in Pat. Maz. Petav. Ambr. sedabitur. B. Get. 465: clipeum projectis sumere rastris" in Pal. Farn. fuuere. VI. Cous. Hon. 77 consertn in Oxon., conferta in Pulm., apud Ovidium Fast. VI. 249 fave in Berol. sae similiterque permixta reperiuntur fama: summa Burm. Met. IX. 14 p. 626. Silius: filius Tac. Ann. I. 31. sucus et fucus Heius. et Burm. Claudian. Ruf. I. 208 p. 47 sq. Markl. Silv. III. 2, 139 p. 275 et, ut silentio praeteream Queckinm, qui Theb. II. 118: sine sidere coeptis Fraudibus" sidere fecit, quod est fidere, sors et fors Drak. Liv. I. 4, 4 p. 58. add. Arator. I. 160: qui figit in aequore gressus." cod. Goth. membr. II. no. 115. 116, de quo mihi testis est Jacobsius: cui servit. Qaibus ita propositis jam emergit, quo errore Eclog. ult. v. 50 mens fulmiue in Rhed. proveuerit men fulmine et in Epigrammate Anth. Lat. III. 82, 19 p. 533 (Sin. VI. 3 not. 30 p. 119): foeta procellis Aequora" in Voss. saeda (quod memoriam affert Martialis versus, IX. 41, 8: gaudia foeda" hoc potius modo, pro quo nolo disertus esse: gaudiu foetu cf. Sin. l. d., quam quo voluit Scriverius: saevu emaculaudi). Neque hoc non perspicitur apad Serviam Virg. Aen. VI. 565 p. 387: Fertur namque ab Orpheo" olim scriptum fuisse asseritur, id quod pluribus in Emendd. Prop. VIII. 2 adversas Hauptium obtiuebimus, et, ut ad Statium redeamus, Silv. II. 1, 67:

Muta domus, fateor, desolatique penates,

qaam adspersam esse macnlam eam omnes concesserunt tum Queckius p. XIII: „omnes libri fateor, quamquam magnopere languet ueqae tali modo interponi solet. Displicet etiam Marklandi conjectura pariter; invenio praetereo conjecturas: mutu domus facies et mata domus Melior; vox sine dubio corrupta est," eam igitur maculam perspicitur vere abstergi hac ratione:

Muta domus statio

cf. Beruart. Theb. I. 148 p. 17 sq. Burm. Lucan. I. 45 p. 16. Burm. Prop. III. 8, 21 p. 581. Theb. VII. 47: Digna loco statio." Quintil. Decl. VI. 17 p. 145: non statio, nou sedes, nou quies." Add. Auson. Parent. IX. 15: Vulnus alit, quod muta domus silet."

Neque aliam medelam fortasse uliquis iis, quae V. 2, 120 sic prodita sunt:

novercales ibat venator in agros
Ascanius miseramque patri flagrabat Elisum,

(Elisnn Venet. Cort. Lucan. I. 577 p. 151) dicet udhibendam: licet enim illa: patri flagrabat" sic digerere: miseramque patris lacerabat," nt Ascauius dicatur Elisam desiderio ac dolore lacerasse, ut Val. Flacc.

I. 717: falsae sed captum laudis amore: Te, puer, in nostrae durus tormenta senectae Nnne lacerat." Sen. Ag. 666. Quintil. Decl. XIV. 4 p. 298. VII. 1 p. 153 ef. Sil. VIII. 25: lacerum curis. Barth. Adv. LV. 11 p. 2613; Dido autem misera patris intelligatar mira, quam venator prae se ferret, patris similitudine stimalata, quae nibil adhuc Ascanio simile de patre ejus conceptam conqnereretur, nt Theb. IV. 403: at miseri mornm (armornm Burm. de Vectig. Rom. IV. p. 40). laetus viri Heins. Ovid. Met. VII. 435 p. 501. aeger morae, prolis ademtae Dak. Flor. III. 17, 9 p. 577 cf. Jacob. Quaestt. Epic. II. 1, 3 p. 124. Verum hoc machinari est quamquam fortasse probabiliora et illo vocabulo, cujus suasor exstitit Dorvillius Misc. Obss. II. 2 p. 234: „legi posset: miseramque patri furiabat Elissam id est amore patris furere faciebat. Sane Didas amor non amor, sed faror erat" et inventis Marklandi: puer flammabat et Duebneri: puer flagrabat." Nos qaidem non temere eraisse videmnr verbnm inflagrandi sie scribendo: patri flagrabat:

miseramqae patre inflagrabat Elisam.

Anctores ad Solinnm V. p. 15. D: sarmenta licet viridia sponte concipiunt et nullo inflagrante halitu ab ipso numine fit accendinm." Gloss. Maji VI. p. 517: confraglavit, concremavit." Gloss. Lat. Paris. p. 68, 261: confraglat, inflammat." p. 145, 164: Flagrat, ardet, urit." Gloss. Labb. p. 76: Flagro, flagratus sum, καίομαι. Flagro καίω" et Hyginum „qui conflagravit active, ut loquuntur grammatici, posuit" (Barth. Adv. X. 20 p. 496) et quos Munckerus f. 179 p. 297 sq. adjecit, Cic. ad Herenn. IV. 13: urbs — incendio conflagrata." Apul. de Mundo p. 364: Orientis regiones Phaetontis ruinà — conflagratae perierunt." Schol. Hor. Epod. V (p. 263 Cruq.): vestem cum ipsa et tota domo conflagrari fecit". Marcian. Cap. VI. 576 p. 488: dispendiuque liui perflagrata." Avien. Arat. Phaen. 1128: Nec eam flagratas emittunt marmora Chelas," cui dubito an verius sit reddi: inflagratas, quam quod Grotius Bubliusque volnerant: flagrantes. Propertium autem I. 13, 23: Nec sic coelestem flagrans amor Herculis Heben sensit" omitto a Munckero perperam allatum. Et bis quidem docuisse et stabilivisse iu Lexidiis V. p. 19 videmur, quod optaverat Dorvillius l. d. p. 233: „Marklandus negat recte dici flagrare faciebat Elissam patri; at flammare idem est quod flagrare facere," nuper Duebneras atque Imhofias de Silv. Condic. Crit. p. 24 arbitratas „flagrare dici pro eo, quod sit incendere." Neque hoc non congruenter Statii ingenio et mori convenienterqae factam est, quod Ascanias scribitur patre inflagrasse Elissam id est „nobilibus illis patris notis" (Sen. Tro. 1112) sive mira, qua totum patrem exscripsit, similitudine: sic enim est in Achilleide I. 165: plarima valtu Mater inest," quod explanarunt Barthius p. 1624 sq. et Heinsius Claudian. R. Pros. II. 27 p. 574. Cf. Achill. I. 275: obstat genitorque." Schol. Vet. p. 1647: in pectore nimirum Achillis de talibus semper cogitante." Sen. Herc. Oet. 389: Quidquid in nobis fuit Olim petitum, cecidit et

partu labat Materque multum rapuit ex illo mihi." Thyest. 53: funera Arcesse et imple Tantalo totam domum." Wannowski de Metonym. p. 22 Progr. Posn. 1860. Similis autem et sententia et oratio invenitur in Didonis ad Aeneam Epistola Anth. Lat. I. 173, cujus versum 102:

dulcis mea colla fovebat

Ascanius miserumque puer fovebat amorem

satius fuit aut hoc modo expoliri: puer refovebat (Heins. Ovid. Met. VIII. 536 p. 595) aut hoc: miserumque puer lactabat amorem," quam sumi inventu Oudendorpii figebat, faciebat, fingebat, quorum postremum satis placuit Wernsdorfio Vol. IV. p. 456, aut illud Burmanni: fallebat (nam et Graecis receptum est ποιμαίνειν τὸν ἔρωτα Valck. Theocr. XI. 78 p. 145 et Enr. Hipp. 151. p. 182. Hemst. Anecd. p. 158 sqq. Goens. Porphyr. Antr. Nymph. p. 119. Wytt. Ecl. Hist. p. 380 sq. Blomf. Gloss. Aesch. Ag. 652 p. 243 sq. et ap. Apulejum Met. VIII p. 525 est lactare amorem. Heins. Ovid. Met. XI. 412 p. 780, apud Terentium Andr. IV. 1. 23: nisi me lactasses amantem et falsa spe produceres" cf. Lact. Theb. XII. 246 et Ruhnk. Dict. p. 67. Symmach. Ep. V. 10: aures lactare blanditiis. IX. 62: lactari animum tuum judicas dulci — nuntio. Hegesipp. I. 15: seseque ejus lactabat societate." Gron. Obss. Eccl. XXIV p. 268, ut non temere suspiceris ab imperitioribus in verborum ordinem illatum fuisse, quod interpretationis gratia adscriptum invenissent: fovebat). Verum enim vero recolenti illam librariorum licentiam, qua favere: fovere (Burm. Claud. B. Gild. 245 p. 221), fuventia, fumantia, flammantia permutata fuisse intelligitur (Conject. XIX), aliud succurrit:

miserumque puer flammabat amorem.

Quod ipsum insolentius positum (id quod arguit vel Marklandus Silv. p. 366) quibus confirmem, certissima in promptu sunt exempla. Nam apud Claudianum III Cons. Hon. 51: Quoque magis nimium pugnae inflammaret amorem" id, quod omnes tenent codices, Heinsio („nimio flammaret amore") Burmannoque („juvenem pugnae inflammaret amore") improbatum loco moveri prohibet vel Mamertinus Grat. Act. XXIII. 4: tu exstincta jam litterarum studia flammasti" cf. Arntz. V. 1 p. 668.

Subnectam Silvarum locum V. 1, 18:

Sed quum plaga recens et adhuc in vulnere primo
Nigra domus questu miseramque accessus ad aurem
Conjugis orbati.

Quem his Imhofius de Silv. Condic. Crit. p. 13 tueri atque explicare ingressus est: „Recepit Marklandus non solum futilem Heinsii conjecturam: aegra, sed ipse etiam — legendum esse censuit in funere primo. At hoc non est librariorum errores emendare, sed ipsi poesi Statianae nervos ac propriam indolem detrahere. Noctis enim et tenebrarum et nigri coloris frequentissimum de morte miseriis dolore usum non in poematis solum sed in soluta etiam oratione quis ignorat? Unde quod Statius audacius aliquanto domum luctu repletam nigram questu dixit,

eodem poetarum jure fecit, quo infra v. 219 sq. scripsit: Is dolor in vultu, tantum crinesque comaeque Noctis habent h. e. macroris, aegritudinis. Vulnere autem post acceptam Priscillae obitu plagam Abascantii domum laborantem rectius dici et magis proprie quam funere per se patet." Qui Heinsium virum et elegantissimo judicio et singulari doctrina promptissimum in tritissimae rei ignoratione (vid. Jacob. Quaest. Epic. p. 77) versari opinatus ipse id non assequutus est, quod Statii sententia efflagitat par et similis Lucano II. 20: Tunc questus tenuere suos magnusque per omnes Errabat sine voce dolor. Sic funere primo Adtonitae tacuere domus" cf. Sen. Oed. 56: Fletuque acerbo funera et questu carent." Hoc igitur deberi Statio affirmo:

et adhuc in funere primo
Pigra domus questus.

Et vocem funere quidem Imhofius nullo delectu habito locorum II. 1, 4. 6, 95. V. 3, 251. 5, 43 non percepit et iis probari, quae adnot. Eclog. v. 38 collecta sunt, et confirmari iis locis, in quibus supremum funus logi Burmannus Val. Flacc. V. 25 p. 408 docuit, funus primum Barthius Theb. V. 593 p. 274 et Martyni-Laguna Lucan. II. 21 p. 184. Voci pigrae autem reparatae fides additur exemplis et iis, quae in medium attulerunt Heinsius Ovid. Met. IV. 470 p. 282. Burmannus XI. 603 p. 794 et Claudian. Prob. et Olybr. 169 p. 16 sq. Cortius Lucan. V. 434 p. 633, et ipsius Statii Theb. XI 588 pigri Averni. Paris. alt. nigri cf Silv. I. 3, 42 (Conject XIX) pingues: nigros Martialisque X. 2, 7: Pigra per flumina Lethes. cod. Scriv. nigra et Claudiani Raf. II. 325: pigrasque sopor diffuderat alas Pal. nigrasque. Jam vere pigra domus dicitur, ut in Theb. VIII 637: subito quum pigra tumultu Expavit domus," pigra questus autem (cf. Silv. II. 6, 38: femineum vultu decus. Rehd. vultus. Lucan. V. 316 fultus. Berol. vulta), ut Sil. XIV. 264: Naulocha pigra pericli. XV. 504: Arar per rura pigerrimus undae" (Vechner. Hellenol. I. 18, 7 p. 179). Hor. Epist. II. 1, 124: Militiae piger," qui idem Carm. IV. 6, 17:

Sed palam captis gravis, heu nefas heu,
Nescios fari pueros Achivis
Ureret flammis

non dubito quin Achillem illum impigrum et acrem (Epist. ad Pis. 121) nec umquam „excussum coeptis" (Theb. II. 570) dixerit coepti gravem:

Sed palam coepti gravis, heu nefas heu,

ut Claudianus Eutr. I. 350: Atque aliquis gravior morum cf. Barth. Ruf. I. 377 p. 1186. Cui insolentiae vere capiendae impares librarii aut vacuum reliquerunt locum (id quod factum est in Turicensi, Graeviano, Reg. Societ. codice) aut captis, captos, victor, raptor suffecerunt. Verum illuc revertor. Idem enim verborum ordo et aliis in locis cernitur et Theb. VIII. 454: Cultor Ion Pisae." Denique non dissimulo rectius fortasse, quam miseram aurem, quam aegram esse Imhofius allato Horatio Sat. II. 3, 29 interpretatur, sumi hic mersam

(vid. adnot. Eclog. v. 34) id est non arrectam, sed demissam (Peerlk. Hor. Carm. II. 13 p. 205 sq. cf. Psell. Op. p. 142: τὰ ὦτα ὀρθώσετε. Him. Or. XXIII. 2 p. 770: ἐγὼ μὲν ὀρθοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἱστήκειν τοῖς ὠσὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν τὴν τριπόθητον. Boiss. Eunap. p. 359 et Anecd. V. p. 270 cf. Jac. Philostr. Im. I. 19 p. 326); satis enim congruit illud Platonis Rep. X. p. 613. C: τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες cum his Statii aliorumque exemplis: collaque demersere humeris, mersusque humeris, mersa nare, mersa lumina, quae composuerunt Barthius Theb. VI. 800 p. 605 (cf. V. 503: languentiaque ora comanti Mergit humo) et Burmannus Quintil. Decl. XIX. 4 p. 366. add. Coripp. Jo. V. 323: cutis arct, lumina mersa, Infectae pallore genae.“ Atque hoc quidem:

mersamque accessus ad aurem

(sive nullus accessus nisi ad mersam aurem) minime latet Statio aliquunto dignius esse, quam istud Kochii iuventum Conject. p. 16: miser atque accessus ad aures.“ Quod tantum abfuit, ut confirmaretur aut Theb. V. 594: ingeminat misera oscula tantum Incumbens“ atque ejusmodi locis, quibus effici videretur miserum aditum non minus recte dici, quam superbum (Sen. Herc. Fur. 164) atque in contraria sententia facilem et mollem (Burm. Quintil. Decl. IX. 2 p. 191), aut Sen. Ag. 418: refugit loqui Mens aegra tantis atque inhorrescit malis.“ Octav. 110. 165. 474. 561. Coripp. Jo. VI. 165. VII. 140. Priscian. Perieg. 414. 521. 919 ac disputatione Hauptii Obss. p. 45 sq. laudata a Lachmanno Lucret. III. 531 p. 173, ut quoddam quasi fundamentum ab eo p. 13 haberetur versus Theb. XII. 808:

Vix novus ista furor veniensque implesset Apollo

sic constituendi: novus atque implesset Apollo.“ Nimirum qui Statium sua ipsius doctrina metiretur accidit ut et librariis esset incautior sequutis aliquid in nomine novus semel ponendo et quod esset a latinorum scriptorum consuetudine longissime sejunctum (qui quos deos novos vocaverint, docet Ruhnkenius Vellej. II. 82 p. 155 et Sidonius Apollin. Epist. VIII. 9 p. 515: „me scribere qui subinde cogis Ac si — novus Apollo — gryphas agam,“ quocum multum discrepat Halieutici versus 85 p. 184 Wernsd.: novo cessissent nubila Soli“), inferret ejus vocabuli loco, quod nemo negaverit ferri potuisse aut sic explicatum: vix novus veniens furor et Apollo implesset“, ut Coripp. Jo. II. 168: lucos — Tempestate putes nimia veniente moveri“ aut illustratum comparatione Theb. X. 341: Saepe veni, saepe hanc dignare irrumpere mentem.“ Barth. VI. 799 p. 605 (cf. et Ruhnk. Ovid. Her. V. 56 p. 36 et Silv. I. 6, 11: Hunc rorem veniens profudit Eurus,“ quae verba vere explicavit Oudendorpius ap. Burm. Eleg. de Phoen. 44 p. 1041 cf. in Suet. Aug. 98 p. 335). Quamquam ego non dubito veritatis numeris hoc demum absolutum dicere:

Vix novus ista furor vemensque implesset Apollo.

Quod ejusmodi locis, qualis est Eur. Bacch. 300: ὅταν γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολύς. Nauck. Cur. Eurip. I. p. 59. Coripp. l. d. Stat,

Theb. XI. 216: Nec te vana fides — Tyrios nimium irrupisse penates" (cf. Barth. X. 921 p. 1284). Silv. I. 2, 84: haud ulli vehementior umquam Incubui" cf. Lennep. Terentian. Maur. Add. p. 428 (Boeth. Cons. Phil. I. 3 p. 609. A: valentior incubuerit"), confirmare longum est; utriusque vocis permixtae testis est Lachmannus Lucret. II. 1024 p. 133.

XIII.

Non minore corrigendi levitate notabilis O. Muellerus Mus. Rhen. XVIII. 2 p. 196 in locum Theb. III. 186:

funerea cum laude potitus
Infelix Athamas trepido de monte veniret
Semianimem heu laeto referens clamore Learchum

hoc ausus est inferre: strepitu demente veniret," quod neque ipsum reprehensione caret (quamvis simile Senecae Herc. Fur. 975: compesce dementem impetum" et Silv. II. 1, 12: stat pectore demens Luctus," quales locos afferre supersedit Muellerus) neque cum illis verbis: heu laeto clamore" apte congruit. Rectius sensit vel vetus Scholiasta p. 728: „trepido) incerto, incantationibus parato" et Barthius: „Boeotiae montibus fere omnibus divinum aliquid tribuere poetas alibi diximus. — Papinium puto etymon montis allusisse; μολυρὸν enim νωθρὸν, βαρὺ interpretatur Hesychius." Cui opinationi miror non adversatum esse Burmannum Ovid. Met. IV. 524 p. 287. Nimirum idem Statius usitate loquitur III. 568: Inviso de monte redit," insolentius et XI. 319: insani culmina montis" et hic: trepido de monte" (Vet. Schol. Achill. I. 17 p. 1592: trepidum: ad earum rerum conspectum") in contrariam partem spectans ac II. 79: Ipse etiam gaudens nemorosa per avia sanas Impulerat matres Baccho meliore Cithaeron." Fugit hic locus Jacobum de Valerio Flacco III. 218: trepidi singultibus agri Labentum" uberius commentatum Quaest. Epic. I. 4, 4 p. 99 cf. Hertzb. Prop. IV. 6, 83 p. 468. Burm. Val. Flacc. I. 591 p. 109. V. D. Misc. Obss. I. 2 p. 217; fugit etiam alter locus Theb. VI. 67: equi — trepidas spumare per herbas" (ubi Glossa Scheftlar.: pro ipsi trepidi adventu illius") et 426: „trepidantibus ingens Descendebat agris," fugit Claudianus Prob. et Olybr. 74: „trepidas laxaverat Alpes. VI. Cons. Hon. 443: trepidis admoverat agmina muris" (Busch. Pasiphil. Argum. Sil. XIV v. 11: trepidos mox spargit in agros Signa"). Cf. Theb. X. 174: pavet omnis ager. V. 567 (Jac. l. d. p. 67): pavidos lucos. VI. 191: moestoque novissima campo Exit. XII. 359 et 732 campum — trucem. Virg. Ecl. V. 28 et Ovid. Ib. 533 montes feri. Sen. Phoen. 34: Cithaeron saeve, crudelis, ferox" (cf. Barth. II. 80 p. 305). Grat. Cyn. 510: Garganumque trucem. Claudian. Pr. Cons. Stil. I. 229: lucosque verenda Religione truces. Paulin. ad Nicet.

p. 857. B: extracta trucibns caveruis Asplde.“ Neque omitteudns hic — nam alia expromentur Emend. Prop. IV. 3 — locus Theb. IV. 141: Hylaeus ah antro Praecipitat: pavet Ossa vias;“ haec enim vera est descriptio ejus versus, non illa, qua verba: pecudesque feraeque Procubuere metu“ cnm illis: pavet Ossa vias“ praeclare congruentia et ad ingentis metns, quo cum ipso monte animalium omne genus exterreri videretur, veritatem accommodatissime scripta sive Kochius sive Muellerus (neque enim satis memini) interposita voce vias imperitius diremit: Praecipitat (pavet Ossa) vias.“ Nec hoc quidem latet recte dici Ossam vias Hylaei qnoquoversus ernmpentis expavisse, at ipsum Hylaeum diceudnm fnisse ah antro viam praecipitasse.

Eadem vox in Theb. XI. 325 posita:

et ad lituos bilarem trepidumque tnbarum
Prospiciebat eqnnm

Kochio I. d. p. 12 causa fuit ad hanc delabendi correctionem: strepitumque tnbarnm.“ Quanto rectiore judicio Bochartns haec pronuntiavit I. Hieroz. II. 8 p. 150, 67: „ad lituos bilarem intrepidnmqne tubarnm Prospiciebat equnm. Quos versus cnm scripsit Statius, videtur habuisse in animo hunc Columellae locum de generosi equi notis VII. 28: Si hilaris, si intrepidus neque aspectu novae rei terretnr.“ Ac tneutnr vocem intrepidum Barthii codices, iu qnibus est intremidumque (cf. Bronkh. Prop. IV. 1, 43 p. 379) et Vet. Scholiasta p. 1349: Nec trepidantem ad quoscnnque tumnltus bellicos“ ac Qneckii libri et Frisingensis, iu qno reperi intrepidum. Hinc proclivi deverticnlo pergere licet ad Caesaris locum B. G. VI. 21, 3, de qno mirnm cst a nullo adhuc similem errorem esse hac ratione sublatum: „Magistratus, qnae invisa snnt, occultant, quaeqne esse ex usn jndicaverint, multitudini produnt“ cf. Dorv. Charit. p. 603. Gron. Tac. Ann. I. 24 p. 56 Rup. Nec Porcius Latro XXIV. p. 1098 non videtur Siccium impotentissimum potius, quam potentissimum hominem vocasse et Lactantius Theb. VII. 43 Martis immortalem domum potius, quam mortalem (cf. Quintil. Decl. VIII. 13 p. 178: breve videatnr mortalibus oculis. Witt. Leid. pr. Voss. sec. immortalibus), Seneca autem Oed. 645: Erinuys — Trabam insonantes verbera (ut Virg. Aen. VII. 450), quam sonantes. Etiam adjiciam apud Statinm VII. 311: servant ingentia“ id ipsum, qnod Barthius et Gronovius conjectura asseqnnti sunt: servantem, extare in Frisiugensi a correctore consignatum eodemque dirigere Monaceusem codicem, cujus corrector exaravit servatur. Postremo eodem vitio affectum esse versum Silv. IV. 4, 102 panlo inferins ohtinebimns cf. Adn. Eclog. 26 p. 41. Avieu. l. Conject. XII p. 204 d.

Nec peritius idem Kochius consuluit loco Theb. V. 308:

Perdidit una omnes orbata excisaqne mundo

hnjus mutationis anctor suasorqne p. 7: excisaque nocte.“ Sed ne Bentlejns qnidem qni proposuit fundo, boc perspexit mnudo nt aliis lu locis (Voss. Valer. Flacc. I. 829 p. 139 sive Wernsd. Lncil. Aetn. 227 p. 136. Burm. Val. III. 225 p. 263 cf. Claudiau. III. Cous. Hon.

160: vinclis: undis), ita hic describentium (parum enim differunt mūdo et vinclo) levitate id factum esse, quod fuerat vinclo, excisa autem, quod fuerat excussa (cf. Cort. Lucan. II. 437 p. 263. Martyni — Lag. I. 119 p. 41. Martial. XII. 14, 4 Thuan. excusus. VII. 27, 6 Berol. excisso. Arator. Act. Apost. I. 334 Cantabr. succisso). Ut facillime agnoscamus haec ab ipso poeta profecta:

Perdidit uno omnes orbata excussaque vinclo
Indigenas,

(cf. et adnot. Eclog. v. 46 et Conject. XIV), cum qua sententia comparari consentaneum est Valerium Flaccum II. 399: thalamos excussaque vincla quod ausae Induere." Heins. Claudian. B. Get. 311 p. 452. Lactantii autem verba v. 306: nota situ) corporis nobilis" (codd. Barth. Monacc. temporis cf. Ovid. Met. XI. 639 longo corpore. codd. Burm. p. 796 tempore. Cort. Lucan. VII. 406 p. 204) sic videntur emaculanda: temperie nobilis.

Nec justam ob causam ab eodem Kochio p. 7 hoc commento: spirantia (infantia Schrad.) mutatum est, quod in ejusdem libri versu 160 legitur:

accingunt sese et mirantia ferro
Pectora congestisque avidae simul undique dextris
Perfringunt.

In hanc enim sententiam verba et colligenti et interpretanti mihi: „accingunt sese et ferro dextrisque mirantia pectora perfringunt" suffragantur et codices omnes et Scholiastae Barth. p. 106: „pueri pectus rescindunt stupentis ad novam et inauditam crudelitatem matris et cognatarum mulierum. Pueri innocentis mirantis quare in se talia pararent" et Lactantius: „id est admiratione digna et quae nisi a talibus matribus violare (violari Barth.) ferro nullus (nemo Barth.) videret," quae verba communi librariorum omnium, praeterquam quod in Monacensi A haec discrepant: quae visi — nullus auderet," flagitio depravata his videor remediis sanare: id est (pueri) admirati omnes; signate, quia (cf. Electt. e Lact. Comm. I. 121 p. 26) vix a talibus matribus violari ferro puerulus videretur." Ac simillime Claudianus R. Pros. III. 129: Injussaeque manus mirantia pectora tundunt cf. Stat. Theb. VII. 799: Mirantesque inclinat equos." Boeth. de Cons. Phil. I. Metr. III. 10: subito vibratus lumine Phoebus Mirantes oculos radiis ferit." Paulin. de St. Joanne p. 736. A: dum promissum cunctantia corda volutant."

Quamquam Kochius iste spirandi verbo (quod ab ipso Statio positum Theb. IV. 609: Immortale odium spirans" de auctoritate Frisingensis libri censeo sic immutandum: odium aspirans" in hanc sententiam: qui gressum retinet, non retinet odium, sed quo ipse non procedit, adspirat odium) adeo delectatus est, id ut in Silvarum locum hunc IV. 4, 102:

nec enim Tirynthius almae
Pectus amicitiae

inferre hoc modo ausus: nec enim spirantius almae" non parspiceret, quanto et integrius Latinaeque consuetudini convenientius ac probabilius esset id, quod a Grotio optime inventum esse praedicarunt Duebnerus Queckiusque: retinentius. Nec Grotii solertiam aequavit Imhofius l. d. p. 41 tale aliquid consectatus, quod nulli librariorum injuriae aut fraudi objectum fuisse facile concedent omnes. „Vrat., inquit, ti rintius, unde totidem ductibus restituendum: te mitius." Accedit, quod nec praeclaro, quod de Marcello poeta facit, judicio mitis animi et mansueti commemoratio satisfacit et valde displicet eadem vox frequentius quam pro sententiarum necessitudine repetita et in eadem versus sede deinceps collocata: noti tibi vatis amorem. nec enim te mitius almae. cedit tibi gloria fidi." Circumspicienti igitur vocabulum, quod merito dicas de penetrali Statianae facundiae repetitum, quum in mentem veniret et Trivultiani codicis, in quo pro Tirynthius Coripp. Jo. V. 202 legitur terrinteus cf. Stat. Theb. XII. 67 cod. Frisiug. m. pr. Thirentius. Ovid. Trist. IV, 1, 21: nec Thracia, irentia, tirintia (de quo loco infra XIV dicetur) et illius discrepantiae, quae cernitur Theb. IV. 784: certantia plaudunt Orgia." Frising. iterantia, praesertim relecto loco Theb. VII 640: Certat opus ferri" et iis, quos contulit Burmannus Val. Flacc. V. 645 p. 483, suspicari succurrit hoc olim scriptum fuisse: neque enim certantius almae Pectus amicitiae: cedit tibi gloria fidi Theseos" sive hoc: certantius almae Pectus Amicitiae (cf. IV. 2, 28: glaucae certantia Doridi saxa." 6, 8: Vinaque perpetuis aevo certantia fastis." I. 2, 87: Abydeni juvenis certantia remis Brachia." Sil. VII. 199. Ovid. Met. XIV. 794. Hor. Carm. II. 6, 15, de quo genere prave praecepit Heinsius Adv. I. 2 p. 10; omitto enim eos, qui ad Hom. Il. IX. 389 exemplum expressius scripserunt). Inde Rebdigerani libri vestigia etiam atque etiam rimatus, quum simul non temere suspicari viderer ad inferendam labem illam aliquantum valuisse locum olim a nonnullis in comparationem adductum Silv. IV. 6, 90: Tirynthie — te — ambit — casta Meas domini, cui prisca fides coeptaeque pereune Foedus amicitiae" et recordarer vitii illud genus, quod modo in perpoliendo versu Theb. XI. 325 disceptavi, sensi et penitus intellexi Statio deberi hoc:

penitus noti tibi vatis amorem
Corde exire veta: neque enim intemeratius almae
Pectus amicitiae.

Ut apud Apulejum est Flor. III. 16 p. 68: ut integrum et intemeratum vestrum esset beneficium" (cf. Cic. Coel. 5: integrum atque inviolatum. Sull. 17, 49: inviolata vestra amicitia, integro officio" cf. Serv. Aen. II. 143 p. 131 et XI. 584 p. 41 et Gloss. Paris. 357 p. 182: Intemerata, integra, inviolata"). Met. II. p. 164: intemeratae veritatis documenta perlucida." Tac. Ann. I. 49: quarum ea seditione intemerata modestia fuit." Virg. Aen. II. 143: Intemerata fides (Prosp. Aquit. Sent. LXXVI p. 648. B. XXIII p. 634 A: fidei virtus intemerata manet." Boeth. Cons. Phil. V. 6

p. 862. C: manet intemerata mortalibus arbitrii libertas"). III. 178: munera libo Intemerata." Stat. Theb.IV.579 sacerdos. Silv.V.1, 60 mallet cum paupertate pudica Intemerata mori" id est casta Schrad. Animadv. ad Mus X. p. 205. Marcian. Cap. I. 6 p. 24: Sophia prudens sanctaque intemeratiorque cunctis pulchriorque virginibus." Alma amicitia autem, ut XI. 98: alma fides pietasque." Vet. Schol. p. 1307: amor fraternus, quem almum sive sanctum vocat." Wopk. Paulin. Petroc. de Vit. Mart. VI. 71 p. 921, pectus almae amicitiae, ut apud Martialem IX. 14, 2: Hunc — Esse putas fidae pectus amicitiae" et Manilium II. 582: nihil ex semet natura creavit Pectore amicitiae majus," quibus a Gevartio p. 430 (et Salvagnio Ovid. Ib. 27 p. 24) allatis addere Quintilianum Decl. I. 10 p. 25 (a Burmanno Ib. l. d. non omissum cf. Barth. Adv. I. 16 p. 37): violare non est ausus pectus odiorum" sic fugit Marklandum, ut hunc ipsum locum comparatione illorum illustrare Schultingium p. 25 sq. cf. Eleg. de Maec. Morib. 26: Pectus eram vere pectoris ipse tui" Barth. Adv. XVIII. 2 p. 936.

Quibus ita propositis facere non possum quin injuriam defendam eidem Statio Theb. III. 202:

nec quod tibi, Delia, castos
Prolapsum ad fontes specula temerante profana
Heu dominum insani non agnovere Molossi

a Gronovio et Marklando Silv. II. 6, 80 p. 250, quem Gronovio omisso laudavit Queckius, conflatam id, quod in Paris. pr. et aliis libris legitur, praeoptando: temerare (te, Delia, temerare Markl.); nam nec qui volens speculatur loturam deam, recte dicitur volens temerare (hanc enim potius interpretationem recipiunt illa: prolapsum ad fontes temerare, quam illam, quam Duebnerus proposuit: ad fontes ita delatum, ut temeraret — fontes vel te") aut qui tentare deam audet (nam hanc quoque famam extitisse subtilius, quam Barthius p. 235, nos docuimus Theb. Parad. p. 379), oculis dumtaxat temerare scribi potest nec fas fuit ipsum temeratorem illi Aletae videri deflendum. Nec Weichertus, quem video Epist. Crit. de Val. Flacc. Argon. p. 89 haec professum: „neque ego sani quid extricare queo, nisi ea verba ita corrigantur: specula temerata profana, ita ut Diana temerata i. e. profanata hominis adspectu dicatur," perspexit, quid verum esset et Statio dignum. Qui enim reputaverit, quid permiserit sibi ille VI. 161: at quin et blandus ad illam, Nate, magis" et Achill. II. 61: metuam quid enim tibi cuncta fateri, Quum Grajus notaque fide celeberrimus unus." VII. 649: Quis tibi Baccheos, Eumaee, relinquere cultus, Quis lucos, vetitus quibus emansisse sacerdos, Suasit? Silv. III. 4, 60: puer, superis qui praelibare verendum Nectar — Electus. Theb.VII. 101: si — Vertere tecta dabis, magnis tunc dignior aris, Tunc deus" cf. Gron. III. 563 p. 401 sq. Hertzb. Qu. Prop. II. 6, 12 p. 124, vix dubitabit, quin istud temerante provenerit ex eo, quod grammatici olim sententiae explanandae gratia sic consignaverant: temeranda (es), specula temerata autem procedente tempore factum sit, quod fuerat (ne afferam

Martia templa Intemeranda Val. Flacc. V. 642 et saxa intemerata Sil. III. 499 ac signa vapore ferino Intemerata Grat. Cyn. 223) specula ad temerata (ut IV. 609: odium spirans. Frising. aspirans. Serv. Aen. VI. 565 fertur: asseritur cf. Conject. XII. p. 203) vel specula aut temerata, haud temerata; nam „ad non raro pro aut vel haud in vetustissimo codice Vossiano scribi" testatus est Heinsius Ovid. Fast. III. 238 p 171. Drak. Liv. VI. 5, 2 p. 54, temerante et temerata autem, stimulante et stimulata similiaque „incredibile est quam saepe in libris vett. miscentur" Cort. Lucan. VIII. 413 p. 334. Ut in hunc modum ille locus videatur digerendus (cf. Conject. VII. ac XVII. add. XI. 85: Vidistis — Stygiis certe manifestus in umbris — madentem Ora ducem tabo):

nec quod tibi, Delia, castos
Prolapsum ad fontes (specula haud temeranda profana)
Heu dominum insani non agnovere Molossi.

Ubi specula profana haud temeranda dea sic dicitur, ut a Claudiano membra vestitu numquam temerata profano, sedem Quirini Barbaries oculis saltem temerare profanis iis locis, quos composuit Heinsius IV. Cons. Hon 126 p. 137; tibi autem, quod ait Duebnerus p. 304 maxime Statianum esse, sic positum est, ut in iis locis, quos in disceptandis Propertii versibus III. 7, 37 expromendi copia erit Emend. Prop. I. 4.

Postremo strictim attingam Plinii verba N. H. XXXIII. Prooem. 2 p. 61, quae qui sic exhibuit: „Nec hoc fuit satis — smaragdis teximus calices ac temulentiae causa tenere Indiam juvat" Silligius haud sane intellexit hoc graviter dici: juvat jam temerare Indiam sive libet Statio Achill. I. 64 uti interprete: repostae telluris jura rumpere, ut apud Silium est III. 499: Intemerata gradu magna vi saxa domantem" (quem apte contulit Heinsius Adv. II. 16 p. 341) et XV. 532: temeratisque Alpibus ardens In nostros descendit agros" et ipsum Statium Theb. III. 463: ferebant Nubila suspenso celerem temerasse volatu" (Barth. p. 799. Broukh. Prop. II. 15, 21 p. 177) Senecamque Med. 614: Exitu diro temerata ponti Jura piavit" similiaque apud alios, quos nominavit Burmannus Val. Flacc. I. 627 p. 113. Pintiano autem quod in libris Vossiano, Riccardiano, Toletano invenitur: temere, hoc supplemento: temerare explere tam et facile et tutum fuit, quam nobis quod apud Ammianum Colbertinus habet retere, hoc modo reparare: retraere, retrahere vid. Conject. IV. Reliqua ejusdem vitii exempla afferemus Emend. Prop. VIII. 4; nunc revertendum est ad Tirynthii nomen et de eo Ovidii loco, quem supra significavi, vero pronuntiandum judicio. Falso enim in Trist. IV. 1, 21 praevaluisse mentionem itineris et Thraciorum telorum (Heins. Merkel.) atque iter et militis ensem (Burm.) non est quod pluribus demonstrem. Quanto consultius fuerat reliquias mire diversas: interque treicia (hrahicia), intra nec treicia, thracia, Interque lrentia, inter tyrinthia sic colligere, ut in eandem sententiam atque ab Virgilio Aen. VI. 400:

Nullae hic insidiae — Nec vim tela ferunt" a Statio fuisse statuamus scripta haec: vimque atque trementia tela", ut Met XII. 98: rursusque trementia forti Tela manu torsit" cf. Burm. 79 p. 815. [4a])

XIV.

Vacillare aliquid in loco Theb. VI. 496:

> Anguicomam monstri effigiem, saevissima visu
> Ora movet, sive ille Erebo seu finxit in astu
> Tempòris, innumera certe formidine cultum
> Tollit in astra nefas

nemo adhuc perspexit. Nec vero hoc obscurum est non constare nomini Erebo rationem nisi oratione in cum habitum reformata, quem invenisse videatur Vetus Scholiasta p. 532: „Sive ora Furiae alicujus ab Orco transsumsit sive finxit." Quare aut ipsum sumendi verbum reparandum est hoc modo: sumta illa Erebo — nam conjectare: sive ipse, Erebus seu finxit" (cf. Val. Flacc. III. 345. 708) vetat Scholiasta — aut voces siuille sunt illa, quam alio loco patefecimus, ratione ad hanc speciem revocandae: siit ille id est ciit ille, ut hic sit ordo: Sive Erebo ciit, sive finxit —, innumera certe formidine cultum" (cf. Gron. Sen. Herc. Oet. 1260 p. 677. Orell. Hor. Carm. I. 3, 16 p. 27); ipsum autem illud ciit ut iusolens ita usurpatum Charisio III. p. 244, 11: cieo cies cii et civi" et Prisciano IX. 8, 41 p. 477, 12: cieo civi et per syncopam cii." X. 9, 49 p. 539, 50. 54 p. 543, 14: cieo, civi vel cii," non magis, quam illud pandi (Adnot. Eclog. v. 38) dubitemus reddere Statio (qui quidem I. 228 posuit „excitam a sedibus imis Eumenidum — aciem" cf. Sen. Herc. Fur. 86: ab imo Tartari fundo excitae Eumenides"; nam Ciris versum 202 a Bembo sic proditum: oriens Erebo cit equos Nox" merito praeterimus). Tertium hoc restat, quod ego verum arbitror, ut haec describendi ratio sumatur, cujus auctorem profiteri licet ipsum veterem Scholiastam:

> Anguicomam monstri effigiem (saevissima visu
> Ora movet sive ille Erebo seu finxit — —
> — —), innumera certè formidine cultum
> Tollit in astra nefas.

Ubi movet et finxit non minus carent reprehensione, quam VII. 656: Et rubet — thorax — et fibula mordebat iaspide pallam." VI. 894: sudasse, quum fraude reperta Raptus in excelsum — Nec licet — matrem contingere." Achill. II. 41. 447. al. Cort. Lucan. II. 328

[4a]) Eidem Ovidio Trist. III. 12, 2: Longior antiquis visa Maeotis hiems" (Lachm. Lucret. I. 360 p. 38 intepuit visa Tomitis hiems) hoc restituendum esse: Longior antiquis vix Tanaitis hiems" docuimus Anal. Prop. XI. p. 75 sq.; in Nuce autem 110: Aonium — Harma Theb. Parad. II. 5 p. 165.

p. 243, verba Erebo movet autem comparationem habeat et cum versu X. 831: sive ille profunda Missus nocte furor" et cum versu V. 75: fugistis Amores, Motus Hymen" (cf. Boeth. Cons. Phil. I. 4 p. 628. A.: qningeutis fere passuum milibns procul moti"). IV. 35. 495. Claudiau. R. Pros. I. 41: nd castra movet (al. vocat) palleutia Manes." Ruf. II. 150. Val. Flacc. VI 70. Cort. Lucan. I. 565. p. 148.

Verum nondum absolvimus. Quouiam euim nullo pacto probari potest emeudatio, quae in altera versus parte: finxit in astu (finxerat aestu codd. Barth. cf. Wernsd. Inc. de Fort. Viciss. 3 p. 242) proposita a Kochio l. d. p. 8: finxit in usum" nihil habet justi artificii (cf. Quiutil. Decl. I. 14 p. 33: fingere ad tempus"), faciendum est, ut quod legitur apud Gellium XIV. 1 p. 209 Cour.: eodemque genere mortis eodemque ictu temporis universi simul interirent", exiguo conatu, ut apparuit adn. Ecl. v. 77, rediutegretur in hunc modum:

movet sive ille Erebo seu finxit in ictu
Temporis.

Gellio autem subuectere uon alienum est ad explanandum vocis ictus multiplicem usum primum Boethium Cous. Phil. V. Metr. II. 11 p. 838 A.: „Quae siut, quae fueriut veniautque Uno mentis cernit in ictu" et Pros. IV. p. 850. A.: „illo ictu mentis formaliter, ut ita dicam, cuncta prospiciens." VI. p. 862. B.: „nec alternat nunc hoc nunc illnd praenoscendi vices, sed uno ictu mutationes tuas manens praevenit atque complectitur." Inc. Eleg. de Fort. Viciss. 27: „uno nos abstulit improbus ictu, Mentem etiam et Musis pectora nota, furor." Ammian. Marc. XXI. 9, 4: „vectusque mutatione celeri cursus publici trausitis Alpibus Juliis eodem ictu Florentiam — secum abduxit." XVIII. 8, 12: „misti cum Persis eodem ictu procurrentibus ad superiora nobiscum", quibus locis nihil firmius afferri potest, quo defendatur ab injuriis Davisii Oudendorpiique locus Bell. Afric. XVIII. 4: „imperat, ut uno ictu coutenderent ueque remitterent, douec ultra ultimos colles hostes repulisseut." Omitto uotiora illa, quae exposuerunt Dausquejus Sil. V. 45 p. 206 et Cortius Lucan. VII. 622 p. 237 Burmannusque Quiutil. Decl. III. 1 p. 60 (add. Seu. Vit. Beat. 12: „stulti et inaequales et sub ictu poenitentiae positi") et Wopkensius Jul. Obseq. 87 p. 264, atque Gualtherum Alex. III. 46 et Josephum Isc. V. 416: „septem solo consumit in ictu" (quocum verbis, nou re conciuit Symposius Aenigm. 75, 1: „solos prodit ad ictus") et Paueg. Bereug. I. 233: „gemiuos uno cum sterueret ictu Ille viros", quo in Quintiliani Declamatione I. dicam recte legi 4 p. 9: „parricidium uno ictu explicuerit." p. 10: pater uno ictu perierat. 17 p. 38 (II. 17 p. 54), falso prodita esse haec 14 p. 33 sq.: „praeteutare (potes) pectus — ubi statim mors sit, ubi de spiritu sanguinis ictum explorare ante et cognoscere licet. potest et uno ictu mulier occidere." Errare enim eum, qui sanguinis ictum dici pulsum (Burm. Ind. Rer. et Verb. v. Ictus) putat, non minus docent verba proxime superiora: „ubi assiduo visceris pulsu non quiescat anima," quam qui morbi

casum, quem Graeci vocant ἀπόπληξιν, latine dici sanguinis ictum, impetum obtinuit, Salmasius Capitol. Antonin. Phil. 14 p. 346. Qaare non dubito illum locum ita, ut recondítius quoddam verbum ibi reparetur, ubi in Voss. sec. extat hoccum (cf. Macrob. Somn. I 21, 4 itum Rehd. sec. ortum. Adnot. Eclog. v. 77), digerere ac reconcinnare in hanc sententiam: „praetentare (potes) — ubi statim mors sit. Ubi de spiritu sanguinis ostium explorare et cognoscere licet, potest et uno ictu mulier occidere."

Sed redire juvat ad Silvas ac rem iis locis, quos et paulo superius et VII. et Adnot. Eclog. v. 35 disceptavimus, adjunctiorem explorare. Satis enim mirari neqaeo cum omnibus tum ipsi Heinsio Ovid. Her. XXI. 165 p. 315 non improbatum esse illud, quod legitar II. 2, 147:

Tuqae nurus inter longe pulcherrima.

Namque loco movendum esse vocabulum longe vel longae (Rehd.) nemo negaverit, qai quid sermonis elegantia requirat planius perceptum habeat memineritque vel hacc exempla I. 2, 163: O mihi Laurentes inter dilecta puellas. 201: Latios inter placidissime vates. 114: Latias metire quid ultra Emineat matres. 273: pulcherrima forma Italidum. Martial. IV. 75, 2: felix, Nigrina, marito Atque inter Latias gloria prima nurus (cf. Ovid. Met. XV. 486: Exstinctum Latiaeque nurus populusque patresque Deflevere Namam. Sil. VII. 74: Patres Latiasque nurus. Cort. Lucan. I. 586 p. 153). Qaid multa? quum pervagatissimus sit ille error, de quo manarunt haecce: Manil. II. 9 latices. codd. lances. Lact. Narr. Fab. IV. 6 Clytie. Parm. ap. Burm. p. 259 Clyne. Stat. Theb. VII. 757 Action: Aenon (Conject. III.), haud sane ambigo pro eo, quod supra posui Conject. IX. p. 194:

Taqae nurus inter Latias pulcherrima,

id consignatum extitisse, quod Ovid. Fast. IV. 133: „Rite deam Latiae colitis matresque nurusque" in Berolinensi invenitur lane (lacie Gotting. Bavar. laciis Jun. pr. Claudian. R Pros. II. 177. lascil cod. Gaillerm. Apul. Gest. Rob. Wiscardi I. 162 cf. Claudian. Pr. Cons. Stil. I. 282 laterum. al. lacerum. Latium), inde provenisse primum louae (lociae, ut Martial. X. 6, 2 Latia—uaru. Palat. Locia. VII. 63, 2 Gud. tota), deinde longae (ut apud eundem Martialem X. 26, 1 Latia modo vite" in Voss. longo modo" cf. Arntz. Arator. I. 958 p. 157 et quae supra attulimus IX. et V.: patuisse: potuisse. parte: sorte. marte: morte et toto: tota Conject. V. uno: una Conject. XIV. et quae expromentur Emend. Prop. VIII. 3, valuisse: volvisse), longe, longae autem pro latias sic erupisse, ut apud Martialem VIII. 15, 4: „Et ditant Latias tertia dona tribus" in Put. Voss. Latiae.

Nec in contrariam partem non peccatum est: documento sunt Martial. VI. 85, 1 sine te. Berol. sitic. Lucan. VIII. 491 languent. Guelf. 3 latigunt. Sen. Epist. 59 vina. codd. (Burm. Prop. IV. 6, 85 p. 826) vitia. Hic vero longinquae memoriae recordatione admoneor de Tibullo I. 7, 13:

An te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis
Caeruleus placidis per vada serpis aquis.

Quem locum qui a Lachmanno hac ratione: tactis — ulvis vere restitutum esse credit Hauptius nec hoc docuit recte dici tactis aut commodius ulvas afferri, quam umbras (Curt. III. 4, 8: „multa riparum amoenitate inumbratus" cf. Claudian. Prob. 259. Avien. O M. 67) nec perspexit ea requiri, quae propria essent Cydni, non communia plurimorum fluviorum. Quare quum constet Cydnum esse πολυχεύμονα (Leon. Diacon. III. 10 p. 51, 21) „baud cuiquam secundum flumen magnitudine — et aquae vehementia" (Jul. Valer. Gest. Alex. II. 31 p. 117, 118) ac dignum nomine Ἱέραχος (Niceph. Phoc. de Velit. Bell. 20 p. 242, 16 cf. Cram. Schol. Iuvenal. III. 117 p. 89. Strab. XIV. p. 673 et Eust. Dionys. Perieg. 867 p. 269, 7 ψυχρόν τε καὶ τραχὺ τὸ ῥεῦμα cf. Plut. Cat. maj. 20), quamquam vere tantummodo eum tumere scribunt Solinus 38 p. 49 C. et, qui neglectus est ab Jacobo Quaest. Epic. III. 1 p. 103, Isidorus XIII. 21, 20 p. 430, suffici consentaneum fuit hoc:

tantis qui leniter undis.

Nam „tantus in nota magnitudine dicitur pro valde magnus" Cort. Lucan. III. 287 p. 357. Sillig. Cul. 266 p. 92. Ut intelligatur mirabilem scribi a Tibullo fluvii, qui de Tauro monte vehementiore aquarum agmine praecipitatur (Solin. l. d.), placidum cursum atque exitum, de quo qui aliquid dixerunt Huschkius p. 191 et Bernhardyus Dionys. Perieg. 868 p. 764 cf. Wess. Obss. I. 14 p. 47. Oberlin. Vib. Seq. p. 96, nec tacitas aquas gravati sunt nec istud leniter. In permiscendis autem vocibus tantus et tacitus frequentius exspatiati sunt librarii, veluti apud Claudianum Epith. Pall. 50 tantae laetitiae in Moret. pr. tacitae et, ut praeteream Culicis versum 266: tanto maerore" a Marklando Silv. V. 1, 201 p. 353, id quod Silligius ignorat, sic immutatum: tacito, in iis locis, quos indicarunt Oudendorpius Apul. Met. I. p. 42. Drakenborchius Liv. XL. 9, 5. Schwarzius et Arntzenius Mamertin. Pan. 1 p. 10 sq. cf. Weichert. Epist. Crit. de Val. Flacc. p. 39 sq.

Nec de proximo versu docti homines probabiliter disseruerunt. Tantum enim abest, ut cum alii tum Burmannus Lotich. Carm. III. 29, 14 p. 558 et Meinekius Anal. Alex. p. 277 caeruleum fluvium recte interpretentur eum esse, qui aquarum puritate excellat, ut appareat a poeta illo quidem a reconditiorum fabularum commemoratione non omnino alieno hoc dici: Cydnum candidum fluvium — sic enim ajunt Solinus et Isidorus ll. dd. cf. Gualth. Alex. II. 148: „Purus et illimis — Contentus sese est nullaque aliunde ruentis Admittit torrentis aquas" — per vada serpere caeruleum (Jacob. Quaest. Epic. p. 79 sq. Auson. Mosell. 482: stagnis — caeruleis) factum admixta ejus fontis aqua, de qua memoriae prodiderunt Stephanus Byzantius Eustathiusque (Parthen. fr. XXIV. p. 277): κώμη Γλαφύραι, ἐν ᾗ πηγὴ ἀπὸ ῥωγάδος καταῤῥέουσα καὶ συνιοῦσα τῷ εἰς Ταρσὸν συμβάλλοντι ποταμῷ, περὶ ἧς Παρθένιος — καθαρῷ ἐπεμαίνετο Κύδνῳ — Εἰς ὅκε μιν Κύπρις πηγὴν θέτο μῖξε

δ' ἔρωτι Κύδνου καὶ νύμφης ὑδατόεντα γάμον. Nisi cui obscurum est, quam praeclare et ad adjuvandum loci sententiam et ad tollendam eam difficultatem, quam babet oratio illa nequaquanquam ab Jacobo l. d. p. 162 satis explicata: leniter — placidis aquis serpit", prosit substituta vox placitis:

Caeruleus placitis per vada serpit aquis.

Cui instituto et ii suffragaatur, qui perpetuam esse vocum placitus et placidus contentionem docuerunt Gronovius Stat. Theb. VII. 190 p. 571 et Marklaudus Silv. V. 5, 37 p. 406. Heinsius Claudian. Id. V. 43 p. 675 et quibus locis dicit Drakenborchius Sil. I. 11 p. 3. Broukhusius Prop. I. 20, 21 p. 84. Burmannus Virg. Georg. II. 425 p. 344 et Aen. IX. 445 p. 427. Arntzenius Nazar. Pan. Constantin. 38, 4 p. 642, et congruit testimonium Dionis Chrysostomi XXXIII. p. 11, 35: οὐχ αὐτὸς ὁ Κύδνος ἄνω καθαρώτερος; atque ea res, quod hodie Cydnum Kara — Su sive aquam nigram vocari testes sunt Freinshemius Curt. III. 4, 8 extr. et Oberlinus Vib. Seq. p. 96. Solino Isidoroque autem, quo partes ab Valesio Ammian. Marc. XXV. 10, 5 p. 122. Freinshemio et Burmanno ac Meinekio ll. dd. inchoatas expleamus, adjungi par est Ovidium Art. Am. III. 204 (Lotieb. l. d.): „lucide Cydne." Valerium Maximum III. 8 ext. 6: „aquae liquore conspicuus." Julium Valerinm l. d. p. 117: „perspicui agminis nimio rigore." Nonaum XVIII. 287 διαυγέα Κύδνον Themistium Or. II. p. 47 sq. Κύδνου — τοῦ ποταμοῦ ψυχροῦ ῥέοντος καὶ διαυγοῦς. Steph. Byz. p. 605, 23 (Arrhian. II. 4, 7) ψυχρός τε καὶ καθαρός.

Cydnum igitur caeruleum non abnuimus, sed Carnuti flavi caerulam lympham in versu proxime superiori (12) memoratam adeo non ferimus, ut prope audeamus vocem inferre ut ad inveniendum facilem (cod. Paris. cerrula cf. Rutil. It. I. 112 vernula. Scriv. garrula), ita a Tibulli consuetudine sejunctiorem: „Carnuti vernula lympha", qaa fere ratione dictum hoc invenimus a Symmacho Epist. IX. 78: „ubi omnes molestias, quas Pado auctore tolerasti, sollicita lectione perceasui, accusato vernula tao flumine, cujus turbidos meatus et infidum agmen expertus es, retuli conservationis tuae gratiam diis auctoribus Bonaeqae Fortunae" (cf. I. 8: „Mosellam — clariorem hoc nostro populari Tiberino reddidisti." Ovid. Met. I. 577: „popularia flumina", qui idem in contraria sententia posuit advenam Tibrim Burm. Prop. IV. 1, 7 p. 707 sq. Claudiaa. VI. Cons. Hon. 496), ab Juvenale V. 105: „lupus — Vernula riparum" Sidonioque Apollin. Epist. IX. 15 p. 609: „Japygisque verna cycnus Aufidi" (Rutil. It. I. 112 „vernula — avis", quod Munckerus quoque Fulgent. I. p. 604 param recte cepit), Carm. XXII. 116 „vernam senatum, alibi versus Mytilenaei oppidi vernulas", ab Ennodio Carm. II. 35 p. 342 B.: „maculatae vernula terrae" (Savar. Sidon. Apollin. Epist. I. 8 p. 60), a Boethio Cons. Phil. II. 1 p. 660. A.: „musica laris nostri vernula." Etiam hoc licet adjicere tantum abesse ut ab Hauptio recte atque ordine sit jam propositum v. 3 verbum dare (dare — qui posset), ab ipso, qui

invenerat, Lachmanno haud dubie repudiatum, ut praestare videatur pro eo, quod praeter alios Peerlkampius Virg. Aen. V. p. 299 tuetur: „Hunc fore", scribi: „Hinc fore" id est ab hoc die eum Parcae cecinerunt futurum sive proventurum esse, qui Aquitanas gentes funderet. Cui conjecturae non mediocrem accedere commendationem ab exemplis Virgilii Aen. I. 235: „Hinc fore ductores revocato a sanguine Teucri" et IV. 229: „Sed fore, qui gravidam imperiis — Italiam regeret" non est quod dicam. Cf. Coripp. Jo. II, 51: Hinc indivise bellant. Triv. hunc.

XV.

Breviter percenseam reliquos Thebaidis locos a Kochio Conj. in Poet. Lat. P. II. (Progr. Francof. 1865) p. 4—13 sic immutatos, ut quid ejus ingenium et doctrina distet ab ipso Statio, planissime cognoscatur; nam silentio jam transmitto illos Silvarum versus, quos a Marklando proscriptos Praef. p. XVII., quum II. 6, 63 III. 5, 49 praeterisset, ausus est p. 15 ea licentia et imprudentia corrumpere, ut quod sic legitur II. 3, 69 (cf. Imhof. Ecl. ad Ux 10 p. 13 add. Gron. Sen. Herc. Oet. 1260 p. 677): „Et secrete palam qui digeris ordine vitam" fieri vellet: „Ambitione procul qui digeris ordine vitam", verba autem IV. 4; 83 (vid. Conject. V.) posita: „proavitaque toto Rura abîisse mari" in hanc formam transfiguraret: „delubraque totque Mortem obiisse homines." Quae igitur levitas est versum XII. 167: „Horruerant lacrimae" (quem perstringit Jacobus Quaest. Epic. I. 3 p 51) sic „aruerant" detorquendi a Statii consuetudine, de qua existimatur ex iis, quae Barthius dixit XII. 318 p. 1476 et ex versu 794: Exsultant lacrimae. 792: gaudent lamenta. VII. 493: „lacrimis gaudentibus") et quod IV. 698 codicum omnium Lactantiique et veteris Scholiastae consensus firmat: „exhorruit humor" similiterque 724: „sitis horrida" posthabendi his commentis: exaruit, arida (quae quidem vel his exemplis Avien. Arat. Phaen. 493. Burm. Claudian. Ruf. II. 510 p. 108. Burm. Anth. Lat. IV. 11, 2 p. 6. Ammian. Marc. XIX. 8, 8: „per aestum arida siti reptantes aquam diu quaeritando." Arnob. V. 2 p. 166: „sitis aliquando ariditate siccatos." Stat. VI. 472 flammata sitis. Vet. Schol. p. 528: „arens ex calore halitus, qui sitim caussatur" reprobo verius, quam commendo)? aut quae ratio tritissimum verbum: „Tendentemque manus" VII. 194 sufficiendi in ejus verbi locum, quod et codices tenent: sternentemque et vetus Scholiasta p. 678 his enarrat: „in manus etiam procubiturum" cf. XI 688: „pronus supplice dextra Sternar et immitis domini vestigia quaeram" (quae verba ex Eur. Phoen. 1616 expressa esse Valckenarius p. 544 docuit). VI. 173: steruit — crines et Lucan. VII. 371: „sacros pedibus prosternere crines." add. Theb.

IX. 182: gradum — effuudere et quae alibi extant: effusi crines, lacerti Burm. Val. Flacc. I. 761 p. 131. Nec minor est licentia X. 55. 462. 640 pro verbis aggestis flammis, aperta parens (cf. VII. 626. Silv. V. 5, 13), et fraude baec inferentis: accensis, acerbs, feritate atque illud XII. 90: vincula — patri nimium gestanda sic p. 12 innovantis: nimia pietate (cf. v. 73. 74. Achill. II. 340: „solum nimium vidisse Dianam." Theb. X. 507: „praecepta — nimium didicisse." adnot. Eclog. v. 46). Hace etiam inter se comparentur: I. 566: „vitians sata laeta": nigro sitiens alimenta veneno" (quod qui negat ab ipso Statio scriptum, baud sane intelligo, cur non idem nihil inter Statium et, si diis placet, Ovidium differre affirmare possit). 650: Totque hominum (quod idem in Silv. IV. 4, 83 cum summa imprudentia collatum notavimus Conject. V.): Mors hominum. II. 27 anguicomus: atque omnes (atque omnis Frising., quod quidem nequidquam ab Haudio Tursell. I. p. 483 defensum videor recte corrigere: „aeque omnes capitum subrexit hiatus Saevus et intranti populo" cf. XII. 163 (Conject. XVI.). Hand. l. d. p. 190. Silv. I. 4, 13: „vos aeque ex ordine colles Confremite": hoc enim verum esse intellexeram Emend. Prop. VI. 1, antequam idem ab viro accuratissimae doctrinae, Imhofio de Silv. Condic. Crit. p. 34 inventum cognossem: cf. Theb. V. 151. Conject. XVII. not. 10. add. Claudian. Ruf. I. 66: totos serpentum erexit hiatus). III. 39 loco consurgere: jugo concurrere (codd. Lact. Gloss. ef. Theb. Paradox. I. p. 10), quibus exemplis interponere verius quam adjicere boc libet: vocis culmina v. 207 in lumina a Kochio p. 5 sq conversae patrocinium positum esse in iis, quae protulerunt Heinsius Claudian. Mall. Prol. 7 p. 818. Burm. Ruf. I. 22 p. 30 sq. Arntz Nazar. Pan. Constantin. 25, 4 p. 603. Weyt. Epit. Il. Hom. 529 p. 133. add. Stat. Theb. V. 328: „moestam sine culmine Lemnon." Vet. Schol. p. 166: „sine rectore, praeside." Marcinu. Cap. I. 32 p. 76: „Jupiter — coeli blanda temperatio deumque culmen." IX. 914 p. 710: „Nunc vos pudici nostra fratres culmina Precabor ipsa." Accedunt haec 285 genitos: Tyrios (cod. Barth. opt. Tiros. Behot. tyrio. Frising. Tirios. Monac. Tyris. corr. Tyrios, cujus haec emendatio: „vipereo cretos de sanguine jactat", ut Ennod. Dict. XXVIII. p. 308. D.: „Veneris se semine cretum Jactat" add. Schrad. Obss. I. 6 p. 70 sq., videtur parata esse iis, quae exprompsimus Valg. p. 435. 436, et Lucretii loco III. 403 circum: oblong. cretum). 390 pigeat: avidi. 436 turbida: sordida. IV. 197 adnutare: hac nutare (quod et in aliis codicibus legitur et in Frisingensi Monacensique: hac nutare, pariter si" atque in ipsius Lactantii, de quo secus dicit Barthius, libris A. B, ab Handio tamen Tursell. III. p. 2 in afferendo Claudiani loco Ruf. II. 402 mirabiliter lapso non minus omissum, quam V. 319. XII. 644 Cort. Lucan. VII. 360 p. 197). 574 pelle manus: tela manu (Fris. Monac. cornu. Tela manu"). V. 30 arma: artis. 152 stat viridis: tunc viridis. Barth. opt. Irruitur, quibus confusis videor retexisse quod diu

latuit verum: Turba ruit sive ruunt, ut XI. 370. Ovid. Her. XII. 143 et Met. III. 529: Turba ruunt (Conject. XVIII.) cf. Met. XV. 730 et Eleg. ad Liv. 199: Ohvia turba ruit. Cort. Lucan. I. 498 p. 134. add. Virg. Aen. V. 761: „Ac lucus late sacer additur“ (Parrh. late lucus), at ipsum irruendi verbum Claudiano Eutr. II. 323: ipsum etiam irruitura Jovem (codd. petitura, feritura, pressura, laesura. Hertel.: tritura) reddendum esse diximus Subsiciv. cap. II. p. 6. 300 subitus: habitus (codd. Lact. Vet. Schol., ut vel hoc praeferri oportuerit: inter similes habitus cf. IV. 546). 316 crinibus: ignibus (cod l. Schol.). 319 in ventos: hae dubios (Frising. haec. corr. hos). VI. 88 obscuram Nemeen: abscisam cod. Burth. accisam Frising. Monac. 604 pectoris aura: umbra, qua facta mutatione nimirum non minus, quam IX. 352 sono: malo (cf. v. 349 sonus) aut Achill. II. 73 fido — Molosso (Koch. p. 14): multo (cf. v. 77 fida domus) cautum est ne voci premit bis (v. 603. 605) positae cederet bonore ipsum vocabulum aura v. 602. 604 neve haec: flatuque et pectoris umbra Terga ferit (cf. Lucan. V. 372 perire. Richel. ferire. Drak. Liv. XXXIX. 6, 5) aliqua crederemus similitudine contineri cum illa sententia v. 776: „Ultro audax animis intratque et obumbrat et alte Adsilit“ cf. XI. 275. V. 14: illae Umbra fretis arvisque volant. Achill. II. 116. Val. Flacc. VIII. 33: columba — super ingenti circumdata praepetis umbra. Voss. et Burm. V. 176 p. 430 cf. Sil. XVI. 421: humeris trepidantis Hiberi Ora superposuit sonipes flatusque vapore Terga premi — sentit.“ Ejusdemque ordinis sunt haec: v. 744: Magnus enim: materiam. 779 oppugnans: expugnans et, ut alia praeteream, VII. 484 jus exorabile: exsecrabile (Vet. Schol. cf. Naek. Val. Caton. Dir. 19 p. 44). 581 „mansuescentibus iris“, quod tam absurdum est, quam verum et Statio dignum hoe: „agnoscentibus Argis“ id est tales eruperunt, ut Argivi jam putarent alias esse atque quas ante mansuetissimas nossent“ cf. Vet. Schol. p. 739. Theb II. 330: pavet ipse reversum Victor et attoniti vix agnovere magistri. III. 203: Heu dominum insani non agnovere Molossi. Joseph. Isc. V. 201: „curru non agnoscente fatiscis.“ Claudian. Mall. 188: „Nec manus agnoscit, quem non exercuit, arcum“ Barl. Heroic. II. p. 240: „cum — currusque stuperet Graecia victricesque rotas agnosceret Argos.“ [5])

[5]) Licet ab harum rerum ordine ad Lactantii ac Callimachi, de quo aliqua nuper in Sinide diximus cf. VII 1 not. 37 p. 132, duos locos declinare. Lactantii enim Theb. II. 252 verba ad codicum fidem emendata: „proverbium apud illos tale est — ut Callimachus“ non obscure indicant bis olim Argolici clypei mentionem factam fuisse hoc modo: „Unde proverbium apud illos tale est, cum alicujus ignaviam irriderent: ἄξιος εἶ τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος. Ut Callimachus Αἰτίοις: τὴν Ἄργει ἀσπίδ' ἔπαθλον ἑλών.“ De qua re alius dicemus explicatius, postquam levius negotio suo et alii defuncti sunt et Woelfflinus Philol XXIV. 1 p 157. Ex ejusdem autem Lactantii III 685

15*

600 amarus: apertis. X. 470 implacida. illicita (Lact.). XI. 6 cominus isse: ipsum, quod tenet etiam Scheftlariensis, in quo est retro (superscr.: „alii alio“) tulisse (superscr.: „alii torsisse“) cf. Coripp. Jo. III. 424: „Fortuna retorsit Vultus retro suos“, atque v. 214, id quod fidem omnem excurrit: Tydeos scriptum pro Aut sequere. 229 claroque incenditur auro: clara — umbra (ut ardentes tenebrae Val. Flacc. VII. 566. Cort. Lucan. IV. 663 p 532. Eur. Tro. 566 νυκτὸς μέλαιναν αἴγλαν. Pors. Hec. 1050 cf. Barth. Theb. X. 234 p. 1159 et XI. 541 p. 1384. add. Theb. I. 631: nebularum incendit amictu“ cf. VI. 439). 431 belli facies: series (cf. Burm. Val. Flacc. II. 218 p. 173. Sil. III. 630: „pandit seriem venturi Jupiter aevi“ cf. Gualther. Alex. X. 369. III. 159: „vertere fati Non poterat seriem.“ 353. fatorum VII. 52. Auson. Clar. Urb. III. 13: omnem — subolis seriem. Boeth. Cons. Phil. I. 4 p. 624. A.: „Cujus rei seriem atque veritatem ne latere posteros queat, stilo etiam memoriaeque mandavi.“ Gualth. VIII. 319: exposuit — Invidias seriemque rei facinusque“ cf. Theb. IV. 145: „numerum ferri.“

---

sive Mythograph. II. 58 loco: „Callisto — in comitatu Dianae Jupiter cum vidisset — nactus a reliquis segregatam nymphis — compressit“ opportunitatem duco jam hic expromendi, quae in Sinide VII. p. 132 not. 37 promisi. Haec enim Callimachus ap. Schol. Theocr. IV. 62 p. 178, 14 (cf. fr. 366 p. 294): ὅτι δὲ Σάτυροι καὶ οἱ Πᾶνες εὐεπίφοροι πρὸς τὰς συνουσίας κατάγυνοι ὄντες καὶ Καλλίμαχός φησι εἴ τι φημι ἐρημώθη ἄμηρος δύναται ἐμπεῖραι. περὶ γὰρ Σατύρων πρόδηλον. καὶ γὰρ τοὔνομα ἀπὸ τῆς σάθης λέγεται. De quo loco in hunc modum disseruit Ahrensius p. 500: „Callimachi verba corruptissima, a quibus Duebnerus manum abstinuit, nescio an hoc modo in probabilem sententiam et numeros choliambicos restitui possint: — εἴ τι φὴρ ἐρημωθὲν Ἄμηρος (εὔμηρον) γυναικίον πειρῷ. In his φήρ, quae emendatio mihi certior esse videtur, est Satyrus, ut Euripides Cycl. 620 Satyros θῆρας dixit cf. Hesych. v. θῆρας. Is ἄμηρος h. e. κακόμηρος praedicatur propter ferinam speciem, ut cognati Panes ab ipso Theocrito κακόκνημοι dicuntur.“ Quibus nihil proferri potuit quod esset et Callimachi ingenio indignius et a poetarum Graecorum consuetudine sejunctius. Nam ut numeros choliambicos omittam tam commode factos, quam recte mediae orationi insertos videmus illos dactylicos: „mihi certior esse videtur“, quis tulerit ista vocabula γυναικίον (γυναίκιον Schaef. Long. p. 376) et εὔμηρον γυναίκιον et φῆρα (Arnaud. Lectt. Graec. I. 10 p. 68) et quod ipsum portenti simile mirabiliorem habet explicatum (cf. Heins. Ovid. Art. Am. II. 660 p. 645), ἄμηρος? Circumspicienda igitur vere Callimachea sunt. Qualia videntur esse haec, quae in hymno Dian. 43. 45 extant: ἄμιτρος exiguo discrimine ab illo ἄμηρος diremptum et ἀμορβός, cui fidem et auctoritatem addit et ἀμορεύοντο pro ἀμορβεύοντο (ἀμορμεύεσκε Etym. M. p. 85, 25 et Zonar. p. 160) scriptum in Anecd. Paris. IV. p. 10, 4 et memoria codicis Romani 4: ἄμωρος: nam apud Suidam I. p. 281, 14 est ἀμορβὸς ὁ ἅμα τινι ὁρμῶν, ἀμορμὸς καὶ ἀμορβός, quod perplacuit Stephano Thes. I. 2 p. 143 sq., similiterque Scholiasta Callim. p. 58, quem omisit O. Schneiderus Nicandr. p. 141: Ἀμορβαύς. ἀκολούθους παρὰ τὸ ἅμα πορεύεσθαι. Quo posito fundamento non dubie eo proficimus, ut vocabulum φημι interposita Bastii Comm. Pal. p. 847 sq. auctoritate doceamus errore natum esse eorum, qui litteras φη prave interpreta-

I. 539: „ordinc mensae“). 599 plauctu contundit pectus inani: circumdat (circumundat Gloss. circumdit cod. opt. Barth.), quod sollicitari et Barthius uoluit et vetat comparatio Silii II. 550: tunc luctus et atri Pectora circumstaut (circumdant codd.) planctus maerorque dolorque“ cf. Stat. Silv. II. 1, 12: „stat pectore demens Luctns.“ Theb. X. 166: „uudusque per ora stat furor“ (Sidon. Apollin. XXIII. 440: „latusque Circumstaut gladii triumvirales“) Anth Pal. V. 166, 6: Ὄνειρον Ψυχαπάτην στέρνοις ἀμφιβαλοῦσα. Eur. Herc. Fur. 1159: ἐν πέπλοισι κρατὶ περιβάλω σκότος

Neque aliter, ut semel fuiam, sentiendum est de illo invento VII. 304: „hunc natum juvat aequatura seuectus“, cujus praestantia Kochius p. 9 obruisse sibi visus est codicum memoriam:

olim juvat et ventura senectus.

Quis enim non respuat istud: hunc natum? aut quis neget alterum verbum nec ad sententiarum ordinem congruere — sic enim est XI. 55: „juvenemque patrem puer aequat Alatreus“ — et a litterarum ves-

---

rentur, Callimachi autem verba, quorum hic ordo in eodem codice Romano cernitur: ἄμωρος ἐρημώθη, fuisse haecce: Εἴ πῃ Νύμφη ἀμορβός ἐρημωθείη. Quae autem restant: δύναται ἐμπεῖραι cod. 5. δύνατο ἐν πείρᾳ 4 tantum abest, ut utilia videantur esse versui explendo aut hac ratione: εἴ πῃ Νύμφη ἀμορβὸς ἐρημωθεῖσα (Bast l. d. p. 820) δίοιτο, Ἦν πειρᾷ aut simili, ut librariorum dissensu variata: δύναται, δύνατο ipsa argumento sint ut iis in locis, quos disceptavit Bastius Greg Cor. p. 300 sq. et Comm. Pal. p 805 sq., ita hic vocum δηλονότι et δύναται permutationem incidisse. Ut jam agnoscamus Callimachi versui continuata ea, quae explicandi verbi ἐρίσδει gratia (Valck. Herod. V. 49, 12 p 597 Bernhardy. Dionys Perieg. 757 p. 734) scribere scholiastis visum esset: δηλονότι ἐν πείρᾳ (πείραις); nam „verborum πεῖρα et πειρᾶν frequens usus in re Venerea“ Jacobs. Achill. Tat. I. 10 p. 453 et Steph. Thes. VI p. 669. A. intpp. Aristaen I. 4 p. 296. Ergo in hunc modum reconcinnandum esse illum locum censemus: καὶ Καλλίμαχός φησι εἴ πῃ Νύμφη ἀμορβὸς ἐρημωθείη. ἐρίσδει δηλονότι ἐν πείρᾳ. περὶ γὰρ Σατύρων πρόδηλον. καὶ γὰρ τοὔνομα ἀπὸ τῆς σάθης λέγεται. A Satyris veniam ad bacchas σαύλας Βασσαρίδας Anacr. fr. 54 p 173 et eorum mollitiem, de quibus Dio Chrysostomus Or. XII. p 390, 17 haec scripsit: θεραπεύουσι κυμβάλοις τισιν ἢ ἀψόφοις καὶ αὐλοῖς ὑπὸ σκότος αὐλουμένοις, quae neque ab Wyttenbachio Plut. p. 176 aut nobis Epist. Crit. p. XIII. sq. restituta neque ab Emperio ulla cura explicata qua sint arte reficienda jam docemur ipsa ejus versus comparatione, qui legitur Cyclop. 40: ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι. Ac suspicamur ab Euripide Dionem mutuatum esse et illa verba κυμβάλοις εὔια ψοφοῦσι (Epist. Crit. l. d.) et haec: ὑπὸ σκότου σαυλούμενοι (Soph. Antig. 692: Ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε. Plat. Reip VIII. p 548 A.). Cf. Aristoph. fr. 522 Dind.: ὁρῶ γὰρ ὡς ὄμφακα διασαυλούμενον (cui similem vocem διακίγκλισιν quamquam nusquam adhuc lectam Joanni Chrysostomo Hom. IV. p. 275. A. restituemus Emend. Prop IX. 1.). Bergk. Anacr. p. 245. Lob. Pathol. VIII. 4 p 392 not. 21. Callim. Dian. 213: ἀσύλωτοι δέ σφιν ὦμοι Δεξιτεροί, in quo loco ἀσαύλωτοι potius quam ἀθήλυντοι (Sin. VII. 3 p. 145 not. 48) scribendum esse jucundissimo me nuper colloquio docuit O. Schneiderus mox egregiam laudem Callimacheorum carminum recognitione meriturus.

tigiis longius abjunctum esse, quam vel eam vocem, quam suggerit Propertii recordatio IV. 11, 70 venturis uncturis. juncturis, junctura (cf. Gron. Sen. Thyest. 467 p. 136)? quis denique taedium ferat vocis natus ter deinceps positae v. 296. 304. 305 cf. 317? aut adeo nullam habeat rationem Lactantii? A quo quae scripta esse docti homines credunt: „plus pater (hoc est gaudet aetate antecedenti desiderio. Hunc olim juvat et ventura senectus) uno tempore senescentium patris et filii", ea sic corrigenda et digerenda sunt: „plus pater) hoc est gaudet: aetate antecedenti desiderio est nomen par. Ventura senectus) uno tempore senescentium patris et filii (Reg.: senes fiunt pater et filius)"; nam in Monacensi A extat: „desiderio est nomen praeventura senectus", in B: „desiderio est nomen breve. ventura senectus"; recte autem dicitur pari nomine uti, si quis Lapithaonem et Alatreum fratres appellat, dispari, si filium et patrem. Ad reliqua vero ipsa ea labes pertinuit, quae ipsius Statii codicibus illata fuerat. Considerauti enim et illa vestigia: „praeventura. breve. ventura" et interpretationem hanc: „uno tempore senescent pater et filius" duae simul res apparent: et vocem et falso consignatam esse et pervagatissima describentium levitate, quae cernitur in ejusdem Lactantii Theb. IV. 294 codicibus: Nonagrianuam: Nonagnanam et II. 95 Peneri: Perieri (Sin. IX. 5 p. 208. Lirice: lince Conject. XVII. Stat. Theb. VIII. 400 fumant: firmant. Drak. Liv. IX. 45, 1 p. 369. 2 p. 370. Anal. Prop. XI. p. 86. adnott. Eclog. v. 46 sq.), quum praesertim ipsa res memoriam afferret versus Ovidii Am. III. 7, 17: ‚Quae mihi ventura est, siquidem ventura, senectus" cf. Art. III. 59. Stat. Achill. I. 267: „et ventura juventae Gaudia", in en- ‚tura vertisse, quod fuerat eritura, inde in ventura, quod fuerat meritura (ut apud Claudianum Entr. I. 18 ventura lues. Exc. Wolf. meliora cf. Coripp. Jo. II. 261: metuentes. Triv. vetuentes. Valg. p. 507.a. invitat: inmittit Conject. XIX), postremo in et ventura, quod fuerat emeritura, quo eodem modo apud Quintilianum Decl. CCCXVIII. p. 365: me ergo emereri Aerod. et mereri. Lucan. III. 622: „Emerita jam morte" Cort. tres codd. Et merita. Claudian. Id. I. 25: Emeritos artus. Med. sec. Et meritos cf. Pric. Apul. Apol. p. 535. add. Drak. Liv. XL. 26, 7. Sin. VII. 2 p. 137. Stat. Theb. IV. 238: depressae populus Pisae. Monac. depressae et populus. cf. VIII. 66: Tisophone et si quando. Frising. Monac. Scheftl. Tisophone. si nec in Barthii libris ea vox extat aut in Casselano Luc. Muell. de Re Metr. IV. p. 279. Itaque Lactantius poscere videtur, ut hoc sibi reddatur: „emeritura senectus) uno tempore senescentium patris et filii" sive Reginum codicem sequendum ducis: „uno tempore senescent enim pater et filius", Statius autem, ut aut haec versuum fiat descriptio: Et nunc sic (Vet. Schol. p. 700: „aspectu et armatura") fratres mentito nomine gaudent: Plus pater; hunc olim juvat emeritura senectus" aut illa:

Et nunc, si fratres mentito nomine gaudent,

Plus pater: hunc olim juvat emeritura senectus;

vocem si enim et Dan. liber habet consignatam et reperi in codice Frisingensi et (m. pr.) Monac. cf. adnot. Eclog. v. 53. Simillime autem Claudianus B. Gild. 115: „emeritae jam praemia nulla senectae" cf. Pric. l. d. Gualtb. Alex. VII. 369: „patris emeritam ferro rupere senectam."

Ut paulisper a Kochio discedam, interponam eum locum, qui legitur I. 547. Quem non minus luculento habemus nobis documento, quantum ad eruendum verum in Lactantii commentariis sit momentum. Illa enim, quae cum omnibus tum Burmanno Val. Flacc. II. 466 p. 208 satis placuerunt:

illa graves oculos languentiaque ora

Paene movet vivoque etiam pallescit in auro,

non jam quaeri volo, quam idoneo praesidio tueri videar allatis locis Ponnani Anth. Lat. II. 71, 4 p. 225: „O quam vivit opus! quam paene figura dolorem Sentit" et Petronii 88 p. 552: „Myron, qui paene hominum animas ferarumque aere comprehendit" — nam Statii locum VII. 59 infra affer. omitto —; Lactantii quidem verba haec (Electt. p. 15): „quia omnem vim nocendi in oculis habebat, quaerebat abscisa sectorem" visa sunt non obscure arguere hoc olim fuisse lectum:

illa graves oculos languentiaque ora

Pone movet

(cf. Hand. Tursell. IV. 479. Paneg. Bereng. II. 256: ponere gressum Pone citus — parabat). Quod ipsum post inveni in Frisingensi et Monacensi. Eadem autem discrepantia cernitur VII. 59:

Et vacui currus protritaque curribus ora,

Paene etiam gemitus: adeo vis omnis et omne

Vulnus; ubique ipsum, sed non usquam ore remisso

Cernere erat.

Extat enim in Mss. Lindenbrogii Pone, in Frisingensi et Scheftlariensi Poenae (cf. XI. 727: Pone metum. Frising. pene. corr. pone). Unde quae animo injicitur dubitatio major fit Lactantii verbis: „Egregie, ut in cruenta domo omnia ingemiscentia cernerentur", quae verba qui posuerit, eum intelligi necesse est alia invenisse scripta, quam haec: „paene etiam gemitus." Quamquam hoc ipsum fugit Barthium, qui et „absurde, inquit, qui Pone repraesentant" et rem omnem restituisse sibi visus est aut hac mutatione: „adeo vis omnis ad omne Vulnus" aut illa: „aderat vis omnis et omne Vulnus." Desinatur igitur pro incorrupto atque integro haberi ea pars, quam jam affirmo per eorum errorem graviter affectam esse, qui non perspexissent Martis stationem ab Vulcano fictam fuisse insignem non modo omni spoliorum genere (v. 55 sq.), verum etiam caelatis earum rerum argumentis, quae et in ipsis proeliis solerent evenire et pone aciem (Justin.

VII 2, 7), in quas quidem partes omnino spectat illud, quod in v. 60 positum est: ubique. Itaque simul et descriptioni lux et orationi gratia reddenda est hoc, quem non operosius maebinari videmur, modo:

> Pone aciem gemitus: adeo vis omnis et omne
> Vulnus.

Eandem enim librariorum fraudem deprehendimus apud Valerium Flaccum III. 55: „aciem raptaverit" in Cok. etiam et Claudianum Sec. Cons. Stil. 147: „in extremos aciem mittebat Hiberos" in Puteanco: „etiam mittebat" cf. Stat. Theb. III. 269: Bella etiam. Monac. eiciam. Prop. II. 8, 24 Hamb. aeciam. Cf. Theb. V. 46: gemitusque tuorum. Gloss. p. 30: „miserias." Postremo adjiciam mirifice vocem pone Theb. II. 636: „multa gementi Pone gravis curvas perfringit lancea costas" detortam esse in Paneg. Bereng. II. 234: „Valde gravis", ut apud Corippum est, quem commemoravit Luc. Muellerus de Re Metr. V. p. 340, Jo. VI. 524: „Consilio sed valde gravi", et Abbonem B. Paris. II. 294: „foribus turris submittitur altus Valde focus."

Denique ne Achilleidem eadem ista cura ab Koehio p. 13 sq. percursam praetereamus, horum licet contentionem facere: I. 53 aequoreos diffusus nectare vultus: aequoreo (Vet. Schol. p. 1601). 284 indocilemque nimis: quae mens (Vet. Schol. p. 1648). 347 vestesque fluentes: latentes (Vet. Schol. p. 1662). 513 magnus — contingit Achilles: magnum portendis Achillem (cf. Theb. IX. 90 hastam longe protenderat. cod. Barth. praetendis cf. Heins. Ovid. Met. VIII. 341 p. 582. Oud. Frontin. II. 3, 14 p. 187. Soph. Aj. 1270). 583 veretur: tenentis. 663 luminis ignes Terruit: comInus ipsum Horruit. II. 79 Cuncta: Jure (cf. I 563). Sed satis intellectum puto ne nunc quidem deesse, in quos mutuari liceat illud Prisci Apul Met. IX. p 369: „tam parum noti scriptori, qui apud ipsum tam diu diversati."

XVI.

Examinanti illa Theb. III. 16:

> Nec tamen ille meis, reor, impenetrabilis armis
> Aere gerens solidoque datos adamante lacertos
> Venerat

mira videri debuit tenax pravi, ut ait poeta, hominum superstitio, quae errorem scribendi manifestum propagare et in scriptoris optimi elegantiam incredibilia conferre sustinuerit. Quid enim perversius Barthii sententia hunc locum ita interpretati p. 670: „dare hic est facere, fabricare. Sic libro X 890: gemit auctor Apollo, Quas dedit ipse, domos hoc est aedificavit, construxit"? Qui temere confudit res diver-

sissimas: lacertos quasi adamante compactos et urbem a diis concessam cf. Virg. Aen. III. 501: gentique meae data moenia cernam. Burm. Ovid. Her. XVI. 279 p. 236 et Lucan. VII. 544 p. 504 cf. Peerlk. Aen. VI. p. 409. Quare magnopere laudandus Heinsius, qui apud Senecam, inquit Adv. I. 6 p. 68, Hipp. 694: O terque quaterque prospero fato dati hoc est editi, sed verius sati. — Sic in Oedipo: catervae dente Dircaeo satae. Sic et Statium emendo: solidoque satos adamante lacertos, non datos." Quamquam hoc ipsum veri non modo speciem aliquam certam (dissimile enim est illud Pacuvii: murorum sator Drak. Sil. XI. 264 p. 556), sed ne similitudinem quidem prae se fert tantam, quanta commendabile videtur esse vel hoc, quod a Tibulli (Diss. I. 1, 63 p. 25. Bronkh. I. 10, 70 p. 192) exemplo repetitum proponere libet: solitoque aptos adamante lacertos": nam facile persuaseris littera p cum d permutata (Drak. Liv. XLIII 6, 9 p. 207. Columell. III. 2, 1 pomum. al. domum) consectarium fuisse, ut vulgatius emergeret vocabulum datos. Verum latet aliquid reconditius: dico hoc, quod ipse Statius ostendit VII. 43: Ferrea compago laterum, ferro arta teruntur Limina, ferratis incumbunt tecta columnis" et VI. 871: riget arta cutis:

Aere gerens solidoque artos adamante lacertos.

Quam insolentiam non est mirum etiam majori fraudi fuisse librariis, quam quod a Claudiano dictum Sec. Cons. Stil. 120: „sic arta juventae Frena dedit" (cf. Tib. IV. 1, 91. Cort. Lucan. VII. 143 p. 161) ab aliis aliter scribi coeptum est: Petav. Leid. siccata. Reg. Thuan. tanta. Luc. Oxon. cauta. Medic. sacra. Vatt. Pal. Farn. al. casta. Put. Lov apta. Moret. aeta. Patav. fossa aut quod Rapt. Pros. I. 46 positum: „Aegaeon positis arto de corpore nodis" has subiit mutationes: acto Flor. Petav. quart. alto Pal. Jun. sec. Bon. al. aucto Vat. Medic. Put. Reg. Tholos. vincto Oxon sec. nudo vel duro Vat quint. cf. Oud. Apul. Met. VIII. p. 590. Et in hoc quidem loco quoniam arctum Gigantem dici catenis arctatum ait Barthius Theb. IV. 535 p. 1144, fortasse erit, qui de vitii origine et causa sic explicet: litteris ta ab interprete aliquo super adscriptis: artatos accidisse, ut quem fere ad modum apud Martialem X. 78, 12 nomen Tagi in Vossiano factum est dati, ita hic loco motis litteris ar exoreretur datos. Comparare autem non absurdum est primum Theb. IV. 534 versum: „solidoque intorta adamante gigantum Vincula" (VII. 68: clausaeque adamante perenni Dissiluere fores. Silv. I. 2, 69: „duro nec enim ex adamante creati", quae omiserunt Rittershusius Oppian. Cyn III. 240 p. 107. Boissonadius Philostr. Epist. 19 p. 71 sq. Mitscherlichius Hor. Carm. I. 3, 9 p. 117) cf. Virg. Aen. VI. 552: „solidoque adamante columnae." Ovid. Met. IX. 614: „solidumve in pectore ferrum Aut adamanta gerit", deinde Tibullum l. d.: „duro praecordia ferro Vincta" et ipsius Statii hunc versum Achill. I. 481:

Quemve alium Stygios tulerit secreta per amnes
Nercis et pulcros ferro perstrinxerit artus.

Qui versus insigni documento est, quid intersit inter Queckium et Heinsium. Quorum hic, quid verum esset, aperuit Ovid. Art. Am. II. 21 p. 598: „ferro praestruxerit artus. Quomodo vere vetusti codices nonnulli a me inspecti; ferro enim impenetrabile corpus Achillis. in vulgatis praestrinxerit; perperam" cf. Wakef. Lucret. IV. 135; ille p. XXIX. haec properavit: „praestrinxerit legendum est; nam erat invulnerabilis." Qui idem et nova haec protulit v. 231: „toto quae fulserat orbe" et II. 117: „ruit irrevocanda juventus" (hoc quidem ne Valerii Flacci quidem loco addito V. 642: „templa Iutemeranda minus"), quorum non opus est confutatione, et Theb. XI. 22 hunc proposuit versum: „Nec jam hostiles turmae aut ferrum mortale timetur." Adeo nihil profuit monitum Duebneri: „Nec jam hostes turmae. Sic Put. Reg. uoto loquendi genere." Equidem et reperi in Frisingensi: „Nec jam hostis turmae" et video ante Duebnerum Burmannum Quintil. Decl. CCLXXII. p. 524 haec pronuntiasse: „Quintil.: hostis apparuisset exercitus. Gron. hostilis. Neque hoc mutem. Ita enim et apud Statium ex Mss. XI. 22: Nec jam hostes turmae et deinde: Atque increpat: Hostes Quo retrahis, germane, gradus?" Qui quidem et lapsus est in afferendo atque adeo corrigendo versu 547: „nec parcit cedenti, atque increpat, hosti" et mutata sententia alterum versum sic scriptum attulit Virg. Aen. IV. 651 p. 585: „Hostiles turmae ferrumve timetur."

Quod ex eodem Frisingensi et Monacensi (C) petitum habeo XII. 76:

Tu superum convexa licet coetusque perennes,
Credo equidem, virtute colas,

non dubito praeferre ei, quod nunc praevaluit: perenni. Neque alio dirigit Vetus Scholiasta p. 1441: „Praemium Virtutis dicit perennem divinitatem."

Nec fortasse deerit, qui Frisingensi libro faveat contra reliquos v. 618:

Mittit in armu manus genialibus hospita divis
Icarii Celeique domus viridesque Melaenae.

Inveni enim in ipsa verborum serie positum mares, huic ipsi vocabulo autem altera manu superscriptum viros (ut Martial. IX. 8, 8 viros. Anglic. mares. Claudian. Eutrop. I. 48: mollire mares Ambros. sec. viros cf. Stat. Silv. V. 2, 46: ipsa virum norat. Rehd. mirum. Claudian. B. Get. 36 unum. Isingr. Flor. virum). Quamquam nec congruunt omnino haec exempla V. 31: debellatosque pudendo Ense mares. II. 665: „maribusque incognita veris Foeda Celaenaea committere proelia buxo." Achill. I. 598: „Lex procul ire mares — inaccessumque viris edicitur antrum." Sen. Herc. Fur. 878. Lucan. I. 165 et frequens usus est vocis manus, ut IV. 227: Eurotae dura manus. Non dissimile tamen alteri, quod habet Frisingensis, est hoc

XI. 280: „Redde arvis domibusque viros." Denique idem Statius XI. 223: „turis acervos Votivumque marem" pro tauro marem dixit.

Nec multum ambigam, an in versu 168 hoc, quod praebent Frisingensis et Monacensis:

atque uno vultus pallore notatae,

sani praestet, quam vel notati (quod legitur in Scheftlariensi et Lindenbrogii p. 535, de quo secus refert Duebnerus, et Barthii codicibus) vel gelati „quam veram optimorum codicum scripturam esse, non notati" post Bernartium, id quod omnes fefellit, affirmavit Heinsius Ovid. Met. I. 548 p. 67 cf. in Claudian. Eutr. II. 285 p. 334 credidit que Burmannus Val. Flacc. VII. 230 p. 604. Suscepta autem probataque illa memoria vehementer vereor, ne non pari iure dicatur: „atque uno vultus pallore notatae" atque hoc: at illis Horruerant lacrimae stupnitque immanis eundi Impetus: aeque uno vultus pallore notatae." Quae orationis forma cernitur Val. Flacc. VI. 441: Illius ad fremitus — stupet orbita solis: Mutat agros fluviumque vias." Sil. X. 236: „Saxum ingens — coeca Venit in ora manu et — complevit sanguine vultus. Inde pedem referens labentia membra propinquo Imposuit scopulo" aliisque plurimis in locis. Ac ne de vi usuque ejus vocis dubites, quam alteri atque sufficere tam in proclivi hic fuit, quam in Theb. II. 27 Conject. XV, vide X. 471: „pariterque horrore sub uno Vox acies sanguisque perit." Claudian. Nupt. Hon. 285: „toto pariter dotabere mundo." Hand. Tursell. IV. p. 391. Val. Flacc. III. 674: „nempe ora aeque mortalia cuncti Ecce gerunt." Conject. XV. p. 220.

Notatu autem dignissimum hoc, quod in eo loco, quem expressum video ab Josepho Isc. I. 325: non dant complexibus artus, Oscula non iterant", ab hac sententia v. 708:

attoniti nil optavere parentes

(cui similia extant I. 656: „exspectant matres supremaque fundunt Vota mihi" cf. Achill. II. 117. Theb. IV. 338) in Schefilariensi descitum est ita, ut verbis: „attonitis. nil optavere parentes" haec superscripta inveniantur: „alii attoniti simul expavere parentes" (cf. Coripp. Jo. V. 307 expavere lacus. Mazz. expetiere). In quo eodem libro X. 466: „Ecce et Dircaeae juxta dux concitus alae" legitur: Ecce ad dirceas — alas (Frising. et Monac. ecce ibi dirceae)[6]) et 10: latae cepere. 16 ni (superscr.: pro no) et, ut prae-

[6]) Non praeteream II. 658 in Frisingensi esse: quid timide sequeris, in Monacensi: timidae quaeris, IV. 546 concinere Frisingensem cum Barthii optimo libro: qui vultus (quem librum Duebnerus sequendum duxit, non item Queckius). XII. 445 idem extare atque in Put. Cass.: in obsequio. III. 35 in medio cunctantem", quem locum qui mutuatus est auctor Paneg. Bereng. I. 243 sq. habet: astrorumque — abitus — Thetis (cf. Conject. III. p. 171). Idem I. 168: Terribilis ductor, quando latus omne sub armis Ferrea suta terunt humeros et (ac Stat.) pectora late Flammeus orbis habet, capiti

teream v. 26 Monac.: „nigra stupet" et v. 31 Frising.: juventae, IX. 343, ut in Frisingensi: irrumpit, unde quum praesertim in Barthii optimo codice sit: „deum qui" (de quo exitu quid statuendum nobis videatur esse dicetur in Emend. Prop V. 1), exsistet fortasse, qui conjectura ducatur ad suspicandum nonnullis olim placuisse hanc scribendi rationem: „sacrum amnem, est miser (experiere), deumque Qui altrices irrumpit aquas" nimirum idem arbitratus sibi permisisse Statium atque Ennium, Lucretium, alios cf. Coniect XVIII extr. Ceterum Monacensis liber hoc discrepat: „sacrum o (alt. man.) miser experire."

De versu Theb. X. 906:

pavidas turbare puellas
Fortior et soceri turres exscindere Cadmi

contra Barthii librum, Put., Vrat. faveo Frisingensi, Monacensi, Scheftlariensi (in quo est thalamos alii turres) multisque aliis; perspicuum est enim, id quod Barthius Duebnerusque et Queckius non intellexerunt, ab eo, qui soceri Cadmi thalamos ab Jove exscindi narrat, aut ipsius Cadmi, qui Jovis socer fuit, conjugium, Harmonien, dici (ut a Lucano IX. 971 Anchisae thalamos) aut, id quod etiam a Capanei invidiosius loquuti animo abhorret, Semeles nuptias significari a patre Cadmo concessas; recte quidem commemorari aut Cadmi turres (πύργον ἔθεντο τάφον Antip. Anth. Gr. II. p. 112 cf. Jac. Philostr. Jun 1 p. 582. Swind. Misc. Obss. Nov. III. p. 56 sq. Mitscb. Hor. III. 16, 1 p. 169. Beck. Gall. II. p. 54 cf. Philostr. Im. I. 14 p. 25, 2: πῦρ δὲ ῥαγδαῖον ἐξ οὐρανοῦ τυραννικῆς οἰκίας ἐπειλημμένον. πυρὸς νεφέλη περισχοῦσα τὰς Θήβας ἐς τὴν τοῦ Κάδμου στέγην ῥήγνυται. Lucian. D. D. IX. 2: ἀνεφλέγη ὁ ὄροφος. Julian. Or. VII. p. 220. B: τὸ δωμάτιον — κατεφλέγετο. Nonn. XLIV. 181: Εἰ δὲ τεὴν Σεμέλην οὐκ ἔφλεγεν οὐρανίη φλόξ, Παιδὸς ἑῆς διὰ μῶμον ἑὸν δόμον ἔφλεγε Κάδμος. Prop. III. 7, 37, de quo in Emend. Prop. I. 4 explicabimus: „in cineres arcem sedisse paternam Cadmi" sive mavis: „in cinerem (Hamb.) turres sedisse paternas." Stat. Theb. III. 183: „regia Cadmi Fulmineum in cinerem — consedit." XI. 215. X. 67) aut Semeles thalamum Stat VII. 599. 180. IV. 673. X. 896. Σεμέλης θάλαμον Nonn. VIII. 180. XXI. 264. XLIV. 125. δόμον XX. 325. XXXIV. 218. Quem quidem thalamum fulminis reliquiis augustum, ut in Sinide IX. 2 p. 197 docuimus, summa religione custoditum a Thebanis fuisse et luculenter testantur Pausanias IX. 2, 3 et, quem Barthius Stat X. 900 p. 1277 non commemoravit, Aristides XLIII.

---

tremit aerea cassis" transtulit ex Theb. IV. 130 sq. 129 (nam eum alia multa tum hoc eos fugit, qui illud carmen ediderunt) et 184: „Hic coelo ut pepulit gelidas aurora tenebras Rorantes excussa comas multumque sequenti Sole rubens" ex Theb. II. 135 sq. et II. 145: sternuntque ruuntque vicissim Ictibus innumeris. Haud tanta cadentibus haedis Aeriam Rhodopen solida nive verberat Arctos" ex Theb. VIII. 407 (ubi codd. omnes non tanta, solita Monac. Frising. m. pr. cf. Conject. XVII.) Ejusdem Panegyrici locos II. 143 et 132. 215 strictim attingam Conject. XIX.

p. 797, 7: δείκνυσιν ὁ περιάγων ἐν ἀμυδροῖς τοῖς γνωρίσμασιν, οὑτοσὶ μὲν Σεμέλης θάλαμος, οὑτοσὶ δὲ Ἁρμονίας (penetrale Harmoniea Stat. VII. 602. Paus. l. d.) et norunt Euripides Bacch. 6 cf. 596. 624: ὁρῶ δὲ μητρὸς μνῆμα τῆς κεραυνίας Τόδ' ἐγγὺς οἴκων καὶ δόμων ἐρείπια. Nonnus XLIV. 25 Statius VII. 601: „mallent cunabula magni Herculis aut Semeles thalamum — ruisse" cf. IV. 675. VII. 179. X. 68. Sed de re, de qua quaerere instituerunt Turnebus Adv. XXVIII. 43 p. 1029, 22. Barthius Stat. T. III. p. 742. Burmannus Jov. Fulg. VII. p. 273 sq. et Ovid. Fast. VI. 503 p. 411. Jacobsius Anth. Gr. II. 1 p. 339, nolo plura huc repetere, quae in Paradoxorum altero volumine accuratius explorata doctis hominibus diutius deberi sic potuerunt, ut potuerunt. Ceterum non dissimulo, si quis his ita expositis codicum Barth Put. Vrat. patrocinium malit quaerere, ei hoc restare, ut ad hanc interpretationem descendat: dici a Capaneo fulmine turbatam Semelen, inde tanto Cadmi regiam incendio vastatam, ut ne Harmoniae quidem thalamis parceretur.

Jam vero versum VIII 617:

Sic Pandioniae repetunt ubi fida volucres
Hospitia atque larem bruma pulsante relictum

inde, quod idem Monacensis liber praebet vulva, Sebeftlerieusis fulva (superscr.: al. fida), merito in quaestionem edducere videor, non quo hoc pugnem quemadmodum flavam apum domum X. 758, ita hic hospitium ab hirundine lutatum (sic enim Alanus de Planeta Natur. p. 285: „hirundo sub trabe non lutabat hospitium." Burm. Calpurn. Ecl. V. 17 p. 662) dictum esse a Statio fulvum, ut est IX. 727 caligine fulva. Heins. Ovid. Met. III. 273 p. 174. Naek. Caton. Dir. 38 p. 71; sed judicium meum est utriusque vocis gignendae causam fuisse tum illam, quam identidem notavimus, et pronuntiandi et describendi levitatem (fida: vita, ut invisus: infusus adnot. Eclog. v. 2. divisus: diffusus Theb. II. 588 cf. X. 166 undusque: Monac. et codd. Burm. Lucan. I. 182 p. 22 multusque), tum ignorationem insolentioris verbi, quod aliis locis aliter imminutum aut depravatum fuisse vel his exemplis intelligitur: Claudian. B. Get. 410 avitae. Tholos. Vatice. Pal. al. notae. Med. quart. nocte. Phaedr. IV. 4, 38: Agros avitos (nisi fallit Heinsius). codd. plurim. vites. Pith. utiles. Ovid. Fast. VI. 729: telis afflatus avitis. codd. 3 Merk. p. 298 ecntis cf. Quintil. Decl. IX. 16 p. 204 civicam gloriam. Witt. Leid. pr. avitam. Quod autem eruimus:

repetunt ubi avita volucres
Hospitia,

id esse poetarum consuetudini accommodatissimum declarat locus IV. 401: „qui solus avita Gramine communemque petis defendere montem" et quae similia apud Claudianum legi: valles avitas, montes avitos docuit Heinsius B. Get. l. d. p. 457. Ennod. Epist. IV. 15 p. 77. C.: „avito se cespite deflet dejectum." cf. Rutil. It.

I. 25: Praesentes lacrimas tectis debemus avitis. Stat. Theb. VI. 916 avita jugera. Alius fortasse afferet amica hospitia vel amata (Sil. XIII. 345), ut Theb. VI. 12: „quoties Leucothee — amica ad litora festa Tempestete venit." II. 194: „prospectat amicam Puppis bumum."[1]) Adjicere libet Ciris versum 72: „Ipse pater nudem saeva complexus arena", ubi suetam arenam (Sin. VII. 1 p. 132) commemorari praestat, quam siccam, quod Hauptio Relat. Menstr. Acad. Berol. ann. 1858 p. 661 placuit, aut fulvam, quod proposuit Kochius Conject. P. II. p. 3.

Quod autem in versu IX. 864: „Arma tamen frustra superos Triviamque precatus Molitur pallens et surdos expedit arcus" (vid. Dresem. Joseph. Isc. VI. 510 p. 148) Scheftiariensis habet: sudos (superscr.: alii surdos), Frisingensis sudor (quod recte dici comprobare licet cum multis locis tum X. 484 et VII. 471: „clamore ruunt" cf. Coripp. Jo. VII. 232: „Assurgunt clamore viri", quod simile est illi: ὀλολυγῇ χεῖρας ἀνασχεῖν Welck. Syll. p. 34. Theb. X. 66: „lacrimis questuque rogebant" cf. Virg. Aen. II. 323, quos locos praeterierunt Daumius Caton. Dist. I. 3 p. 16 sq. et Burmannus Ovid. Met. VIII. 19 p. 547), facit, ut assiliam ad illum Silvarum locum I. 4, 76:

Hunc Galatea vigens ausa est incessere bello,

quo allato etiam Imhofius Ecl. ad Ux. 104 p. 27 cf. Anal. Prop. I. p. 8 docuit „Statium audacem esse in novandis tum aliis rebus tum syllabarum quantitate." De qua re ne quid incautius statuatur, dubitandum esse dico, an ista Galatia (Galatea Barm. Quintil. Decl. III. 3 p. 62. Galathea Rebd.) provenerit duarum vocum coagmentatione sive Galatora rigens sive Galatira ingens (cf. Conject. III. Ovid. Fast. IV. 539 Metanira. Ilf. Helmst. metania. Imbros: Ebos Conject. XVII.):

Hunc Galetum ira ingens ausa est incessere bello.

Namque „mire placet Papinio irae vox, quam infinitis locis pro heroica virtute et militari audecia constantiaque animi usurpat" Berth. Theb. I. 445 p. 154 add. Heins. Ovid. Met. I. 166 p. 34. Claudian. Ruf. II. 118: bellatrix — ira. Sidon. Apollin. VII. 427: „Insuper et Geticas praemissus continet iras" cf. Ammian. Marc. XVI. 5, 16: „barbarica rabies exarserat in majus — fame urgente agebant aliquoties praedas"; ingens autem extat in Parm. Rom. Venet. cf. Sil. XVI. 521: „in-

[1]) Nazario Pan. Constantin. 10, 3: voces ad societatem: appetitum tuum refugit." Vet. emicum diutius deberi non posse: ambitum tuum" arbitror memor Senecae Med. 400: dies tanto petitus ambitu. Sidon. Apollin. Ep. VII. 17 p. 472: Expeteris cunctis nec te capit ambitus ullus. Stat. Theb. IX. 385: ubinam ille frequens modo circa limina matris Ambitus? Claudian. Eutr. I. 93: „jam turba procax noctisque recedit Ambitus et raro pulsatur janua tactu" cf. Arntz. Eumen. Pan. Constantin. 23, 2 p. 412.

genti saevus ab ira." Majora molitum video Heinsium Epist. ad Falconer. CCCCLXI. p. 534 et Adv. IV. 6 p. 609: „Hunc Galatae atque ingens ausa est incessere bello Mysia" („Maesia vel Mysia" Epist. l. d.). Neque valent quidquam, quae ab Imhofio jam animadverto in Emendd. Stat. p. 6 exprompta: „In codd. non Galatia terra legitur, sed Galatea nympha, a qua vel ipsa vel a cujus filio Galatas originem et nomen traxisse in fabulis est." Quarum quidem fabularum auctorem ille professus est nullum. Nec licuit profiteri, si quidem obscuram quandam famam manasse Galatarum a filio Galateae, non ab ipsa Galatea appellatorum testantur Wesselingius Diod. V. p. 349, 27 et Sturzius Etymol. M. p. 630. C. D. Gaisf. En iterum ejus levitatis documentum, quam Conject. I. incusavimus. Sed ut docuerit id Imhofius, quod optavit: multum differt inter haec: „Galatea ingens ausa est incessere bello" et eos locos, in quibus Cadmi sororem pro Europa, Circen blandam pro Circejis, liticinem notum Hectoris armis pro Miseno similiaque multa legi alias docebimus (cf. Emend. Prop. II. 1).

XVII.

Quod idem Imhofius l. d. de auctoritate multorum, qui Heinsii ap. Broukh. Tib. p. 459 (Epist. ad Falconer. CCCCLXI. p. 534 et Adv. IV. 1 p. 554) consilio refragati sunt, in loco retinuit,[*]) praeter Imhofium Luc. Muellerus de Re Metr. IV. p. 247 nomen Pliadum Silv. I 3, 95:

Haec per et Aegaeas hiemes Pliadumque nivosum
Sidus et Oleniis dignum petiisse sub antris,

id nomen quum olim non improbasse videntur ii grammatici, qui ab Virgilio Aen. I 744 et III. 516 statuerunt hunc versum factum esse: „Arcturum Pliadasque, Hyadas geminosque Triones" (Burm. p. 183. Heins. et Burm. p. 425 cf. Stat. Silv. I. 6, 21. Manil. I. 370: Pleladesque Hyadesque. cf. Gruter. Sen. Med. 311 p. 439), non jam dubito in disceptationem adducere. Quid enim? ab iis, qui Pliadem et Olenium astrum cum a multis (ut ab Ovidio Her. XVIII. 188. Met. III. 594), tum ab ipso Statio Silv. III. 2, 76: „Tunc nubila Pleias Oleniumque pecus, solito tunc pejor Orion" una commemorari tenerent, nonne verisimile est notissimum nomen in locum ejus sideris suffectum esse, cujus fama esset paulo obscurior? De Haedis enim haec prodidit Aratus

[*]) Eundem Imhofium jam video aliter sentire Emendd. Stat. p. 10: „Scriptum erat Hyadumque, ut recte vidit Heinsius cf. I. 6, 21." Difficile vero dictu est, quid tandem rationis impulerit librarios, ut Pliadum nomen mallent prodere, quam quod non minus tritum esset: Hyadum.

Phaen. 158: καίτοι φάτις ἤλυθεν Αἰγὸς Αὐτῆς ἠδ' Ἐρίφων, οἵτ' εἰν ἁλὶ πορφυρεούσῃ Πολλάκις ἐσκέψαντο κεδαιομένους. Lyd. de Menss. IV. 87 p. 286: τῇ πρὸ μιᾶς Νωνῶν Ὀκτωβρίων — τοὺς Ἐρίφους ἀνίσχειν καὶ Βοῤῥᾶν πνεῖν cf. Prop. II. 20, 56. Ovidius Trist. I. 11, 13: Saepe ego nimbosis dubius jactabar ab Haedis: Saepe minax Steropes sidere pontus erat" Claudianus B. Gild. 497: „Imbribus humescant Haedi nimbosaque Taurum Ducat Hyas." Epigr. XXIV. 3: „Sic non imbriferam noctem ducentibus Haedis Jonio credam turgida vela mari" similiaque ii, quos commemorarunt Barthius Theb. VIII. 407 p. 881 sq. Heinsius Ovid. Met. XIV. 711 p. 995. Cortius Lucan. V. 583 p. 657. Kiesslingius Theocrit. VII. 53 p. 216. Nec per ipsam litterarum speciem difficile fuit ad falsum istud Pliadum (placidum Parm. pleadum Bongars. et Guelf. 9 Lucan. II. 722 add. Stat. Theb. V. 47: „Unde hos advenias. Frisiug. tuo advenias", quo exemplo haec ponere licet: haedum. tuadum. lyadum) transcurrere a vero haedum:

Aegaeas hiemes Haedumque nivosum
Sidus.

Quod ipse Statius sibi vindicat hoc loco Theb. VIII. 407: „non tanta cadentibus Haedis Aeriam Rhodopen solida nive verberat Arctos." Cf. VI. 422. Manil. V. 130: „Olenie servans praegressos tollitur Haedos Egelido stellata polo" (cujus immemor Marklandus p. 197 hoc erravit: „sub sidere Olenii haedi vel Capellae"). I. 365: Tunc subeunt Haedi claudentes sidere pontum Nobilis et mundi nutrito rege Capella — Pleiadesque Hyadesque, feri pars juraque Tauri In Boream scandunt: haec sunt Aquilonia signa."

His autem ita deliberatis sequitur, ut dicamus de Ovidii Art. Am. I. 731 loco hocce:

Pallidus in Lyrice silvis errabat Orion,
Pallidus in lenta Naide Daphnis erat

(codd. Litie, Licea, Lincam, linceis). In quo loco olim nonnulli ad lyrici poetae Arionis mentionem descenderunt facta duarum vocum mutatione: „Pallidus in Lyrice silvis errabat Arion", quarum illa cum multis placuit tum Gronovio Nott. in Sen. Nat. Quaest. IV. 2. P. II. p. 4 Fick. (Progr. Vratisl. 1848) et Burmanno Prop. I. 13, 6 p. 131 (Lynce Salm. Exerc. Plin. p. 176. a. D), quidam lynces ab Orione agitatos retulerunt, nuper autem rem ab Heinsio simul et exprомptam et spretam recoluerunt et suo nomine commendarunt R. Schultzius et Luc. Muellerus Mus. Rhen. XVII. p. 531 illi quidem nec nostro deterriti monito a pristinae scripturae vestigiis tam longe discedi vetantium Theb. Parad. p. 382 nec hoc recordati Sides amores, per quos volunt Orionem pallorem duxisse, nec summi voti moram habuisse nec reliquisse gravius desiderium Apollod. I. 4, 3 p. 7, 6, nedum memores Meinekii Diatr. ad Callim. Lav. Pall. 27 p. 269. At Pliadum amore

Orionem per Bocotiae silvas vagatum et vehementissime et diutissime laborasse certis constat testimoniis, quae in medium attulimus Theb. Parad. l. d. add. Schol. Bern. Germanic. p. 235, 31: „Virgiliarum — una vix intuetur, quam dicunt ob amorem Orionis fugisse." Atqui ipsum Pliadum nomen quamvis re probabile jam intellectum est verbo abhorrere. Accedit, quod quominus ex Pliadum numero unam excerptam fuisse statuamus sive Glaucen (Callimach. ap. Schol. Theocr. XIII. 25 p. 360. 5 cf. et Munck. Hyg. 163 p. 277. not. 8. Schol. Hom. Il. III. 189 p. 105, 43 et Plutarch. Quaest. Gr. XLI. p. 401. Dindorf Steph. Thes. II p. 635. B) sive Placian (Schol. Theocr. l. d. cf. Apollod. III 12, 3 p. 107, 17), impedit ipse poeta vulgatiori famae assensus Fast. IV. 170 sq. Trist. I. 11, 14. Ergo quoniam manent illa, quae in reprobandis Heinsii p. 594 et Fast. V. 499 p. 347 („in Dirces silvis") et Jac Gronovii Steph. Byz. p. 543 („in Zeeae silvis") iuventis inculcavimus: „consentaneum omnino erat ad similitudinem alterius versus: Pallidus in lenta Naide Daphnis erat et Am. III. 6, 25: Inachus in Melie Lyrceide pallidus isse Dicitur sententiae id exquiri supplementum, quo intelligeretur, cujus Orionem amor confecerit": de integro res et causa exploranda est. Consideranti autem quidquid scribendo variatum hic unquam est, hoc emergit atque lucet vocabuli vetustate jam obruti primam fuisse syllabam lIr. Nam et in aliquot libris extat lirice (lyrice) nec ab hoc, quae alii libri praebent: linea, lincea, linces, Lineie, linceis illincis, longius distant, quam a Liriope Lynope editt. Vib. Seq. p. 22 et quae memoravimus Conject. XV, aut cum hoc ipso linea, quae in reliquis inveniuntur: Liciae. Litie, Licita, plus differunt, quam cum sine(te) sitie Berol. Martial. VI. 85, I, cum Clytie Clyne Parm. Lact. Narr. Fab. IV. 6 p. 259 Burm., cum Action Acnon (Conject. III.), cum Latiae lanae, cum tantis tacitis (Conject. XIV.). Quo posito fundamento hoc dilucere coepit ad ea, quae quidam libri tenent: linces, Linceis, illincis, Lyrices pertinuisse contagionem proximae vocis silvis. A qua contagione si sevocaveris nomen Lirices, agnosces jam syllabam Liria (Conject. VII not. 3) ab aliis aliter: Licea Juret. Linea Reg. Lincen, Licita, Liccae, Licie, Litie, Lineie, Lince, Lincem, Lincam, illinci, linceis detortam, ex quo verus ejus nominis exitus ignorari coeptus erat. De quo exitu habere videor quod liqueat ex alia parte repetitum. Namque silvarum, quibus errasse Orion dicitur, ipsa mentio significat ad eam fabulam spectasse Ovidium, quam memoriae prodidit Parthenius XX.: Λέγεται δὲ καὶ Οἰνοπίωνος καὶ νύμφης Ἑλίκης Αἰρὼ κόρην γενέσθαι. ταύτης δὲ Ὠρίωνα τὸν Ὑριέως ἐρασθέντα παρ' αὐτοῦ παραιτεῖσθαι τὴν κόρην καὶ διὰ ταύτην τὴν — νῆσον ἐξημερῶσαι τότε θηρίων ἀνάπλεων οὖσαν — Οἰνοπίωνος ἑκάστοτε ὑπερτιθεμένου τὸν γάμον. Constat igitur, quo amore pallidus factus silvis Orion erraverit; quo nomine Oenopionis filia appellata fuerit, ambigitur. Passovius enim Hero dictam fuisse suspicatur; at Meinekius Parthen. p. 323 et Philol. XIV. I p. 8 veretur „ne hoc

nomen potius Μαιροῦς scribendum sit referendumque ad μαῖραν caniculae sidus"; nihil attulit Tzschirnerus de Nom. in ω exeuntibus p. 8 („profecto nomen Αἰρώ singulare"); Lobeckius autem rem ex cura omisit Aglaoph. p. 733 sq. Nec vero obscurum est hoc olim peccatum fuisse, ut Αἰρώ scriberetur pro Λιρώ, ut pro Λιρός reperitur Ἀερός Kust. Hesych. I. p. 114 not. 15. ἀερόπη pro λειριόπη Schol. Nicandr. l. infra affer. aliaque ejusdemmodi multa Theb. Parad. p. 383. Nomine Λειρώ autem quid integrius sit, non invenio; nam et comparationem habet cum Μιλτώ et Τυρώ et quod ipsum „a colore ductum" Lobeckius l. d. p. 734 omisit, Κριννώ Heyn. Apollod. II. 1, 4 p. 272. Has. Steph. Thes. IV. p. 1971. D et tam prope abest a Λειριόπη, quam ab Εἰδοθέα, Ὑψιπύλη, Ἀφροδίτη Εἰδώ, Ὑψώ, Ἀφρώ Lob. l. d. add. Etym. M. p. 264, 6. 505, 35. 760, 54 et Anecd. Oxon. II. p. 454, 29. Zonar. p. 501. Schol. Dionys. Thrac. p. 857, 9. Val. Flacc. I. 367 (Hypso), nec conjecturae non suffragatur Theophrastus, qui H. Pl. III. 16, 6 λειρώδης dixit cf. Lob. Phryn. p. 80, et grammatici, quibus auctoribus λειρόφθαλμος εἰ μὲν σημαίνει τὸν προσηνῆ, διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται παρὰ τὸ λείριον ὃ σημαίνει τὸ ἄνθος Tittm. Zonar. p. 1294 not. 92. Jam vero Parthenii Ovidiique interposita auctoritate in Schol. Nicandr. Ther. 15 p. 5, 29 loco, quem sic descripsit Keilius: ἐλθόντα δὲ εἰς Χίον πρὸς Οἰνοπίωνα Μερόπην — βιάσασθαι, id, quod Vaticanus liber praebet ἀλερόπην (ἀερόπην Ald. Ἀερόπην Schneid. cf. Kust. l. d. Mythogr. I. 185 p. 56, 20 Liriope. II. 180 p. 135, 18 Alciope), nos rectius et ad fabulae fidem et ad conjectandi probabilitatem videmur ad hunc statum revocare: Λειριόπην. Quo facto singularem licet detegere ac convincere errorem, quo ducti omnes adhuc credunt dictitantque Oenopionis filiae Meropae nomen additum fuisse. Neque enim jam dubium est, quin frequentissima illa litteras ΛΙ et Μ permutandi temeritate, qua apud Theodoretum Gr. Aff. Cur. VII. p. 885 δῆλα in uno codice factum est δῆμα et Callimachi illud ἦλιε χαῖρε (Epigr. XXIII. 1) in Leideosi codice ap. Valck. Ammon. I. 13 p. 58 ἡμεχαιρε. Bast. Greg. Cor. p. 455 et Comm. Pal. p. 723, pro Λιριόπη Μερόπη consignari coeptum sit. Falso igitur proditum ajo esse apud Apollodorum I. 4, 3 p. 7, 8: ἐλθὼν εἰς Χίον Μερόπην τὴν Οἰνοπίωνος ἐμνηστεύσατο. Eratosthenem Catast. XXXII. p. 260, 25: ἐλθόντα δὲ αὐτὸν εἰς Χίον Μερόπην τὴν Οἰνοπίωνος βιάσασθαι. Theonem in Arat. Phaen. 322 p. 80, 18: ἐλθόντα δὲ ἐς Χίον Μερόπην (Μέροπην editt. Μέροπην Munck. Hyg. p. 486) τὴν Οἰνοπίωνος βιάσασθαι. Hyginum Poet. Astr. II. 34: dicitur — Chium venisse et Oenopionis filiam Meropen — compressisse." Schol. Germanic. p. 163, 7: cum Chium venisset Meropen Oenopionis filiam compressit. 16: „propter stuprum Meropes." In quibus locis quod reparandum est nomen Λειριόπη, id quum doctis hominibus videatur non extare nisi in latinorum scriptorum monumentis (Hessel. Vib. Seq. p. 233. Mythogr. II. dd.), jam in Steph. Thesaurum referendum est auctoribus non incertis. Referre etiam Λειριώνη jure videor commendabile similitudine nominum Ἰώνη Nonn.

XIV. 227, Λειμώνη, Μηκώνη, aliorum, quae disceptarunt Lobeckius Path. IV. 5, 2 p. 229 et Meiuckius Diatr. ad Callimach. Epigr. 23 p. 275; manifesta enim indicia et vestigia extant in Alciphronis III. 17: Χαιρέστρατος Λημιόνῃ libris Vat. Λημίῳ. B et Venet. Λειμιόνῃ. 1. Ἐπιτριβείης ὦ Λημιόνη Vat. Λημίον. Venet. Λημίων) et 45: ἐπανελθοῦσα τοῦ συμποσίου Λειμιόνη (cod. Θ ἡλυκριόνη, quod Seilerus Ἠλεκτρυώνη, Meinekius ἡ Λημιόνη esse interpretatur, ego appositis vocabulis ἡ κρινώ — tantumdem enim valent Κρινώ et Λειμιώνη — natum suspicor). Ac sum pro hac sententia firmior, postquam a Meinekio p. 131 haec: Λειμιόνῃ vir doctus in thesauro L. G. v. Λήμιον: hoc secutus sum" falso scripta esse intellexi; aliud enim judicium est Angli hominis V. p. 261. D: Λήμιον nomen mulieris ap. Alciphr. III. 17 libris tamen dissentientibus et ad Λειμιώνη ducentibus, quo modo scribendum videtur n. Λειμιόνη, quod est ib. 45." Et his quidem quaestionem viderer profligasse totam, nisi levitatis accusandi essent, quicunque Scholiastae Nicandr. locum: ἐλθόντα — πρὸς Οἰνοπίωνα Μερόπην τὴν γυναῖκα βιάσασθαι attigerunt nec vitio affectum intellexerunt. Nam et ipsa verba: Μερόπην τὴν γυναῖκα, quae correxit varius, quam transcripsit Natalis Comes Myth. VIII. 12 p. 882: „Meropen illius uxorem vitiare conatus est" (cf. Plut. Cat. Maj. 17: Μανίλιος — τὴν αὐτοῦ γυναῖκα — κατεφίλησεν), cum more graecorum scriptorum parum congruunt et constans fama est Oenopionis filiam ab Orione adamatam fuisse, non uxorem. Quare quum γυναῖκα et θυγατέρα non liceat permutare ea ratione, qua apud Nicephorum Basil. Progymn. VII. 11 p. 492, 26: Ἀφροδίτης μήτηρ Ἁρμονία corrigi θυγάτηρ non minus verum est, quam in iis locis, quos indicarunt Lobeckius Aglaoph p. 353. not. a et Hauptius Obss. Crit. p. 2, succurrendum est hac arte: Λειμιόπην ἐν κυνηγίᾳ βιάσασθαι. Quae verba probabiliter conjectata esse ex iis percipitur, quae exposuimus Electt. Crit. p. 3 sq. et Symb. Crit. Anth. Graec. III. p. 11, recte et usitate dici exempla declarant Apollodori fr. περὶ θεῶν p. 1053 sq.: ὃν ἐν κυνηγίᾳ διαφθαρῆναι — λέγει et Parthenii XXXIII. p. 334, 13: τὸν μὲν Φίλοττον ἐν κυνηγίᾳ διαφθαρῆναι; nam alii in eadem re posuerunt voces ἐν κυνηγεσίῳ, κυνηγεσίᾳ cf. Sin. VII. 1 not. 37 p. 132. Ergo ad liquidum perduxisse videmur ab Ovidio scriptum fuisse hoc:

Pallidus in Liro silvis errabat Orion.

Cujus vocabuli exitus librariis tantae fuit admirationi, ut in alia omnia, quae supra recensuimus, deflecterent. Scilicet iidem Pont. III. 1, 133 Trist. V. 14, 41 „nil opus est morte" consignare maluerunt, quam „nil opus est Clotho" (ut in Emend. Prop. IV. 4 pluribus evincetur) neque in Propertii loco II. 23, 19: „ut est deperditus Jo" defuit (Dorv. sec.), qui praeferendum putaret Jos. Verum hoc amplius censemus in eum locum, in quo penitus vox lenta insedit, quum et inertem eam atque adeo inanem esse declaret ipsum illud: pallidus et sententiae veritas id requirat, quod plane respondeat illi parti: Pallidus

in Liro, restituendum esse nomen a Theocrito VII. 73 contestatum. Quod fuisse Syneten:

Pallidus in Syneta Naide Daphnis erat

non obscure arguunt confusa duo illa, quae in libris comparent: Ξενέας (Schol. I. 65 p. 64, 16. VII. 73 p. 262, 3: Μοῦσα ἦν ἡ Ξενέα), Ξενίας (p. 521 not.) et Ξάνθας (Schol. p. 262, 2: ἢ γράφεται τᾶς Ξάνθας). Quod ipsum nomen invenimus in Anth. Pal. XIV. 123, 11: μνᾶς ἐχέτω — Συνέτη δέκα — Ἑπτὰ δὲ μνᾶς Συνέτῳ παιδὶ δίδωμι Σύρου et in iis locis, quos addidit L. Dindorfius Steph. Thes. VII. p. 1356. D, et in Marm. Felsin. VIII. 6 p. 486: D. M. Caeciliae Synete"; neglexerunt et ii, qui haec nomina: Claudius Synethus et Cassia Synethe in lapidibus inscripta legi docuerunt (Forcell. Lex. Lat. IV. p. 261), et Lobeckius Paralip. VII. 7 p. 475 cf. Jac. Anth. Pal. IX. 41 p. 665; apud Diodorum quidem XIV. p. 677, 98: Δωρίδα τήν τε Ξενέτου θυγατέρα ipsa vocula τε, quae a Stephano sublata est, indicat olim scriptum fuisse, quod conjectavit Lobeckius Pathol. VII. 4, 3 p. 374, post eum Dindorfius l. d. V. p. 1641. C: Ἐξαινέτου. Apud Ovidium autem quis negaverit seneta (cf. Theocr. l. d.) potuisse sic fieri lenta, ut apud Claudianum IV Cons. Hon. 654 Suevus in Oxon. Leidd. Liebus, in Lovan. Liecbus et Serenum Samm. XLVI. 830 sarissae in Reg. Venet. Larissae? Cujus erroris alia exempla collegit Drakenborchius Liv. II. 23, 3 p. 190.

Sed redeundum ad Statium est. Cujus illum versum IV. 3, 59:

His parvus, nisi Lechiae vetarent,
Inous freta miscuisset Isthmus

restituere ingresso Imhofio Ecl. ad Ux. p. 4 et Emendd. Stat. p. 9 sq. non magis successit, quam reliquis omnibus. Qui de nefasto Isthmi perfodiendi incepto multa docte commentatus postquam illud scienter effecit „aliud verbum latere non posse sub corrupta voce deviae, nisi quod fati et ipsorum deorum voluntatem operi contrariam indicet, ut bene senserunt Turnebus et Barthius", vocem „vetustam et arcanam et Statii aequalibus paene incognitam cliviae" sibi persuasit „peraptam poetae visam esse, ut ipsius soni insolentia rem ne Domitiano quidem permissam denotaret: nisi cliviae vetarent." Quod eruditissimi viri consilium vel idcirco ipsum devium videtur esse, quod nec cliviae recte dicuntur pro cliviis avibus et in descriptione operis periculosae aleae pleni avium mentio levis est atque iners prae ea, quam intulit Pausanias II. 1, 5: Κνιδίους δὲ ἡ Πυθία τὸν ἰσθμὸν ὀρύσσοντας ἔπαυσεν· οὕτω χαλεπὸν ἀνθρώπῳ τὰ θεῖα βιάσασθαι. Barth. Silv. l. d. p. 373. Nec quod ipsi hujus loci sententiae convenientissimum est, ita abditum est, ut lateat. Quemadmodum enim pro Pharia varia, passive pro Pasiphae erupit (Conject. I.), ita et in Gloss. Labb. p. 51 delnea id est delvica (Cang. Gloss. II. p. 48) et hic deviae factum est, quod fuerat dephiae. Quod ipsum quid sit, declarant Martialis XII. 66, 7: Argentum atque aurum non simplex Delphica portat" codices Pu-

taneus et Vossiani, in quibus extat Dephica (cf. Hor. Carm. III. 30, 15 Delphica lauro. cod. ð ap. Kirchn. N. Q. Hor. p. 56 Delphia. Theb. Parad. p. 397). Delphica autem tantum abest ut intelligatur tripus (nemo enim Apollinis cortinam dixit delphicam cf. Turneb. Adv. XXVII. 15 p. 959, 34 et IX. 19 p. 269, 54. Salm. Spartian. Pescenn. 6 p. 659. Cang. l. d. Cram. Schol. Juvenal. III. 204 p. 101. Sillig. Plin. N. H. XXXIV. 3, 8 p. 132. V. D. Steph. Thes. II. p. 985. B), ut in ea sententia posita sit, quam nondum quisquam investigavit. Namque ut Apollinem ab Ovidio Met. II. 543. 677. Fast. III. 856 vocari Delphicum compertum est (de reliquis enim ejus generis, de quo est Ithacus Barth. Stat. Achill. II. 24 p. 1710, exemplis disseruimus in nostra de Nestorea senecta quaestione p. 3), ita Delphicam a Statio nominari Pythiam, Latoam vatem (Sen. Oed. 230), Phoebadem (Cort. Lucan. V. 128 p. 384) non temere affirmo. Documento est Martialis IX. 42, 4: „Apollo — Doctae sic tibi serviant sorores Nec Delphis tua mentiatur ulli" cf. Eur. Jon. 318: καί τις γάλακτί σ' ἐξέθρεψε Δελφίδων; Martialis autem allato testimonio veto recoli atque huc transferri illud Sen. Oed. 16: hoc me Delphicae laurus monent." Quae si vere disputata sunt, dubitari jam licet, an Ovidius Her. II. 118: Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis Et cecinit maestum devia carmen avis," cui reddi jussit Imhofius p. 10 hoc: clivia carmen avis," corvum potius sive Delphicum alitem (Heins. Petron. 122 p. 754. Barth. Theb. III. 506 p. 811 et Silv. II. 4, 17: plangat Phoebeius ales" Animadv. p. 226. Bochart. II. Hieroz. II. 13 p. 212 sq) commemoraverit in hunc modum: Et cecinit maestum Delphica carmen avis" cf. Tiraquell. in Alex. ab Alex. Gen. Dier. V. 13 p. 137 sq. Verum Statii causa nondum peracta est. Neque enim jam latet vocem parvus eo erroris genere provenisse, de quo et supra in disceptatione Ovid. Art. Am. I. 731 p. 235 commemoravimus et ex loco Fast. II. 536 existimatur: „Et sparsae fruges parvaque mica salis." Arund. Bavar. Putean. sparsaque cf. V. 640 sparsos. Patav. sec. paucos. Martial. III. 65, 8 codd. passa: parta (cf. parca: parva Cort. Lucan. V. 505 p. 644. Heins. Val. Flacc. III. 599 p. 306. Adnot. Eclog. v. 77), sparsa. Lucan. IX. 447: passa (Burm. Ovid. Art. Am. III. 709 p. 705 et Claudian. Eutr. II. 421 p. 343). cod. Cort. Salm. parsa. add. Silv. III. 4, 66 prima: parva, sparsa (Conject. XIX). Quid enim magis consentaneum fuit, quam hoc dici: illae quidem manus Isthmo, nisi Delphicae sortes vetarent, disjecto et sparso duo maria miscuissent? Spargi enim dicitur Isthmus, ut turris a Corippo Jo. II. 400: ariete — adducto spargere turres", saxa a Lucano I. 384: „His aries actus disperget saxa lacertis" (Vitruv. I. 5: turres quadratas machinae celerius dissipant. Sil. XII. 184: disjectis undique portis"), penates Heins. Nott. in Prop. p. 707 cf. Martial. IX. 40, 6: „Dispersa rate tristibus procellis." Sen. Herc. Oet. 209: „letifero stipite pulsus Tota jacuit

sparsus in aula." 979. 26. Cort. Luc. VIII. 100 p. 288. Versu autem sic emendato:

> His sparsus, nisi Delphicae veturent,
> Inous freta miscuisset Isthmos

obruitur Marklandi sententia, quem mirum est quod doctorum consensus judicavit ista: His parvus commode explicasse comparatione Ovidii Met. VIII. 699: „Illa vetus dominis etiam casa parva duobus" Claudianique IV. Cons. Hon. 474: „Gens — cui parvus Athos angustaque Thraee."

Jam quam paucissimis absolvam de errore illo, per quem post alios lapsus est Merkelius Ovid. Trist. III. 12, 2 p. 207: „Statius I. 2, 251 Cous iambum fecit ac quantumvis vituperatum a Valckenario ad Callimach. eleg. p. 30 larga manu exemplis similibus illustravit Marklandus ad 2, 2, 93. 4, 3, 59." Recte enim et usitate scriptum esse a Statio hoc:

> hunc ipse Coo plaudente Philetas
> Callimachusque senex Umbroque Propertius antro
> Ambissent laudare diem

(quem locum expressit Barlaeus Heroic. I. p. 88: Haec si blandiloquus spectasset festa Catullus, Ambisset festiva loqui") subtiliore obtinuimus quaestione Anal. Prop. V. p. 30. 96, cujus immemor fuit Imhofius Emendd. Stat. p. 5.

Plura dicenda sunt de versu I. 6, 15:

> Et quas percoquit Ebosia cannas

(Ebosoa cannas Salm. et Bodaeus Theophrast. Hist. Pl. IV. p. 387). In cujus versus emendationem et multam et egregiam operam nuper contulit Imhofius Emendd. Stat. p. 5 sqq. Ficos, inquit, inter ejusmodi cupedia semper memorari supervacaneum est congestis testimoniis proferre cf. IV. 9, 26. — Quodsi ficorum mentio recte hoc loco poscitur, quod in codd. optimis legitur caunos nil aliud potest esse quam Caunos, Cariae illa urbs ob ficos celeberrima. — Restat mirum illud vocis prodigium sive aebosia sive ebosia, quod ego corruptissimum censeo. Apposuisse enim epitheton Statium pro certo est tale, qualia in praecedentibus tribus versibus leguntur nobile fecundis pia. In ejus locum irrepsit Ebusi insulae nomen, quod ob eandem ficorum celebritatem (Plin. XV. 19, 82) adnotaverat quidam in margine et ae metrum claudicare videretur, scite excogitatum est quod nunc legitur monstrosum vocabulum. — Denique vero cuncta Ebusus et omnia Ebusitana procul ableganda, ubi cum veniens eurus hunc rorem profudisse dicatur v. 11, recte missilia tantummodo desiderantur ex oriente provenientia: Ponticae nuces, Idumaeae dactyli, Damascena pruna, Cauneae fici, nequaquam admitti potest, si quid in Ebuso gignitur occidentali. — Quae quum ita sint, profectum videtur a Statii manu: „Et quod percoquit aestuosa Caunos." Cui de restituendo Cauni

urbis nomine valde assentior, de inferenda voce aestuosa vehementissime repugno. Namque longe aliam falsae istius Ebosiae originem fuisse videor probabiliter obtinere. Inde enim, quod apud Corippum Justin. III. 294 Imbrum et Ebrum scribendo variari testatur Fogginius p. 433 et apud Ammianum Marcellinum XXII. 8, 2 in Ms. Embrum invenitur (Itali enim eam insulam vocant Embro Tzschuck. Mel. II. 7, 8 p. 661. Vol. III. 2), facile ducor ad suspicandum librariorum errore factum Ebos esse, quod fuerat Imbros (cf. Conject. III). Cui nomini quod ab aliquo grammatico adscriptum fuisse videtur insula, simul et extremam nominis Ebosia partem genuit et obruit vocem antiquitus inter nomina Imbros et Caunos positam: quis enim non agnoscat vestigia vocabuli Insula, qui meminerit permutatas saepissime litteras i et l (Schol. Lucan. VI. 391 p. 458 in silvam. Berol. suvam. corr. sililam, ne proferam ea, quae Emendd. Prop. capiti 4 libri primi destinavi) vocesque silva et insula, ut apud Frontinum I. 6, 4 silva Litana. Reg. Hill. insula. Aurel. Vict. V. III 22, 3 proximam insulam. Leid. sec. silvam. Schol. Lucan. I. 655 p. 102: in Nemea silva. Berol. Nemaea insula (ut Lips. VI. 391 p. 458: Neam insulam). 662 p. 103: in Cyllene insula. scrib. silva" cf. Cic. Mil. 27: ut sibi insulam. al. ut insulam? Quae si operosius machinari judicemur, in proclivi est alteram de origine syllabarum ia (Ebosia) explicandi ingredi viam, quae infra monstrabitur. Nunc expromam, quod ad pernoscendam causam caput est. Tantum enim abest, ut quisquis primum insulae Imbri mentionem intulit, recte fecerit, ut pro certo affirmem dici hic Imbrum locum urbi Cauno proximum, de quo memoriae prodidit Strabo XIV. p. 651 (quem testem dedit Cellarius Geogr. Antiq. III. 3 Sect. VI. 130 p. 85, non item Wesselingius Hieroel. Syneed. p. 685 aut Dindorfius Steph. Thes. IV. p. 594. D): ἔχει δ' ἡ πόλις (Καῦνος) νεώρια καὶ λιμένα κλειστόν. ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ἐν ὕψει φρούριον Ἴμβρος, praeter Strabonem Quintus Smyrnaeus VIII. 78: ὅςτ' ἐνὶ κοίλῃ Καύνῳ ναιετάασκε διειδέος ἀγχόθι λίμνης Ἴμβρῳ ὑπαὶ νιφόεντι. Quibus accedit nummus Eckh. D. N. II. p. 584: IMBPOY. Vir gradiens d. demissa ramum s. pateram." Itaque rem vetustate paene obrutam commode detexisse mihi visus non dubito eam vocem reparare, ad quam abolendam et proximarum litterarum similitudo valuisse videatur (ce: caunos cf. Valg. p. 430. Ebosace: Ebos atque cf. Burm. Ovid. Met. III. 631 p. 227. Markl. Silv. II. 1, 64 p. 216.) et illa litteras ae et i (Conject. I.), a et ce (Conject. VII.) permiscendi levitas: Ebosaea. Ebosaece. Ebosatque (cf. aeque: atque Conject. XV. p. 220):

Et quod percoquit Imbros atque Caunos.

Quod superest: quod in Rehdigerano extat: Et quo", id quaeri fortasse potest an signum maneat versus a nonnullis olim sic scripti: Et quo praecolit (coquendi et colendi verba enim in multis permutata locis reperimus, ut apud Martialem XIII. 115, 1 et Sedulium III. 36,

et queat a Marullo pro cluet positum apud Lucretium IV. 53) id est praecluit (cf. Burm. Anth. Lat. II. 144, 12 p. 327 et Mantiss. p. 707. Kopp. Marcian. Cap. I. 4 p. 14. Jul. Valer. Gest. Alex. I. 38).

Ventum est ad versum 16, quem sic scriptum:

Largis gratuitum cadit rapinis

non modo pro incorrupto post Barthium Adv. XVI. 1 p. 825 aliosque plurimos habuit ipse Imhofius Eclog. ad Ux. 104 p. 27. Emendd. Stat. p. 5, sed Luc. Muellerus firmissimam quasi sedem et fundamentum voluit esse constituendi hujus praecepti de Re Metr. IV. p. 258: „fortuitus quamquam haud dubie longa i ponitur a Plauto et Horatio et Phaedro, tamen eodem jure quo gratuitus (Stat. Silv. I. 6, 16) eandem corripiet. Neque aliter stabit versus Manilii I. 182: num neque fortuitos ortus surgentibus astris, cum abstineat ille omni synhaeresi. Quare versu ut puto hoc Juvenalis: „non quasi fortuitus nec ventorum rabie sed non dicemus illud quod est fortuitus per synizesin explere molossum, sed potius integris syllabis choriambum". Scilicet fortissime affirmare solet homo doctissimus, qui ne minimum quidem Statii studio contulit stipendium. Equidem hic longiore nolo exordio disserere, quanto cautius et iis, quos supra nominavimus, et Peerlkampio Hor. Carm. II. 15 p. 213 in hac re disceptanda versati sint Lennepius Add. in Terentian. Maur. p. 430 et Schraderus Praef. Emendd. p. XXVII. sq.: hoc enim agendum est, ut plane percipiatur illud quidem vocabulum a Statio non fuisse consignatum. Nec vero cum Schradero facio, qui „delendum, inquit, versum videri dico. Hoc docent confusa tempora cadit sequente cadebant: hoc violata lex carminis: hoc aliae rationes, quibus motus Marklandus eundem vel spurium vel depravatum esse censebat: neque enim vir summus — insigne vitium in modo syllabae vidit." Longissime enim abhorreo a Marklandi, Peerlkampii, aliorum, quos notandi copiam hic libellus fecit, ratione, qui audentius ipsa ea de medio tollenda censeant, de quorum origine ipsi non habeant quod probabiliter proferant. In promptu autem sunt duo, quibus medium versum vitiis obrutum esse evincam. Namque mala fraude scribi coeptum esse cadit declarant et versus 11. 20: Fecundis cadit aut jugis Idumes. — Praegnantes caryotides cadebant" et libri Rehdigeranus et Parmensis, quorum ille tenet cadet, hic culet.[8a]) Deinde quis est quin hoc vel leviter monitus con-

[8a]) Qui Isidori glossam: „Appia aestiva cadens temperata" sic corrigendam esse vidit: calens, Caugius Gloss. I. p. 266 non vidit Appia convertendum esse in aprica cf. Gloss. Amplon. 300 p. 270: „aprica, aestiva, calens." Hildebr. Gloss. Paris. 120 p. 14. Verum recte idem Caugius de Glossa Labb. p. 15: Appia εἶδος σκεύους, ὡς Παχούβιος his praecepit: „videtur legendum Applar" cf. Salm. Treb. Poll. Claud. 17 p. 401. Osann. Gloss. Lat. Specim. v. Appia. Incompertam eam rem habet Ribbeckius Com. Lat. Reliqq. p. XX. A quo

cedat vocem gratuitum illiberalem et futilem atque adeo absurdam videri comparatam cum sententia versus 24: „Plebem grandino concutit serenam", conjunctam cum verbis largis rapinis? Itaque primum hoc apparet fere idem apud Statium peccatum esse atque apud Lucanum IX. 406, ubi inter se de loco contendere paventes, calentes, cadentes Burmannus testatur p. 629, ne quid jam adjiciam de permutatis litteris c et p (Valg. p. 503 sq.) et verbis cadere et jacere (adnot. Eclog. v. 69), jacere et patere (Heins. Ovid. Fast. IV. 478 p. 271. Burm. Lucan. IX. 6 p. 608. Drak. Liv. XXXIII. 17, 8. Burm. Prop. I. 11, 2 p. 113) cf. Silv. II. 7, 91: „Cur plus, ardua, casibus patetis?" Duk. Flor. III. 10, 12 p. 523. Wopk. Pacat. 21 p. 441. Quo posito ac stabilito ipsa rapinarum (largarum Cort. Lucan. I. 614 p. 161. Burm. Val. Flacc. IV. 551 p. 381. Claudian. IV. Cons Hon. 500. Oud. Apul. Flor. I. 3 p. 11) commemoratione ducimur ad litteras illas gratuitum in eum digerendas ordinem, unde exsistat nomen minus pervulgatum: Martigenum, (cui nomen comparationis gratia appositum: Grajugenum Virg. Aen. VIII. 127 nocuisse videri queat):

Largis Martigenum patet rapinis,

ut apud Silium est XVI. 532: „spectacula digna Martigena vulgo" (cf. Ovid. Am. III. 4, 39. Fast. I. 199. Sidon. Apollin. V. 25. Ael. Nebrisa. Prudent. Cath. III. 2 p. 28). Cujus orationis acumen quis tam exiguo poetarum usu (cf. Cerd. Virg. Aen. IX. 613 p. 375. B. 566 p. 365. D. Dausq. Sil. III. 390 p. 135) imbutus est ut non persentiscat?

Etiam majore librariorum flagitio deformatum esse ejusdem carminis versum 64:

Mirantur pumilos ferociores

ne Imhofius quidem, vir accuratissimae doctrinae, perspexit Emendd. Stat. p. 11. Qui jam mallem Molibas (Ptolem. IV. 8. Bochart. Phal. II. 23 p. 141. E) inferri juberet vel mutilos (Voss. Obss. Mel. III. 8 p. 290) vel famulos (Martis et Virtutis cf. Val. Flacc. III. 20. Burm. IV. 520 p. 378), quam retineri istam vocem, quam ipse dicit „unam restare, cui recedens a vulgari usu suum metrum impertivisse" videatur Statius. Namque incredibilia narrat, qui „eandem syllabam brevi verborum intervallō corripi et extendi a Papinio" (Barth. p. 156) affirmat, quamvis eum omnes tum Savaronem Sidon Apollin. Epist. VII. 9 p. 447 atque ipsum Oudendorpium Suet. Aug. 83 p. 304. 305 ita sensisse videam. Quanto enim probabilius hoc profertur: vocem pumilos explicandi insolentioris cujusdam nominis gratia super adscriptam post

huic ipsi fragmento (LXI.) subjungi oportuit id, quod manet apud Veterem Scholiastam Stat. Theb. IV. 737 p. 1230: „Deserta) Desertitudines. Ut Placubius" (Pacuvius Barth.), Antiopae fabulae autem id referri, quod positum est in incert. fabul. fr. II. p. 102 vid. Theb. Parad. p. 374.

ipsi versus ordini insertam fuisse illam ne ipsis litteris qnidem omnino dissimilem (pumilos: putimos, spithamos Chifflet. Tolet. Plin. N. H. l. infra d. cf. Elcctt. Crit. p. 3 sq.)? Sed quid lateat, patefacturo praemunienda sunt aliqua, postqunm Imhofius „totum locum male affectum in editionibus sanasse ex codd." sibi visus est in hunc modum scribendo:

> Edunt vulnera conseruntque dextras
> Et mortem sibi — quam! — manu minantur.
> Ridet Mars pater et cruenta Virtus
> Casuraeque vagis grues rapinis
> Mirantur pumilos ferociores.

Neque enim aut sententiae perspicuitas aut orationi constat integritas, nisi si hic ordo instituatur: „Edunt vulnera conseruntque dextras. En Mars et Virtus eos cum ipso vitae discrimine inter se confligere rident (Theb. X. 648. IV. 293. V. 357. Plaut. Capt. III. 1, 20):

> Edunt vnlnera conseruntque dextras.
> En mortem, sibi qnam manu minantnr.
> Rident Mars pater et cruenta Virtus.

Nihil autem illo errore voculas et et cu permutantium frequentius esse copiosius demonstrabimus Emendd. Prop. VIII. 3 cf. Conject. XVIII. Theb. IV. 404: Et saltus dux alter habet. Burm. Vectig. Rom. IV. p. 40 En. Jam consentaneum est hanc subjungi sententiam: Quid, qnod futurum est, ut grues jam experiantur Pygmaeos se ferociores?

> Norint Trispithamos ferociores.

Insolentioris nominis testes do, quos ne VV. DD Steph. Thes. VII. p. 2464 sq. quidem noverunt, Strabonem II. p. 70 (p. 108, 30): ἀνεκαίνισαν δὲ καὶ τὴν Ὁμηρικὴν τῶν Πυγμαίων γερανομαχίαν τρισπιθάμους εἰπόντες et XV. p. 711 (p. 221, 3), quem locum his Eustathius Hom. Il. III. 6 p. 372, 15 reddit: ὁ δὲ γεωγράφος πεντεσπιθάμους καὶ τρισπιθάμους ἀνθρώπους ἱστορῶν πόλεμον πρὸς τοὺς τρισπιθάμους εἶναι ταῖς γεράνοις φησίν, et Plinium N. H. VII. 2, 2 p. 9: „Super hos extrema in parte montium Trispithami Pygmaeique narrantur ternas spithamas longitudine hoc est ternos dodrantis non excedentes": haec enim jam ejus loci species praevaluit ei, quam accepit Clericus Quaest. VII. p. 354: Spithamaei Pygmaei." Norint autem, ut apud Martialem Spect. XXVIII. 12: Fucinus et diri taceantur stagna Neronis: Hanc norint (Thuan. norunt) unam saecula naumachiam." Ovidium Trist. IV. 9, 25: Nec tua te sontem tantummodo saecula norint (Pal. pr. Put. norunt). Lucanum VIII. 774: „Inveniat trunci cineres et norit arenas, Ad quas, Magne, tuum referat caput." Drak. Liv. VI. 18, 10 p. 168 sq. Quod verbum sic positum: noruntri (spithamos) facile intelligitur quomodo ab imperitioribus librariis deductum sit ad hanc formam: mirantur (cf. Liv. l. d. noritis. Leid. 1 moritis. Claudian. R. Pros. III. 129 mirantia. Jun. sec. Ambr. tert. moerentia).

Sed nondum perpurgatus is locus est. Neque enim audiendi sunt, qui illum rapinam, cujus infra factam mentionem videmus v. 75, hic intelligi arbitrantur, Barthius et Gevartius ac Queckius p. XI.: „quemadmodum Mars et Virtus ridet i. e. risisset, si adesset, ita grues (casurae i. o. quae cadere possunt in pugnum) horum Domitiani pumilorum ferociam mirantur.“ Appuret enim hic idem dici atque ab Homero Il. III. 3 (Aristid. Or. XLV. p. 134, 7: ὅπερ οὖν Ὅμηρος ἔφη τοὺς Πυγμαίους πάσχειν ὑπὸ τῶν γεράνων), Virgilio Aen. VI. 311, Claudiano B. Gild. 474: „Pendula cum parvis moturae bella colonis“, Manuele Phile de Anim. Propr. 11, 4: τὴν στρατιὰν τῶν γεράνων — Τὸ τοῦ ψύχους φεύγουσαν εὐτέχνως βέλος, aliis, quos nominat Bochartus II. Hieroz. I. 11 p. 70 sq. cf. Cleric. l. d. Dempst. Coripp. Just. III. 52 p. 410:

> Cessuraeque vagis grues pruinis
> Norint Trispithamos ferociores.

De qua mutatione sic habeto: litteras ra, ru (quas parum differre supra docuimus), quum superscribi coeptae essent, suo loco reponi desitas ea levitate esse, cujus aliquot exempla proferemus Emendd. Prop. VIII. 1 (pruinis: rapinis) idque eo facilius accidisse, quod describentium animum subiret recordatio versus 16: „Largis (gratuitum) cadit rapinis“ et 75: „Inter quae subito cadunt volatu Immensae volucrum per astra nubes.“ Accedit, quod ruinis (ut apud Claudianum B. Get. 326 in Jun. pr.) saepius pro pruinis exaratum permutari solitum est cum rapinis Burm. Ruf. I. 193 p. 46 cf. Aldhelm. de Laud. Virg. p. 484: „velut fomes pruina vel saevo madefactus.“ Meurs. Mantis. 1 p. 93 vere: „arvina vel sevo.“ Et vocis pruinae quidem usum et Cannegieterus Avian. 29, 1 p. 164 sq. Arntzeniusque Sedul. I. 72 p. 49 cf. Duk. Flor. IV. 12, 20 p. 797 aliquot exemplis illustrarunt et confirmare licet his locis: Theb. VIII. 359: „Nilus et Eoas magno bibit ore pruinas.“ Vet. Schol. p. 869: „nivibus liquefactis alveo suo susceptis,“ cui loco versum IV. 393: „aeternis potius me, Bacche, pruinis — siste“ subjungere libet insigniter discrepantem in Frisingensi: eternis (superscr.: vel etneis. vid. Claudian. R. Pros. I. 165) potius me bacche furorem“ cf. v. 396. Sil. III. 533 pruinae Canentis. IV. 746: „Condiderat nix alta trabes et vertice celso Canus apex structa surgebat ad astra pruina.“ Val. Flacc. II. 287. Ennod. Carm. I. p. 309. B: „canas superare pruinas.“ Claudian. Nupt. Hon. 52: Hanc neque canentes audent vestire pruinae. 265: non labra rosae, non colla pruinae — acquant. Fesc. 51: rubeant pruinae. R. Pros. III. 90: „non cessura pruinis Membra.“ VI. Cons. Hon. 476: „Impetus excessit Zephyros candorque pruinas“ (cf. 126: superatque nives ac lilia candor) cf. Heins. Nupt. l. d. p. 177. Epist. III. 15: „Candescet Geticis Meroe conversa pruinis.“ Avian. 34, 7: „ubi candentes suscepit terra pruinas.“ Sidon. Apollin. Carm. II. 110: „Hibernae rubuere rosae

spretoque rigore Lilia permixtis insultavere pruinis." Coripp. Just. II. 825: Aequiparans candore nives hiemisque pruinam. Jo. II. 18: „infusae tellus contecta pruinae Nube latet campique et montes arbor et omnis Albet. Ennod. Paneg p. 173. A: „hiems et jugi pruinarum candoro velata caesaries." cf. Guillerm. Apul. V. 204: Temporis hiberni dux incumbente pruina. 211. IV. 442. Vagae pruinae autem, ut vagi imbres Lucret. VI. 611. nives rotatae Ovid. Met. IX. 221 (cf. Stat. Theb. V. 494 vaga litora. Vet Schol. Barth. p. 241: „ampla, spatiosa." Jac. Quaest. Epic. p. 67). Deinde quid proclivius permutatione vocum casurae et cessurae? De qua satis est attulisse Lucanum II. 449: primo terrore ruentis Cessurae belli. Guelf. 4 cesurae. Lips. pr. casurae cf. Heins. ap. Burm. III. 921 p. 216. De veritate autem vocis sic positae persuaderi videtur his exemplis: Carm. ad Pis. 151: „aestatum terga lacessit — auctumnus nivibus cessurus." Claudian. Sec. Cons. Stil 252: „cursu Zephyris numquam cessura Lycaste" (Gunth. Ligur. VI. 190: regum Maximus et toto nulli cessurus in orbe). R. Pros. III. 89: „non cessura pruinis Membra colorantur picei caligine regni" cf. II 108: tumulos tectura cupressus" ac Stat. Theb. VI. 102: „Procumbunt — Taxus et infandos belli potura cruores Fraxinus."

Nec de Silv. V. 2, 54:

> tu disce patrem quantusque nigrantem
> Fluctibus occiduis fessoque Hyperione Thulen
> Intrarit mandata gerens

recto Imhofius pronuntiavit judicio. Statius, inquit Emend. Stat. p. 3, scripsit, ut in omnibus bonis libris est, negantem. Negare alieni enim in eam fere sententiam ab Ovidio inde dicunt poetae, qua Graeci ἀπαγορεύειν h. c. officia detrectare [vid. adnot. Eclog. 35 p. 57]. — Eam vim et structuram qui ignorarunt, cum natantem vel nigrantem correxerunt tum ablativum casum intellexerunt, ubi dativus requiritur. Manifestum est enim a Statio profecta esse verba haecce: quantusque negantem Fluctibus occiduis fessoque Hyperioni Thylen Intrarit. Negat Thyle fluctibus occiduis et fesso Hyperioni, quia inexsuperabilis est et torpentibus maris septemtrionalis undis et exhaustis solis viribus." Nam et eos, qui ut Palladi, Minoidi, Doridi, Tethyi, ita Jasoni (Theb. III. 521. Lucian. Muell. de Re Metr. VII. p. 392) et Hyperioni potuisse poni credant, graviter errare subtiliore, quae de Prop. III. 7, 37. Hor. Carm. I. 6, 2 instituetur, disputatione edocebimus (Emend. Prop. IX. 3) et hoc liquet: rectius dici Thulen se ratibus (Claudian. III. Cons. Hon. 53) negare ipsa ea re, quod et in occiduis fluctibus et sub fesso Hyperione jacet, quam se ipsis iis fluctibus negare, in quibus sita est, solique ad illas partes perlabenti. Nimirum hoc incompertum adhuc omnes habuerunt viri docti ab eo, qui dicat: negantem Thulen intravit, hoc dici: intravit Thulen intrari negantem (Heins. Claudian. R. Pros. II. 180 p. 585. Cort.

Lucan. VI. 59 p. 10. Barth. Silv. III. 1, 124 p. 284 cf. Theb. IV. 780: ponitque neguntem Floribus aggestis", ubi Lact.: negantem id est invitum et recusantem." cf. VII. 766: nec iusisti madidus dat temo." III, 550: coelo mentem insertasse vetanti. VI. 323: Nolentesque teri zonus. Ovid. Her. XIV. 26: „Dantur in invitos impia tura focos." Cort. Lucan. V. 684 p. 675 et, ne contrurium genus praetercum, Sil. XI. 445: „in muros posuisse voleutiu saxa." Heins. Ovid. Met. II. 128 p. 103 et Prudent. Praef. Cathem. 22 p. 5), Thulen nautse intrare negantem (Sil. I. 520: corpusque superbo Victori spoliare negant").

Hic vero ulia quaedum dubitatio injicitur ea re, cujus nullam Imbofius habuit ratinnem. Namque optimorum librorum Rehd. Parm. haec est discrepnntia: fessu sque Hyperione Unde videtur non dubie intelligi nigram Thulen (sic enim vocat ipse Statius Silv. IV. 4, 62. III. 5, 20. Barth. p. 337) significari hac ratione: illi „ludus fuit borrendos recessus penetrare" (Claudiun. Sec. Cons. Stil. 156 cf. B. Get. 203) et intrare Thulen qnamvis intrari negantem, negantem autem ipso situ ac caligine inde perpetua et propria, quod occidnos fluctus fessus demum attingit Hyperion (cf. Bochart. Chun. I. 40 p. 727. C.): „quantusque negantem Fluctibus occiduis fesso usque Hyperione Thulen Intrarit." Verborum quidem hunc ordinem: „Fluctibus occiduis fesso usque Hyperione" reprehensione carere exempla docent congesta a Burmauno Ovid. Met. XIII. 216 p. 873 et Calpurn. Eclog. I. 56 p. 553 et Virg. Aen. VIII. 426 p. 320 et Lucan. IX. 927 p. 680 atque Wopkeusio Justin. IX 7, 12 p. 99 cf. Gron. Liv. XXXI. 1, 6. Cort. Lucan. III. 410 p. 377. Mutth. Cic. Muren. 40, 87 p. 226. Sen. Med. 641: Tabe consumtus gemini cruoris Munere nuptae." Lucan. I. 104: miserando funere Crassus Assyrias Latio maculavit sanguine Curras." Claudian. Eutr. I. 117: qualis gelidis pluma labente pruinis Arboris immoritur trunco brumalis hirundo." II. 312: sinuatis flamine pennis. Coripp. Jo. III. 158: „Caeus et Horculeis cariturus luce lacertis" et quae Emendd. Prop. IV. 3 proferemus. Nec vero hoc ad ipsam poetae elegantiam satis accommodate excogitatum judico. Quanto plures veritatis numeros habet haec sententia: disce, quantus fluctibus occiduis usque ad fessum Hyperionn sive ad Hesperium Solis cubile (Hor. Carm. IV. 15, 16. cf. Stat. Theb. V. 477) mandata gerens negantem Thulen intrarit:

quantusque negantem
Fluctibus occiduis fessum usque Hyperiona Thulen
Intrarit manduta gerens.

Quam sententiam consequuti sumus parvo molimine: infinitae enim operae foret, si vel vocum funera et funere, pectoru et pectore (cf. adnot. Eclog. v. 53) permixtarum exempla vellemus percensere. Recte autem dici fessum usque Hyperiona docet Thebaidis locus XI. 88:

„modo nempe horrendus ab astris Descendit vos usque fragor." Val. Flacc. II. 27. Avien. D. O. 970: „Usque Arabas et longa Syrae confinia terrae." Rittersh. Gunth. Ligur. I. 388 p. 31. Gron. Obss. Eccl. XXIV. p. 263. Arntz. Aurel. Vict. V. Ill. 34, 7 p. 161 cf. Burm. Petron. 26 p. 193, quibus nolo adjicere Ermoldum Nigellum IV. 266: „Ut Romana manus crevit et usque polum" eodem, ut ego arbitror, vitio affectum, quo Sedulii verba Hymn. II. 2: „A solis ortus cardine Ad usque terrae limitem" apud Bedam de Metr. p. 2378 leguntur sic detorta: „Et usque terrae limitem."[9]) Non latet igitur, quae res librariis fraudi fuerit. Sed nescio an ad intercipiendum verum etiam magis valuerit parum percepta ratio verborum inter se in hunc modum implicatorum: quantus negantem, Fluctibus occiduis fessum usque Hyperiona, Thulen intrarit, mandata gerens." Quae insolentia et in aliis multis locis cernitur, de quibus dictum est in Siuide IX. 3 p. 203 not. 95, et in Thebaide IX. 135: vidit, quamquam undique crebrae, Hippomedon, ante ora minae" cf. III. 203 (Conject. XIII), apud Silium XV. 438: „Ecce inter medios hostilia nuntius arma Quadrupedante invectus equo adventare ferebat" et Valerium Flaccum III. 645 (Conject. XVIII. not.): ducitque faventes Magnanimus Calydone status potioribus ipse Deteriora sequens" Claudianumque B. Get. 633: „unoque die Romana rependit, Quidquid ter denis, acies, amisimus annis."

Jam paucis licet convincere errorem cum omnium tum Heinsii Sil. IV. 223 p. 202. Lachmanni Lucret. I. 360 p. 36. 37. Handii Silv. p. 459. Imhofii Ecl. ad Ux. 104 p. 27, qui ab ipso Statio Silv. I. 3, 100 haec (quae levius attigit Oberlinus Vib. Seq. p. 309 etiam Pausania VI. 19, 3: Πατροκλέα δὲ εἶναι Κατίλλου Κροτωνιάτην τὸν εἰργασμένον omisso, praeteriit Luc. Muellerus de Re Metr. VI. p. 352 sq.):

Alciden dictumque lyra majore Catillum

profecta esse crediderunt Quid enim? quum dictum lyra majore intelligi virum „ab Virgilio epico carmine celebratum" in confessum

[9]) Ipsa fessi Hyperionis mentio (Gualth. Alex. X. 329: proni curru jam deside Phoebi. IV. 301: jam fessus emenso Cynthius orbe" cf. VII. 375: Occiduis inferre fretis" add. Arntz. Sedul. III. 219 p. 164) copiam facit id reddendi, quod in adnot. Eclog. v. 24 p. 39 nescio quo pacto omissum me pungit. Iis enim locis Statii, in quibus legi docui lucem paratam (cf. Theb. V. 180: perfecto sole tenebrae"), dignus est qui adjungatur Seneca Thyest. 822: Sol auroram videt occiduus Tenebrasque jubet surgere nondum Nocte parata." At alterum illud, quod falsum est, fluxit ex Ovidii Amoribus I. 2, 3: Et vacuus somno noctem, quam longa, peregi. Remm. Palaem. de Pond. 27: Horis quot mundus peragit noctemque diemque. Anth. Lat. V. Scholast. de Sole XIV. p. 306: noxque peracta fuit. Val. Flacc. I. 788: Vos, quibus — non segne peractum Lucis iter." Cf. Virg. Aen X. 257: Matura jam luce.

venerit per Domitium, Barthium, Stephensium, V. D. Misc. Obss. II. 2 p. 219 (Dorv. Misc. l. d. Hand. p. 460), nonne evidens est tantum abfuisse, ut Catillus proprio suo nomine, cujus modulos ab hujus versus ratione abhorrere ipsius Virgilii Aen. VII. 672. XI. 640 (cf. Sil. IV. 225. VIII. 366) exemplo compertum esset, a Statio appellaretur, ut Argivus ille advena (Virg. VII. 672) significatione monstraretur haece:

dictumque lyra majore tyrannum.

Praestat enim hoc sumi ipsius Statii usu commendabile (Barth. Theb. V. 16 p. 323 et Achill. II. 152 p. 1726 cf. Sitzm Rutil. I. 85 p. 33, quem Barthio adjecit Arntzenius Sedul. III. 335 p. 176 omisso Martiale IX. 43, 7: „Hoc habuit numen Pellaei mensa tyranni" et Horatio Carm. III. 17, 9: Formiarum princeps — Late tyrannus"), quam ab Horatio Carm. II. 6, 5 et Martiale IV. 57, 3: Argei regnum — coloni" (quos composuit Suritn Antonin. It. p. 308 sq.) colonum repeti aut Laconem inferri inde, quod ab ipso Statio „Amyclarum et Eurotae dura manus" Amphiaraum comitata esse scribatur IV. 223 sq. (Anal. Prop. VI. p. 40) vel Pelasgum (quod nomen non in ea, qua plerique opinantur, sententia positum arbitror ab Ovidio Trist. II. 403, sed in hac, ut primus Pelasgorum Protesilaus Trojanum agrum tetigisse dicatur: „quidve, Pelasgum Iliacam tetigit qui rate primus humum") Et hoc quidem modo quum Tiburis conditor definite distincteque designari videatur, factum tamen est, ut Catilli nomen ab interpretibus in margine appositum in ipsum eum locum transferretur, in quo repertum usurpare non dubitavit Guntherus Ligur. IV. 354: Coras cum fratre Catillo, Argolicae stirpis juvenes" reprehensione cariturus, si hoc posuisset: Coras cum fratre gemello, ut Virg. l. d. gemini fratres cf. Burm. Lucan. III. 603 p. 214. Itaque dupliciter erravit Lachmannus l. d. haec, quae probavit Dillenburgerus Ephem. Rer. ad Gymnas. Pertin. XXII. p. 330, scribens: „Statius ad Horatianum illud: moenia Catili alludens: dictumque lyra majore Catillum." Cum quo eodem sic judicium nostrum discrepare, ut Horatio Carm. III. 4, 10 hoc malimus reddi: Nutricis extra limina Lupiae" (Hamacher. Sched. Critt. p. 17. Progr. Trevir. 1858: limina Apollinis"), 24, 4 autem hoc: Tyrrhenum et Mareoticum", diximus Anal. Prop. p. 98. 99.

Neque assentior eidem Imhofio de Silv. II. 1, 229:

adcs huc emissus ab atro
Limite, cui soli cuncta impetrare facultas,
Glaucia; nam insontes animas nec portitor arcet
Nec dirae comes ille ferae.

Reddendus, inquit l. d. p. 7, Statio est hiatus Graecanicus: Glaucia! Insontes, quamvis id genus hiatus ab Ovidii aetate adhiberi plane desitum esse dicat Luc. Mueller. de Re Metr. p. 308 [ille quidem hujus Silvarum loci oblitus p. 342]. — Itaque metrum corrupit Domitius cum

inseruit vocem nam" (cf. Conject. XVIII. not.). Quam tantam insolentiam non tam amolior, quam frustra animo informatam arguere videor revocata oratione ad hanc sententiam: tu solus omnium is es, qui cuncta impetrare possis (Burm. Lucan. I. 171 p. 20 cf. Theb. V. 20: quaecunque es ait, cui gloria tanta):

ades huc emissus ab atro
Limite. Cui soli cuncta impetrare potestas,
Glaucia, es: insontes animas nec portitor arcet.

In Parmensi libro enim invenitur Glaucias. Quod qui probavit sic positum: ades huc emissus ab atro Limine, cui soli cuncta impetrare potestas, Glaucias; insontes animas nec portitor arcet" Heinsius Sil. XIII. 845 p. 686 (ille quidem ne versus quidem 778: Elysio tendentem limite cernens" memor) alium admisit errorem, quam quem his reprehendit Marklandus p. 225: „Glaucias scripturam Heinsius probare videtur; male: quippe vox ades vocandi casum omnino postulat Glaucia, non Glaucias" ipse ejus rei ignarus, quam certissimis exemplis post Burmannum aliosque confirmavimus Anal. Prop. VIII. p. 53.

Quod superest: latratum Cerberi (de quo praeter alios Statius Silv. V. 3, 279. Theb. VII. 783. Seneca Herc. Fur. 792: latrata gravi Loca muta terret." Claudian. Ruf. II. 457: Intrantemque etiam latratu Cerberus urget." Barth. Stat. IV. 486 p. 1128. Peerlk. Hor. Carm. II. 13 p. 206) hic significari ea voce, qua usus est ipse Statius Silv. V. 3, 279: nullo sonet asper janitor ore" et Seneca Herc. Fur. 784: „Qui trina vasto capita concutiens sono Regnum tuetur" (cf. Ovid. Met. II. 666: equae sonus. Phaedr. III. 18, 9: vincar (pavo) sono." Avian. 34, 12: querulo ruperat arva sono — cicada." Enn. Ann. II. 122 p. 20: respondit suavis sonus Egeriai." Luccej. Epitaph. 11 Wernsd. III. p. 207: verus juveni color et sonus"):

insontes animas nec portitor arcet
Nec durae sonus ille ferae

neque Heinsius vidit, cui Orthum canem dici dirae ferae comitem interpretato plerique crediderunt, nec Barthius, cujus commentum Marklandus confutavit, aut Wesselingius, quem hujus incepti auctorem suasoremque invenio Obss. II. 20 p. 232: „Vide an hoc mollius sit futurum: Nec dirae comes ille viae accipique possit de Mercurio, qui manium vector animarumque evocator — dictus est." Facillimam autem esse vocum comes et sonus permutationem intelligitur vel ex iis, quae attulimus adnot. Eclog. 46. 74 cf. II. 1, 131 sinens. Rehd. sinus. Postremo non omittam Thebaidis locum hunc IV. 487: nec lacis egentes Cerberus occursu capitum detorqueat umbras", in quo qui retorqueat scripsit, Queckius emendandi conatum paravit et re et verbo alienum falsumque; qui Taurinensis codicis memoriam: deterreat comprobavit Santenius Prop. IV. 11, 24 p. 901 id Statii esse credidit, quod a grammaticis profectum arguit Vetus Scholiasta Barth. p. 1120: Detorqueat id est deterreat."

XVIII.

Perdifficilis quaestio est de versu Theb. II. 551:

Quos ubi plures,
Quam ratus, innumeris videt excursare latebris,
Hos prodire jugis, illos e vallibus imis
Crescere.

Discrepat Lactantius: Hos deire jugis) Anastrophe: hos de jugis ire." De quo hoc est judicium Barthii: „deire citat et proponit Lutatius idque omnibus suis exemplaribus, ut monitum Lindenbrogio. Nostri codices nihil mutant; itaque nos illam ridiculam Glossographorum negligentiam non attendimus." Atqui non solum in Puteaneo Thebaidis codice deire legi testis est Queckius, verum etiam in Lactantii codice A invenio: Prodire jugis. Anastrophe hos de jugis ire." Quo certissimo indicio et argumento patefit apud Statium olim hoc lectum fuisse:

Hos, pro!, deire jugis.

(quod ipse Lactantius infra v. 552 maluit sic reddere: de jugis prodisse"). Vocem pro quidem, cujus usus paulo insolentior librariis fraudi fuit, commode reparatam esse probare videor locis Livii XXII. 14, 6: Tantum pro! degeneratis a parentibus nostris." Claudian. Ruf. II. 330: Visa loqui: pro! surge toro", cujus non magis mentionem fecit Handius Tursell. IV. p. 573, quam Senecae Herc. Oet. 1364: In ipsa me jactate, pro, comites, freta" (cui eidem Octav. 927: Per quae casus volvit varios semper nobis metuenda dies" hoc restituendum videtur: Pro! quam casus volvit varios"). Itaque Gronovio assentiendum est, quatenus probat deire „verbum singulare Statii" (omitto enim versum a Ficoronio proditum ap. Forcellin. II. p. 22: Quot meat in stellis, deit hinc quot Pegasus alis, Tot mea natales fata dedere mihi"), sed quod ei videtur „consuetudo poetae praepositionem illam non pati coalescere cum vocali sequenti", id parum recte dictum esse dudum in-confessum venit. Lactantii autem loco nec Lennepius Add. in Terentian. p. 428 intendit nec Lachmannus Lucret. II. 1061 p. 134 sq. aut Corssenius de Appellat. Litt. Lat. II. p. 181 sq. aut Luc. Muellerus.

Nec recte Gronovius l. d. p. 358 hoc praecepit: „Deest disyllabon et priore longa ponit. Lib. 10: Nec deest coeptis. 11 Deest servitio plebes. Quae frustra viri docti habuere suspecta. Restituendum immo et 8, 236: nullis deest sua fabula mensis. Sic enim meliores plurimi: alii jam, alii que perperam interponunt. Sic et lib. 6 vacuus domino praeiret Arion." Comprobavit haec omnino Queckius, magnam partem Duebnerus (VIII. 236 p. 321 cf. X. 236 p. 332). Ego vero vel hoc, quod legitur VIII. 386: Cuncta phalanx sibi deesse putat." X. 437: Summumne hoc cladibus, inquit, Deerat, ut

afflictos turparem ego proditor Argos?" Silv. I. 2, 123: Clymeneaque deesse Germina. II. 1, 136: Sola verecundo deerat praetexta decori." V. 2, 162: Tu deeris, Crispine, mihi", firmissimum videor afferre, cur pernegem Statium recessisse ab optimorum quorumque atque adeo omnium scriptorum exemplo, de quo et Velius Longus testis est p. 2227: „in hac autem de praepositione, quam dixi plenam praeponi, animadvertendum illud, quod imminuitur, si quando sequens vox a littera E incipit, ut est derrare, desse, qua enuntiatione sufficit ipsa productio" (sic enim eum locum correxit Lachmannus Lucret. I. 43 p. 20 cf. Luc. Mueller. de Re Metr. p. 247. 253. Ritschl. Mus. Rhen. XXII. p. 612) et Barthius Theb. X. 230 p. 1158. Heinsius Claudian. R. Pros. II. 287 p. 592. Cortius Lucan. I. 349 p. 98. Arntzenius Cat. Dist. I. 24 p. 64. Lennepius et quos Lennepio supra adjunximus et qui tantorum nominum nullam rationem habuit, Axtius Spurinn. p. 45. Quibus nos ipsi accedimus adjiciendo supplementum vel maximum Martialis: deest I, 92, 4. VII. 34, 6. X. 18, 3. 48, 10. deesse VIII. 56, 3. IV. 67, 3. deerat XII. 32, 18: deerant VII. 96, 3. XII. 44, 7. deerit VIII. 21, 12. XII. 14, 7 (Thuan. derit). 29, 13. deerunt V. 60, 8 (derunt Voss. opt. Put.). 78, 3. VIII. 56, 5 (derunt Put.). XI. 52, 7. cf. Sil. V. 10. VII. 498. Manil. I. 888. Claudian. Eutr. I. 243: Et sentit, jam deesse viros. Petron. Mut. Reip. Rom. 198: nec — venti Deerant aut tumida confractum grandine coelum." Paneg. Pis. 6: Vita foret quae si deesset tibi forte creato." Joseph. Isc. I. 270: Nec deerant bostes. VI. 293: deerant, quos perdere possem." 848: Me miseram deeritne hostis?" Gualtb. Alex. I. 490: hoc unum mihi deesse timebo." V. 468., a quorum exemplo descivit Bariaeus Heroic. II. p. 347: nec se — genetrix magna deesse cupit," non item IV. p. 620: Nec deerunt Harpedophorus terreusque Phobetor. 628: Non Charitum deerat decor." Itaque sic existimo XI. 276:

Deest servitio plebes

(codd. Behot. Jam deest. derit Bernart. Theb. II. 187 p. 78. B) verum esse, quod et in Frisingensi libro exaratum reperi et a correctore Monacensis codicis proditum: Desunt servitio plebes" sive cum aliorum librorum tum ejus, quo optimo usus est Barthius, fidem potiorem ducis (cf. Burm. Claudian. Ruf. II. 177 p. 80):

Desunt saevitiae plebes

(ut Virg. Aen. X. 378: Deest jam terra fugae. Hegesipp. V. 21: deerat jam terra tumulis"). Quae sententia quibus firmari queat plures suppeditant rationes. Primum enim hoc legitur apud Corippum Just. II. 216: disponite plebes — Utque pedes proprios et membra minora fovete." 308: aurea plebes Tempora principibus centenis vocibus optant." 351: Ditabo plebes opibus." IV. 50: Tanta nec Inachides sceuerunt robora plebes. 72: Et donis aptare sinus, quae plurima consul In plebes missurus erat. 254: viso tunc consule

plebes Plansibus assurgunt. III. 392 mirantur talia plebes." Jo. VII. 530: sine nomine plebes Marmaridae periere simul" (cf. II. 138: Marmaridas gentes. IV. 1042: Marmarides acies. V. 565 Marmaridae fremuere acies" et 574. VII. 635: turbatae acies — Marmaridae petiere fugam) et Prudentium περὶ στεφ. X. 709: coronam plebium Proceresque" (cui fere contrarium est illud Horatii: Plebs eris, quod strictim attigit Petavius Synes. Dion. p. 17, et Guilelmi Britonis XII. 888: plebs esse dolebunt Respectus splendore tui" et Gualtheri Alex. V. 507: respectu principis hujus Plebs erit") manavitque id ad Guillermum Apul. IV. 384: non minus hostibus ipsa Turba coartatis sibi plebibus officiebat" aliosque similes scriptores. Corippo autem adjicere licet, quo planius ejus vocis usus cognoscatur, Theb. VII. 271: Neptunia plebes Onchesti" (pubes Burm. Val. Flacc. III. 703 p. 318). II. 156: plebique Pelasgae. VIII. 318: plebes externa. XI. 111 Lernaea — plebes. I. 169: Plebis Echioniae. 561: Plebs Argiva litant. 619. Inacha pubes. Queck. codd. aliquot et Monac. C (m. pr.) plebes (cf. Achill. I. 491: vallati plebe suorum — reges"). X. 669 Cadmeia pubes. codd. Barth. Queck. plebes, ut IV. 345: Cadmi Mavortia plebes. Claudian. Sec. Cons. Stil. 191 Mavortia plebes. Burm. l. d. et Claudian. Ruf. II. 283 p. 87 sq. cf. Fabric. Poett. Christ. p. 105. add. Theb. IX. 578: Extorrem nemoris Dryadumque a plebe fugatam." V. 488: impia plebes (Lemniadum). Martial. XI. 53, 2: Latiae pectora plebis habet." Deinde quod Ahlwardtus Huschkiusque Tib. IV. 4, 25 p. 626 a ratione et consuetudine loquendi flagitari existimant ruit turba, respui ruunt turba, magnopere verendum est, ne homines cautissimi paulo celerius judicaverint: extant enim praeter ea, quae protulit Orellius Hor. Carm. III. 5, 17 p. 377, haec: Theb. VII. 605: subeant Tegeaea juventus Auxilio tardi (cf. V. 488: fremit impia plebes Sontibus accensae stimulis poenasque reposcunt"). VII. 271: runnt Onchestia plebes." Achill. II. 167: Solvuntur laudata cohors" (cf. Theb. II. 523: tacitis huc gressibus acti Deveniunt peritura cohors." VII. 168: imbellis — Turba meas acies, mea tantum proelia norunt. IX. 140: Ter Cadmea phalanx torvum abduxere cadaver. VIII. 318: plebes Externa — huc adventamus"). Coripp. Jo. V. 411: Contrahimur miseranda manus" (Gualth. Alex. II. 381: Quo ruitis peritura manus?), alia, quae attulit Gronovius Theb. II. 158 p. 322 cf. Heins. Claudian. R. Pros. I. 20 p. 543. Denique hoc quoque dubitari potest, an illud saevitiae argumentum haberi par sit loci a Statio in eam sententiam scripti, quam significant Lucanus IX. 254: Indiga servitii fervebat littore plebes" et Valerius Flaccus II. 180: mene ille novis, me destinat amens Servitiis", ut intelligeretur defuisse plebis servitia: Desunt servitia et plebes (ut Theb. IV. 238: depressae populus. Monac. depressae et et quae Sin. VII. 2 not. 39 p. 137 ac supra adn. Ecl. 43 p. 68. attulimus). Postremo si quis id, quod nos volumus, apertum manifestumque factum adhuc neget, eum jubemus assumere duarum vo-

cum eu et vel alterutram: Deest eu (vel) servitio plebes. Quem obvium esse emendaudi conatum paulo inferius in disceptatione VIII. 236 dicetur.

Jam in altero loco X. 236:

> Talis erat turmae ductor longaevus Achivae.
> Nec deest coeptis: Unde haec tam sera repente
> Numina? qui fractos superi rediistis ad Argos?

quum in memoria codicis optimi Barth. et Behott. ac Gloss.: deerat, quae perplacuit Luc. Muellero de Re Metr. IV. p. 247, acquiescere vetemur aurium judicio ne mediocriter quidem ferentium ista: Talis erat turmae ductor — Nec deerat", quid tandem apertius est quam pristinum verborum ordinem ac statum fuisse hunc:

> Talis erat turmae ductor longaevus Achivae.
> Nee deses: Coeptis unde haec tam sera repente
> Numina?

(cf. V. 134: coeptisque favet — deus"). Quo vocabulo usum videmus Statium Silv. III. 1, 2: causas designat desidis anni (cf Quintil. Decl. XIX. 9 p. 371: desidem domi perdebat aetatem. Claudian. B. Get. Praef. 1: Post resides annos. R. Pros. II. Praef. 15 resides nervos. Epigr. 36, 2 fluctus. Val. Flacc. IV. 214 cestus. Wernsd. Lucil. Aetn. 161 p. 120. Quintil. CCXCVIII. p. 576: durum desidia solum. Auson. Epist. 25, 2: blando residem sermone lacessit"). 5, 85: desidis otia vitae. (Gualth. Alex. VI. 31: post convivia mensae Desidis"). IV. 7, 19: Desides Bajae. Theb. X. 87: desidis — somni. VI. 147 deside cura (quod mutuatus est Barlaeus Heroic. II. p. 252: nec deside cura — marcescit bonos" cf. Val. Flacc. VIII. 220: solvere — resides curas") cf. III. 231: resides frenos (Gualth. X. 329: proni curru jam deside Phoebi). VII. 285 alumnos Bellorum resides. IV. 676 residem Thebeu cf. Barth. p. 1194. Lucan. IX. 436 natura deside torpet Orbis." Drak. Liv. VI. 23, 5 p. 210. Burm. Val. Flacc. II. 373 p. 193. Columell. VII. 12, 2: „idque non solum nihil agricolam juvat, sed et avocat desidemque ab opere suo reddit", quibus verbis quae insedit labes non eo, quo voluit Schneiderus modo: avocat ab opere suo desidemque reddit", abstergenda est, sed hoc: desidemque ab opere suo retinet" (ut Sall. Jug 55, 8: hostem ab incepto retinere." Cort. 79, 6 p. 764 et Lucan. I. 116 p. 41). [10]) Prudent. περὶ στεφ. I. 6: Aegros, soporos, desides." Savar. Sidon. Apollin. Ep. III. 6 p. 197.

---

[10]) Columellae locus hortatur, ut et Sedulii locum III. 80: Effigiem reddens (repteus, fugiens) a nobis Subseciv. cap. II. p. 8 sic correctum: Effigiem renuens" commemorem cf. Heins. Claud. Eutr. II. Praef. 70 p. 314 et aliam fraudem patefaciam. Qui enim verbum laedendi apud Silium XIV. 4 verbo radendi nocuisse sibi persuasit (cf. Ovid. Fast. III. 693: Risit amatorem. codd. ridet.

Inceptum porro urgemus. Consideranti enim illam, quam modo diximus, libri Barth. discrepantiam deerat contendentique et Martialis locum V. 78, 3: Non deerunt tibi." Put. desunt et alios, in quibus derunt et desunt Heinsius Claudian. R. Pros. II. 287 p. 592 permutata esse docuit, erunt et sunt Seyffertus Cic. Tusc. III. 32, 77 p. 67, in promptu est VIII. 236:

nullis deest sua fabula mensis

restituere: deerat, quod cum proximis: „Ceu modo gemmiferum thyrso populatus Hydaspen Liber — populis ostenderet Indos" praeclare congruit. Nec vero dissimulo dissentienti mihi a Luc. Muellero p. 247:

---

ludit), Heinsius Adv. II. 1 p. 206 mirum est quod Statii versum nescio quam recte a Cortio Lucan. VI. 640 p. 107 et Wernsdorfio P. L. M. V. 3 p. 1478 defensum Theb. III. 293: clypeoque receptam Laedit in amplexu" non correxit in hunc modum: clypeoque receptam Radit." Nam „in optimo librorum clare scriptum inveniri reddit" testatur Barthius p. 761. ac pondus ei memoriae addit ipse Statius VII. 499: Quid colla amplexibus ambis Invisamque teris ferrato pectore matrem" cf. Heins. l. d. p. 207. 202 203 et in Claudian. R. Pros. III. 102 p. 614 (add. Avien. Arat. Phaen. 641: dextra late Cepheida dextram Radens remigio." Coripp. Jo. VI. 176: Dulcia consertis strinxissem pectora palmis", quo loco confirmatur Reposiani versus Concub. Mart. et Ven. 109 sic ab Oudendorpio correctus: Stringebat Paphiae Mavors tunc pectora palma" cf. Quintil. Decl. V. 11 p. 114: utrum stringam magis artiore complexu." Ermold. Nigell. III. 171: Suscipit ille miser tandem hanc strinxitque lacerto. IV. 751: Regia corda manu Christus qui stringit et ornat." Wernsd. Inc. Epith. Laur. et Mar. 82 p. 408 et Maximian. Eleg. V. 28 p. 360). Theb. IV. 129: latus omne sub armis Ferrea suta terunt" (Gud. tegunt; Pan. Bereng. I. 131 terunt, in quo eodem II. 72 est: artusque terit thorace juventus" cf. Conject. XVI. not.). V. 514: robora silvae Atterit et vastas tenuat complexibus ornos." VIII. 229: manibusque attrita Tonantis Cornua. X. 52: frigida vultu Saxa terunt." Sil. II. 318: galeaque teruntur — malae. Sidon. Apollin. II. 135: arta terebat Lamina cervicem." Coripp. Just. III. 261: tapetas Fronte terunt." Quem usum verborum radendi, terendi, stringendi parum exploratum habuit O. Muellerus Mus. Rhen. XVIII. 2 p. 196 scribendum hoc esse opinatus: Lenit in amplexu (dictisque ita mulcet amicis"). Scilicet haec illa factitandae artis criticae ratio, qua in eodem Museo 1 p. 163 Kochius sibi persuasit apud Valerium Flaccum I. 445: „tuis nam pendit in arvis Delius, ingrato Steropen quod fuderat arcu" verbum pendit a librariis illatum, ab ipso Valerio hoc, quo nihil afferri potuit planius ac tritius, scriptum fuisse: servit in arvis" immemor ille loci IV. 478: nec credite culpam Saevitiae scelerumque mihi nunc crimina pendi." Lucani II. 312: hac caede luatur, Quidquid Romani meruerunt pendere." Alcimi Aviti I. p. 370 B.: cum culpas penderet orbis" cf. Cort. Lucan. l. d. p. 241; Jacob. Quaestt. Epic. I. 2, 4 p. 54. Nec majoris pretii sunt alia ejusdem commenta, ut hoc II. 58: pleno decidit orbe („in uno auro id est continuo cf. Enn. ap. Macrob. Sat. VI. 4" V. D., cujus exemplar penes me est, qui idem IV. 495 hoc adscripsit: leg. Cocytia pubes Virg. Aen. VI. 580 cf. III. 226. 235") aut illud III. 598 (cf. ejusd. Koebii Conject. in Poet. Lat. P. II. p. 20 Progr. Francof. 1865):

„cum exhibeant codices Heinsii: nullisque deest jam fabula, at libri Cassellanus et Danielis cum Behotii altero: nullisque deest sua, verumst haud dubie, quod Lindenbrogio et Bernartio placuit: nullis jam dest sua fabula mensis" alia succurrisse expediendi consilia. Nam inserere vocem en: nullis deest en sua fabula mensis" neque a sententia alienum est (cf. Martial. VII. 34, 6: Non deest protinus, ecce, de malignis") neque a memoriae fide: quid enim veri similius dici potest, quam hoc: interceptam illam vocem fuisse notae, qua comprehendi soleret verbum est, similitudine, quae quanta fuerit, cum inde colligitur, quod utrique voci est et en vocem et frequentius nocuisse et iis locis compertum habemus, quos collegit Drakenborchius Liv. VII. 40, 1 p. 336 et iis, qui sunt apud Naekium Caton. Dir. 93 p. 126 cf. Conject. XVII. (Theb. V. 124: atque ingens en cernite sudor. Monsc.

At sociis immota fides austrisque secundis Cunctuntur: nec parvus Hylas, quamquam omnibus aeque Gratus erat, movet" (quo mirifice depravantur poetae verba haec: At sociis immota fides austrisque secundis Certa: morae nec parvus Hylas, quamquam omnibus aeque Grata rudimenta" sive mora est cf. Drak. Sil. VIII. 33 p. 394 ac Terent. Adelph. IV. 5, 78) aut illud v. 645: ducitque faventes Magnanimus Calydone satus potiora perosus Deteriora fovens", quem versum aliquantum praestabat sic scribi: ducitque faventes — potioribus ipse Deteriora fovens" (vid. Conject. XVII. p. 248. cf. Sen. Hipp. 979: pejora fovens"). Verum ut Muelleri Kochiique vestigia legere desinam, ejusdem Valerii loco VII. 520: Saevior — restat, Crede, labor, quem tanta utinam fiducia nostri Sit mihi nocturnaeque Hecates vestrique vigoris" videor vocem nam (illam quidem eadem temeritate illatam, qua apud Statium Silv. II. 1, 229: „nam insontes" promptum fuisse Domitium intellectum est supra XVII. cf. Drak. Liv. X. 17, 10 p. 127) recte eximere sic scribendo (tenta uti: tentanti): „saevior — restat — labor, quem tentanti fiducia nostri Sut mihi", ut apud Silium est IX. 377: decoii sat sint pariendi tempora leti." XIII. 671: Sat tibi sint documenta domus. XV. 586: qui ad proelia soll Hannibali satis esse nequit." Claudian. R. Pros. III. 137: Sat nulla ruenti Mobilitas." Barth. Stat. Theb. I. 270 p. 78. Broukh. Prop. II. 22, 33 p. 216. Burm. Val. Flacc. IV. 546 p. 381. Wopk. Paulin. Petroc. Vit. Martin. II. 451 p. 852. Ruhnk. Ovid. Her. II. 44 p. 13. Sed revertar ad Statium, cui Theb. V. 151: ferroque omnes (animos Frising. cf. adnot. Ecl. 59 p. 98.) exire per annos" spretis, credo, quae Barthius p. 102. Heinsius Claudian. R. Pros. I. 32 p. 544. Burmannus Ovid. A. Am. III. 419 p. 685. Cortius Lucan. I. 212 p. 66 exprompserunt, reddendum esse contendit Luc. Muellerus de Re Metr. III. p. 221 hoc: omnes saevire per annos," quod Scholiasta dignum videtur esse, non poeta. Scilicet haec Forcellinus II. p. 221 scripsit: exire id est saevire." Nec quod in nullo jam comparet codice, invenerat Vetus Scholiasta p. 102: exire — furere, bacchari." Quanto igitur rectius doctus homo sensisset, si hanc scribendi rationem edixisset: omnes aeque ire per annos" cf. Conject. XV. Qui idem in eodem loco haec de versu 140 magnifice loquutus: „scribendum: dum tempus agi rem. quod cum sensuum probabilitate restituerimus magis etiam placebit conferentibus unde ductum est Vergilianum illud Aen. V. 638: jam tempus agi res" arguit se in commentariis Heinsii et Peerlkampii parum diligenter versatum vid. adnot. Eclog. 43 p. 67.

ingens cernite.), tum perspicuum faciunt Martialis VI. 80, 1: Editur en sextus. Palat. opt. Editus est et Ovidius Met. XIII. 155: Est genitor Peleus. Oxon. En. XV. 677: Et deus en, deus en. codd. aliquot: Et deus est, deus est cf. Burm. Pont. III. 4, 93 p. 831. Alterum animo subjecerunt duo loci hi Theb. IX. 24: an istos Vel sua portet humus? VII. 322: nondum ista licebant Nec superis. Frising. (alt. m. superscr.) vel superis." Cui libro si satis tuto creditur, Statius dici potest usitatum verborum ordinem: vel sua fabula cunctis mensis non deest" hoc modo invertisse: nullis deest vel sua fabula mensis." Quantum enim differt inter deest sua et deest t sua (cujus notae plurimum usum videmus in codd Monacc.)? Quamquam non dissimulo eam sententiam hac quoque ratione non incommode quaeri: nullis deest ceu sua fabula mensis" cf. Sil. I. 313: obvia quisque Ora duci portans ceu solus bella capessit." Tertio loco (vix enim dignum est, quod memoretur: defit, ut Veget. III. 25 annona defit. Oliv. deerit. Oud. III. 1 p. 314 Misc. Obss. VIII. cf. Juret. Symmach. I. 31 p. 33 sq. Drak. Sil. IX. 333 p. 469. Claudian. B. Gild. 7: gaudia differt. Pal. Med. desunt, quamvis et a Bernartio l. d. conjectatum et in Cassellano codice repertum probatumque Luc. Muellero de Re Metr. IV. p. 247) jam proferam id, quod ut minus in promptu est, ita plures babet veritatis numeros:

nullis deses sua fabula mensis.

Quorum verborum haec est sententia: nullae mensae suam fabulam remittunt (licet enim sequi Veterem Scholiastam illa VI. 147 deside cura his interpretatum p. 405: meam curam remittens credo nutrici meum unicum" cf. Achill. II. 329: resides exponere causas") sive mensae in sua quaeque fabula memoranda et jactanda assiduae sunt, a singulis coetibus singulae fabulae quasi perpetuo carmine celebrantur.

Denique de versu VI. 519, quem in vitii suspicionem non adduxit Luc. Muellerus de Re Metr. IV. p. 246:

quum vacuus domino praeiret Arion

sic statuo: quoniam quae emendatio prompta videtur esse et proposita: prior iret" parum placuit idcirco, quod ea ipsa verba leguntur v. 528: victo prior isset Arione Cycnus" (cf. X. 363. Virg. Aen. V. 186 sq. Sil. XVI. 401. 494), redintegrandum esse aut id, quod culpa librariorum nimirum id loquendi genus deprehendisse sibi visorum, de quo sunt illa: ante praefari (quod perstrinxit Huschkius Anal. Tib. IV. 2, 15 p. 742), praecurram prior Sen. Oed. 72, obrutum atque interceptum videatur esse: vacuus (domino ante praeiret) dominante praeiret Arion", ut est X. 13: viduae moderantibus alni" et Sen. Hipp. 1090: currus levi Dominante nullo, quo timor jussit, ruunt" aut, quod ego pervelim:

vacuus domitore praeiret Arion;

nam et equum domitor frequentissime legitur (Virg. Aen. VII. 189.

651. IX. 523. XII. 128. 550. Lucan. VI. 399. Coripp. Jo. V. 579: nec flectit in hostes Liber equum domitor. VI. 341. Cic. Off. I. 26. Barth. Theb. VI. 304 p. 460. Sil. IV. 18. Huschk. Tib. IV. 1, 116 p. 574 sdd. Stat. IX. 210: domitis expertus ab annis") et vocabulo dominus, dominans (cf. Arntz. Sedul. III. 313 p. 174) saepius ceasisse alterum illud domitus docent loci Martialis IX. 16, 1: Rbeni domitor. Berol. dominato. VI. 76, 5 domita Dacus cervice. Ald. domina. XIII. 96, 1 tuo domitus capistro. Ven. Merul. dominus et Arnobii atque Vegetii, de quibus exposuerunt Heinsius Adv. I. 6 p. 72 et Oudendorpius Misc. Obss. VII. p. 342; syllabae re autem notam „millies esse neglectam" postquam praeter alios Arntzenius testatus est Plin. Paneg. 20, 6 p. 101 cf. Valg. p. 46, nunc satis est confirmare exemplis Silv. III. 1, 80 quaerere. Rehd. quere et Quintil. Decl. I. 10 p. 27: etiamsi nullae fallerent tenebrae. Witt. fallent. 11 p. 30 consumeret. Leid. sec. Voss. consumet. Ammian. Marc. XXVII. 12, 18. Vatic. serata id est reserata Wopk. Septim. de B. Troj. I. 12 p. 14 Misc. Obss. I. 2. Aurel. Vict. V. Ill. 34. 11 relatum. Franc. latum. Claudian. Eutr. II. 315: revoluta. Vatt. Pric. Moret. sec. velata cf. Epist. Crit. de Ammian. Marcell. 5 p. 9.

Desinam in loco Theb. II. 492, quem nec Lennepius Terentian. p. 429 nec Corssenius de Appellat. Litt. Lat. II. p. 169 nec Luc. Muellerus de Re Metr. VI. p. 353 cf. IV. p. 258 in disceptationem vocavit, Duebnerus Queckiusque nunc quoque sustinuerunt sic prodere:

> Apparet aut celsum crebris arietibus urbis
> Inclinare latus.

Ad quam eandem deformitatem qui ab aliis adductus est Corippus Jo. II. 400: Non ariete cavas adducto spargere turres Est opus" postulare videtur, ut spreta illa ratione Luc. Muelleri p. 357: ariete producta paenultima quamvis durissimum inevitabili metri mitigatur necessitate" atque hac arte Mazzucchellii: Ariete non altas" — nam omitto Abbonem de B. Paris. I. 357: Arrietes conflant" et 427: Arrietes carcamusas vulgo resonatos" (cf. 373: Nitebautur enim arictibus pessumdare turrim") et Gualtherum Alex. VI. 92: Nunc sude suffodiens, nunc frangit ariete portas" atque Ermoldum Nigell. IV. 251: Deinc mulieris ovans infelix prenderat arva", de quo vid. Daum. ad Columban. Carm. IV. p. 244 sq. — bos tandem modulos recuperet: Num ariete quassatas adducto spargere turres Est opus?" (ut Stat. Theb. IX. 555: Turris ubi innumeros penitus quassata per ictus"). Nam et permisisse sibi Corippus id, quod post Ennium, Lucretium, Catullum ii sibi permiserunt, quos commemorandi in Emendd. Prop II. 3 copia erit cf. Froebd. de Hexam. Lat. p. 533 Philol. XI. Conject. XVI., jure censebitur vel propter hunc versum III. 319: Te Autenti saevos mactantem viderat hostes" (quem versum non legisse videtur Luc. Muellerus de Re Metr. IV. p. 293) et parum differt inter cavas et quassas (Burm. Ovid. Met. III. 508 p. 215 cf.

Cannegiet. Avian. 4, 7 p. 36. Claudian. Epith. Pall. 94 cessare. „Oisel. cassare pro quassare“ Burm. p. 934 et Quintil. XI. 3 p. 1001. Prudent. περὶ στεφ. XI. 72: ubi cymba — tumidis cacsa labarit aquis“, ubi quassam potius cymbam dici memor eorum locorum, in quibus legi „imbribus caedi, murus ariete caeditur, Oceanus classem naufragio cecidit“ Heinsius Adv. III. 15 p. 521 sq. docuit, ego non magis crediderim, quam a Statio XII. 654: tunc proelia caesis Nubibus“ nubes quassas, id quod sibi persuasit Koebius Conject. p. 13.[10a]) Sed nondum satisfactum est instituto nostro con-

[10a]) Etiam adjiciam Ammianum Marcellinum XXII. 13, 4: „aquarum incessit inopia metuenda, ut et rivi arescerent quidam et fontes antehac aquarum copiosis pulsibus abundantes: sed in integrum postea restituti sunt“, ubi Gelenius et Accursius cessarent scripserunt, Hauptius, quum in Vaticano libro invenisset: ut et iri vicasse — soerent quidam“, in Prooem. Ind. Lectt. Berol Aest. 1868 p. 11 cassescerent. Quod quidem magnopere vereor (cf. Epist. Crit. de Ammiano 8 p. 12) ut satis recte dicatur (nam nec Statius Silv. I. 5, 21 flumina cassa memoravit pro aridis nec alius quisquam, Ennodius autem Carm. II. 112 p. 355. C marcenti flumine posuit) apteque congruat sententiae proximorum verborum: in integrum postea restituti sunt.“ Quare suspicari succurrit: permutatis litteris l et s (Drak. Liv. II. 23, 3 p. 190) atque ea et qua (Claudian. IV. Cons. Hon. 436 Libyae squalentis. Med. quart. Libyesque calentis. Eutrop. II. 566 Var. Lectt. Antverp. scalebit) cassescerent factum esse, quod fuerat qualescerent vel qualescerent (ut apud Martialem IX. 47, 2 in Puteanco et Wolfenb. est qualet, apud Statium Theb. IV. 97 in Frisingensi sualentibus et Ovid. Fast. V. 397 in Gottingensi sualentia). Verbum squallescendi autem nec finxit Ammianus insolenter (invenimus enim apud Caprum de Orthogr. p. 2240 et in Not. Tiron. p. 66: squalescit“, id quod praeteriit Barthius Adv. XXXV. 9 p. 1648) et commodissime in hac sententia poni docet Statius Theb. IV. 700: Diffugere undae, squalent fontesque laeusque.“ Vet. Schol. p. 1210: squalent) exarescunt, solvuntur in pulverem“ cf. Drak. Sil. XII. 373 p. 609 sq. Cort. Lucan. I. 368 p. 103. Ennod. Epist. IV. 7 p. 73. A: marcida profundo squallore terga (cf. IX. 6 p. 151 C) per ebrietatem undae salutaris infundit.“ Ut apud Ammianum ab iis, qui stilo consignarunt arescerent, idem peccatum sit atque apud Claudianum l. d.: Libyae squalentis in Helmst. Wolf. Libyes arentis. Verum enimvero quum sententiam in integrum restitutam esse mihi persuaserim, ipsum verbum nescio an posthabendum sit ei, quod et a codicum vestigiis propius absit (voces cassus et crassus enim permixtas esse testatur Burmannus Claudian. Eutr. I. 38 p. 271 add. Conject. IV. p. 172) et ejusdem Statii auctoritate videatur commendari. Recte enim dici crassescere rivos fontesque, qui antea aquarum copiosis pulsibus abundantes jam in paludis modum lutosi fiant (Serv. Virg. Georg. II. 110 p. 238), intelligitur ex Theb. IV. 820: jam crassus coenoque et pulvere torrens“ et Achill. I. 87: crassa exire vetabit Flumina“ iisque locis, quos attulerunt Titius et Burmannus Grat. Cyn. 53 p. 53 idemque Burmannus Lucan. VI. 362 p. 416 et Arntzenius Nazar Pan. Constantin. 32, 9 p. 623 cf. Columell., XII. 12, 1: quoties aqua post longum tempus diffunditur, aliquod crassamentum in imo simile faeci reperitur.“ Psell. Doctrin. Omnif. c 130 ap. Boiss. Psell. Opusc. p. 328: παχύτερόν ἐστι τὸ θαλάττιον ὕδωρ τῶν ποταμίων ὑδάτων. Nec minus insolens illud ver-

sultumque ipsi statio. Cui enim de Theb. X. 527 versu sic prodi solito: trabibusque et ariete sonoro" ope eorum librorum, qui penes Lindenbrogium Barthiumque fuerunt (quibus accedunt Frisingensis et Monacensis: trabibusque artata ac Scheftlariensis: artata. superscr.: alii ariete), tollere insigne vitium licuerat, Gronovius ad hanc Grutero assentiendi ac mirificum commentum probandi temeritatem delapsus est: „Accedo, inquit, licet invitis omnibus libris Grutero, qui conjicit: crebris arietatibus. Nam quod contractae tres priores syllabae in duas tamen breves ponuntur, fecit idem in tenuior, ut in Soteriis. Sperne coli tenuiore lyra" (v. Theb. IV. 679 cf. Lachm. Lucret. III. 917 p. 192 et II. 719 p. 115. XII. 2. Sil. VI. 19: Tenuis opum, non patre nitens." Avien. Arat. Phaen. 468. Anth. Lat. I. 89, 26: Tenuia loricae cedant"). Quam et praecepti et vocabuli novitatem dedita opera confutare supervacuum habeo; manifestum enim est istud arietibus conflatum esse ex syllabis(ar) ieti(s) icti(bus) eo facilius confusis, quo frequentius notas syllabarum is et ibus permixtas fuisse constat. Qualia exempla attulimus in Emendd. Arnob. (Anal. Prop. XI.) p. 77. add. Lact. Theb. II. 455 carminibus. cod. B. carminis. Coripp. Jo. II. 217: crebris ignibus ardens. Triv. crebribus

---

bum, quo usum eundem Ammianum arbitror XVI. 7, 8: inter praecipua enim, quae eorum quisque studio possederat vel ingenio, aut rapax aut feritate contentior fuit aut propensior ad laedendum vel diligentibus nimium blandus aut potentiae fastu superbior." Quae enim Hauptius l. d. p. 15 hac proposuit disputatione: „nihili est diligentibus, quod Gelenius scripsit. Colbertinus liber habere dicitur igendimus, sed Vaticanus pariter atque Regius et exemplar Accursii ligendimus habent. scribendum est licentius id est eis qui libera potestate licentius utebantur: antiquior scriptor modestiore oratione dixisset potentibus. Theod. Cod. XVI. 2, 4 liber sit stilus et licens. Symmach. Epist. I. 59 homo licentis otii. Possumus alia addere, sed non opus est", id ut et recte dictum sit et probabiliter excogitatum (cf. Epist. Crit. 14 p. 18), nec ab orationis forma (vel — aut) satis commendationis habet aut a sententiarum ordine: potentibus nimis blandus aut potentiae fastu superbior" et redargui videtur ipsa comparatione ejus vocabuli, quod librorum Plinii similiter affectorum recordatio animo subjecit Nat. Hist. Praef. 30: multos fore, qui vitilitigent. Murbac. Paris. al. ut eligant. 32 vitilitigatores. Paris. sec. vicii ligatores. Itaque haec antiquitus prodita fuisse affirmaverim, quae posui Epist. Crit. p. 38: rapax et feritate contumacior (Vatic. et — contentior) aut propensior ad laedendum vitilitigantibus nimium blandus aut potentiae fastu superbior." Cf. Gloss. Labb. p. 195: Vitiligatores συκοφάνται. Vitiligo συκοφαντέω." Lex. Vet. ap. Turneb. Adv. XXVIII. 6 p. 990, 64: Vitiligant vituperant." Quales spadones fuisse dicunt Dempsterus Paralip. IX. p. 1513. E. Retes. Exc. Anal. III. T. V. Thes. Otton. p. 1285, quem laudavit Arntzenius Mamertin. Grat. Act. 19, 4 p. 723. Ammian. XIV. 11, 3: inter ministeria vitae secretioris per arcanos susurros nutrimenta fictis criminibus subserentes." XVIII. 5, 4: invenit tandem ausam nocendi auctore et incitatore coetu spadonum, qui feri et acidi semper — divitias solas — amplectuntur." Claudian. Ruf. I. 97: artemque nocendi Edidicit" cf. Entr. I. 193.

cf. 258 scindent es. Triv. sciudeutibus. Marcian. Cap. I. 10 p. 37 vittisque semivulsis. al. vitibus. Ut non dubitemus haec Statio reddere:

celsum crebri arietis ictibus urbis
Incliuare latus.

Ut est IX. 353: verbere crebro — scidit horrida vestem" et in iis locis, quos addit Marklandus Silv. I. 1, 68 p. 167, et X. 742: turres saxis et turbine crebro Laxat." Virg. Aen. II. 492: labat ariete crebro Jauua." 627: crebrisque bipcunibus instant Erucre" (cf. V. 459: densis ictibus heros Creber utraque manu pulsat" et Val. Flacc. IV. 306), unde Corippus Just. IV. 22: crebrisque securibus ictus Congemiuant" cf. 38: crebris cadit ictibus ardua pinus", et Sil. V. 502: gemuit crebris succumbens ictibus arbos" cf. VII. 625. Lucan. VI. 192 (Gualth. Alex. V. 499). Hor. Carm. I. 25, 2. Stat IX. 555: Turris — innumeros penitus quassata per ictus. Mythogr. I. 154 p. 49, 32. II. 108 p. 112, 1. III. 6, 25 p. 189, 21: Caeneus crebris ictibus fustium paulatim in terra fixus est" (Amm. Marc. XV. 5, 31 densis gladiorum ictibus. XVI. 12, 54.) et quod ad Statii similitudinem propius accedit, Sen. Tro. 92: Vacat ad crebri verbera plauctus Furibunda manus."

XIX.

Satis in eam partem quaesitum videtur, in qua ne nunc quidem desunt, qui Schraderi alicujus vituperio digni sint vel gravissimo. Desinam igitur in eo genere, in quo versans simul Statio et Lactantio subvenire et opitulari videar. Ajo enim insigne vitium penitus insedisse in Thebaidis versu IV. 482:

tu separe coetu
Elysios, Persei, pios virgaque potenti
Nubilus Arcas agat.

Quae verba docti homines mirifico tuentur consensu, nisi quod alteri praeferunt Persea (ut Carrio Val. Flacc. V. 57 p. 412), alteri Persei, quod ipsum extare apud Senecam Med. 814: Causa vocandi, Persei, tuos saepius arcus, unu atque eadem Semper, Jason", quem nec Ruhukenius testem dedit Hymn. Cer. 24 p. 9 sq. nec L. Dindorfius Steph. Thes. VI. p. 1000. D: nec Usenerus Philol. XXIII. 2 p. 339. 351. Apud Lactantium quidem, ut infra dicetur, legitur Persea, in Frisingensi et Mocensi persee (cui quod in Frisingensi superscriptum est o: persee, pro indicio vocativi habendum est, ut apud Lactantium v. 483:

„per crimina functis: Tisiphone pande diem“ in utroque libro invenitur: O Tisiphone). Itaque omnes Luctantii sententia haece: „Sensus hic est: Hecate et Mercurius pius animus ducunt, nocentes Tisiphone“ jure acquiescere sibi videutur. Quid ergo? satisne placet haec oratio: tu, Persei, Elysios et virga Arcas agat“? Atqui oportuerat aut hoc poni: tu, Persei, Elysios virgaque potenti, Arcas, agas“ aut quod aliquanto aptius dicitur: Elysios tu, Persei, exci virgaque potenti Arcas agat.“ Neque hoc solum est offensioni; nam quis est, quin vel leviter monitus videat vocem pios non inutiliter modo, sed inepte additum esse? Neque enim Elysii dici possunt nisi qui sint pii (Bentl. Hor. Carm. III. 4, 6 p. 151. Claudian. R. Pros. II. 285: Elysium — Cultoresque pios“). Elysios autem intelligi non compos, ut apud Lucanum VI. 698: Styx et quos nulla meretur Thessalis Elysios (Schol. 699 p. 492: o Elysii campi, quos nulla malefica videt“ cf. Burm. Anth. Lat. IV. 26 p. 24. Claudian. Pr. Cons. Stil. II. 378: Elysii lucos irrumpere campi“) et Martialem IX. 51, 5: Tu colis Elysios nemorisque habitator amoeni Esse tuo primum nunc sine fratre cupis“, sed (id quod incompertum habet Hofmannus Progr. Crucenae. 1867 p. 37 sq. not. 91) ipsos eos, qui Elysias sedes habitent, declarat ipse Statius VIII. 15: „Illum et securi circumspexere fragorem Elysii et si quos procul inferiore barathro Altera nox — gravat“ et Vetus Scholiastu p. 791: „cultores beatarum sedium“ Luctantiusque: Elysii ergo pro his — qui in Elysio habitant“ cf. Duebn. VII. 775 p. 319 et Schol. Lucan. l. d. 698: Magae enim inter nocentes umbras recipiuntur, non inter Elysios.“ Quare si locum aliquem voci pios concedendum putes, hoc defendendum est: ipsius nominis Elysios explicandi gratia eam adscriptam fuisse ab eo, qui planius sciri vellet, quid contrarium esset proximis verbis: per crimina functis“ cf. Claudian. R. Pros. II. 302: tu damnatura nocentes, Tu requiem latura piis.“ Et his quidem argumentis fretus pro certo exploratoque habeo idem, quod Virgilium Aen. VI. 749: Lethaeum ad fluvium deus evocat agmine magno“, simili oratione usum prodidisse Statium:

tu separe coetu
Elysios, Persea, cie.

Ut v. 93: inter medios patriae ciet agmina gentis — Tydeus“ et apud Valerium Flaccum I. 751: jam te in lucos pia turba silentum Secretisque ciet volitans pater Aeolus autris. 754: regemque frugor per moenia differt Mille ciere manus. II. 304: jam te ciet ultus ab Alba Juppiter.“ III. 63: Bellona — Adstitit — ciere virum Virg. Aen. VI. 165 cf. Heins. Claudian. Ruf. I. 154 p. 43. De vitii autem, quod jam sublatum est, origine et progressu sic habeto: quum duarum syllabarum, quae nec litterarum formis multum distarent et loco proximae essent: u et ei (Quintil. Decl. IX. 16 p. 204 civicam gloriam. Witt. Leid. pr. uvitam. Ovid. Fast. II. 272 citis. Maz. udis; num plura exponentur Emend. Prop. IV. 2), alteru stilo prae-

terita esset, ut primum Persea e, deinde (ut in Frising, et Monac.) Persce existeret, numerorum damnum reparatum esse illata ea voce, quae et nomini Elysios superscripta extaret nec ipsa omnino dissimilis esset cic: pie; quid enim (ut praeteream Anth. Lat. III. 85, 7: Bellum saepe parit. Petav. Thuan. Voss. ap. Burm. p. 496 ciet. Claudian. Eutr. I. 22: quodcunque parant. Vatic. tert. Isingr. canunt) frequentius et permutatione litterarum e et o, quam paucis perstrinximus adnot. Eclog. 82 p. 138, nunc commonstremus quatuor locis Silv. IV. 4, 85 lues: tuos (Conject. V.). I. 3, 42 (de quo loco paulo inferius dicetur) pingues: nigros. Theb. IX. 745 (Conject. III. p. 167) Coroebus: Cerebus. IV. 688 Nemees. Monac. Nemeos. add. Martial. IX. 43, 13 Molorchi. Wolfenb. Molerchi. Ammian. Marc. XVI. 12, 24 belli totius incentor. Ms. boni. XXII. 16, 2 (ut obtinnimus Epist. Crit. ad Theod. Bergk. p. 23) enim: olim, et illa levitate, cujus satis est haec exempla afferre IV. 546: animas alias avertere gressus Lacte quater sparsas. Frising. Monac. alias animas. Lacte quater sparso et Martial. I. 117, 12: Omnes ut cito perlegas poetas. Wolfenb. citos — poetas? Jam vero a Lactantio hoc ipsum, quod eruimus, lectum fuisse inde colligitur, quod et uno vocabulo piorum defunctus est et non solum ducendi verbum: Hecate et Mercurius pias animas ducant", sed etiam evocandi verbum posuit: „ut animas piorum evocent — dicunt animas evocare" et Perseam Hecaten nominavit, non Perseidem. Namque illa verba: „Quare autem persecate est ratio" a Lindenbrogio sic correcta: per se clara est ratio", a Barthio: Persea Hecate nota est ratio", hoc autem modo prodita in codice A: perse cateratio (corr. cbateratio) est. B: per se ecate ratio in promptu est reconcinnare in hanc sententiam: „Quare autem Persea Hecate, altercatio est"; proxima autem: quidam Persei (quamquam nunc quidem in loco non suo posita atque adeo illis partibus, quibus de Mercurio quaeritur, inserta) incrementi uberioris, quod suppeditat uterque Monacensis: quidem Persei manes graecorum manes dicit Corvilius", accessione insigniter novata licet sic proferre: quidam: Persea manus; Argivorum manes dicit" (poeta). Unde intelligitur quosdam olim sic statuisse, ut quem fere ad modum Cadmi subolem sontium (v. 484), ita Perseam manum (vid. Siu. VIII. 3 p. 179) Elysii agminis ducem putarent his a Statio narratam esse: duc separe coetu Elysios, Persea manus." Quamquam alius fortasse dicet haec potius fuisse scripta antiquitus: duc separe coetu Elysias, Persea, manus." Utrumcunque probaveris, illud constabit a quibusdam vocem pios non fuisse inventam.

Modestius ac melius, quam cum omnes tum Barthius, de Lactantio sentio Thebaidis locum VII. 285:

Vos etiam nostris Heliconia turba venitis
Addere rebus opem tuque, o Permese, canoris
Et felix, Olmie, vadis armatis alumnos
Bellorum resides

his interpretato: Per Helicona intelligi volnit poetas etiam ad auxilia venisse et commemorat fluvios Musis dicatos Heliconium, Permessum, Olmium." Vocem poeta enim, quae eadem in Frisingensi libro voci alumnos superscripta legitur, liquet vitio natam esse. Scilicet indoctiores grammatici susceperunt foveruntque eam speciem, in quam ea describendi levitate, quam alio loco docebimus saepe Lactantio nocuisse, detortum facile agnoscimus nomen ab ipso olim Lactantio positum: „per Heliconios (Scheftl. eliconas cf. Electt. Lact. I. 32 p. 20) intelligi vult (Scheftl.) Thespiadas etiam ad auxilia (cf. Wopk. Justin. II. 12, 1 p. 37) Thebanorum convenisse (Scheftl.)"; quantum enim interest inter vult poetas et vultespiatas (cf. Voss. Ricc. Plin. N. H. XXXVI. 5, 4 p. 306. Voss. Ricc: tespiades. Wessel. Anton. It. p. 326)? Thespienses autem Thespiadas, ut Plataearum civem Πλαταΐδην Mein. Conject. Anth. Gr. p. 238, dictos fuisse docet Antipater Sidonius Anth. Plan. IV. 167, 3 p. 676: Τὸν δ' ἐνὶ Θεσπιάδαις γλυκὺν Ἵμερον, cui tantum tribuo, ut apud Stephanum Byzantium p. 310, 18 ὁ πολίτης Θεσπιεὺς καὶ Θεσπιάς (Θεσπιακός) καὶ Θεσπὶς litterarum αδ, quae superscribi coeptae essent, damno facto abolevisse arbitrer Θεσπιάδης. Nec ipsum Statium omitto III. 14. II. 629: Vos quoque, Thespiadae, cur infitiatus honora Arcuerim fama?" Ut idem Lactantius dixerit atque Vetus Scholiasta p. 697 sq.: Heliconia turba) accolae montis Heliconis; acclamatio sacrorum locorum ob habitationem Musarum." Ac fidem manifestam facit Avieni locus, quem nemo adhuc Statii versui explicando adhibuit, Arat. Phaen. 501: Hippocrene — Helicone cadens sese sitientibus herbis Inserit, Ascraeas donec vaga gurgite valles Vivificet. Rigat hac animas et (en) Thespia pubes Semper et in latices inhiat gens fontis alumni" (alumna cf. Savar. Sidon. Apollin. XXIII. 240 p. 189). Postremo non est praetereundum, ad quod inferendum vocabulum hic ipsa Heliconis mentio grammaticos videatur invitasse atque allectasse cf. Theb. VIII. 549, idem in aliis locis per majorem quandam librariorum temeritatem provenisse, ut apud Ovidium Trist. V. 14, 32: Si qua tamen pretii sibi merces ipsa petiti" in Berol. ipsa poeta, apud Propertium II. 25, 24 Eurypylida in omnibus libris dure poeta (vid. Anal. Prop. I. p. 6), apud Plinium N. H. VII. 12, 10 p. 17: Nicaei nobilis pyctae Byzantii" in codice Dalec. poetae, apud Orosium VI. 15 Pythici oraculi in codd. Cort. Lucan. V. 69 p. 573 poetici, quod contra factum est in Virg. Schol. Veron. p. 307, 7: Helvium Cinnum putant. Bern. poetam cf. Valg. p. XI. sq. Denique Ammiano Marc. XV. 2, 1: „post miserandam deleti Caesaris cladem" (Flor. Vat. petiserandam. Reg. desiderandam, quod memoriam affert Anth. Lat. III. 169, 2 dissere. Salm. Leid. desidere, Fauchet. pestiferam. Rom. petis errandam. Gron. exsecrandam. Vales. borrendam. Langen. Emendd. Ammian. p. 5 ut permagno ita inauspicato incepto: permiserandam) reddendum hoc videtur: post poetis disserendam — cladem", ut apud Lampridium est Alex. Sev. 30: Adriani

disserit vitam." Barth. Claudian. Stil. IV. 455 p. 339. Wopk. Septim. B. Troj. I. 3 p. 3. Oud. Apul. Met. VII. p. 451. Buenem. Laetant. I. 1, 10 p. 6. Ut Ammiano (cf. XIV. 11, 25) illa clades visa sit merito referri inter τραγῳδούμενα Diod. XIV. p. 659, 43: εἰς ἀπομίμημα τῆς παλαιᾶς ἐκείνης καὶ τραγῳδουμένης τῆς περὶ τὸν Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην τόλμης. Quintil. Decl. IX. 18 p. 207: compositis quoque fabulis ulteriores inimicitiae." Joseph. Isc. VI. 761: nox — tragicis ululanda cothurnis." Bossch. Apul. Apol. p. 426. Matth. Jo. Chrysost. Hom. I. p. 21 not. 55. Peerlk. Xen. Ephes. p. 257, qui quidem de Virgilii verbis IV. 471 „scenis agitatus Orestes" multa commentatus p. 269 sq. praeteriit Philostrati exemplum comparatione longe dignissimum Vit. Apoll. III. 25, 116 p. 54, 18: τὸν Τάνταλον — ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἐλαύνεσθαι et quae omisso Ausonio Epigr. 74, 4 adjecit Lobeckius Aglaoph. p. 569 not. m. cf. Wytt. Plut. S. N. V. p. 35. Niceph. Greg. XIV. 7 p. 718, 19: οἱ ἐν τοῖς δράμασιν Ὀρέσται καὶ Πυλάδαι. Pachym. de Mich. Pal. III. p. 189, 9.

Nec de illo Lactantii loco quisquam adhuc quaesivit aut expedivit, qui legitur IV. 811 in hunc modum: In curribus.) Pro eum curribus impliciti, ut biberent." Quem locum insigni librariorum facinore depravatum multisque damnis carptum singula verba arguunt; nam nec impliciti recte dicuntur boves et equi, qui ad currus juncti sunt, aut verba eum curribus et impliciti satis inter se congruunt nec voci pro sic, ut videmus, positae perspicua constat ratio. Nec turbatarum rerum non est argumento libri A, in quo extat: pro eum currus impliciti" diversitas. De qua re existimaturo illud praefulciendum atque praemuniendum est, ut ipsius Statii sententia dilucescat et pateat. Quem his:

> frenata suis in curribus intrant
> Armentä et pleni dominis armisque feruntur
> Quadrupedes

primum de jumentis plaustra trahentibus, deinde de bellatoribus equis commemorasse vidit Barthius. Quid vero? placetne illa orationis aut redundantia aut insolentia? Quasi non liqueat, quae in curribus sint armenta, ea frenata esse, commodius autem dici cum curribus intrare, quam in curribus. Quae autem harum vocum inertia: cum curribus intrant" praesertim cum illis comparatarum: pleni dominis armisque feruntur Quadrupedes"? quas voces si quis probat, non sane intelligo cur non idem sumat defendatque, id quod longe absurdissimum est: jumenta, quae frenata intrarent, regentium imperiis paruisse, contra bellatores equos se proripuisse vel invitis dominis? Quid plura? emergit jam id, quod nemo adhuc assequutus est, hanc a Statio expromptam esse sententiam: jumenta quamvis frenata tamen suopte ipsorum impetu aquas intrasse „festinantia nec exspectantia, donec frena ori eximerentur aut currus abjugarentur" (Vet. Schol. 811 p. 1296. cf. Coripp. Jo. VI. 340: non frena retardant Cornipedes):

frenata suis incursibus intrant.

Ut Lucan. IV. 763: nec profuit ulli Cornipedis rupisse moras: neque enim impetus illis Incursusque fuit." Oud. Frontin. IV. 1, 8 p. 411 et Hirt. B. Gall. VIII. 18, 4 p. 471 et Veget. III. 6 p. 329 Misc. Obss. VIII. Burm. Ovid. Met. VIII. 340 p. 582 et Quintil. Decl. XIII. 19 p. 294. Drak. Liv. II. 14, 6 p. 124 cf. Arntz. Aurel. Vict. Epit. 1, 13 p. 452. Buenem. Lact. Inst. II. 15, 6 p. 267. add. Claudian. Pr. Cons. Stil. I. 216: Omne quod Oceanum fontesque interjacet Istri, Unius incursu tremuit." Lucan. VII. 700: turbatos incursu sanguinis amnes." IV. 409 belli. VI. 269 Martis. Schol. X. 444 p. 797: incursus) irruptiones." Ennod. Opusc. X. p. 262. C.: contra procellas vel omnes incursus —, dimicare." Stat. Theb. VII. 113: bonus omnia credi Auctor (pavor) et horrificis lymphare incursibus urbes." Ovid. Met. IX. 152: Incursus animus varios habet" (cf. Guillerm. Apul. IV. 254: hiberni — frigoris — incursu. Gualth. Alex. II. 71: refluis undarum incursibus."). Quibus ita deliberatis eo profecimus, ut pro comperto afferamus apud Lactantium vocabulum impliciti mala ejus arte, qui verba v. 814 subjecta recordaretur: „implicitos fluvio — reges", conflatum esse ex duobus his: impetu inciti, litteras cum autem illo vitio affectas, quod in Sinide p. 222 uberius tractatum adnot. Eclog. v. 46 p. 74 attigimus, ea explendas esse accessione, quae nota comprehendi solita intercidisse videatur: t'unt: traunt id est trahunt (vid. Conject. IV.), denique totum locum sic reconcinnandum esse: „incursibus) Proprio trahunt currus impetu inciti (incito), ut biberent." Quibus similia habet Glossa Ms. Barth. v. 812 p. 1278: feruntur) A flumine vel proprio impetu in flumen" cf. Axt. Spurinn. p. 80 sq. Incitum autem sive bovem sive impetum recte dici intelligitur ex iis, quae in medium attulerunt Rigaltius Minuc. Fel. 8 p. 78 et Heinsius Sil. XVI. 485 p. 827. Apul. de Mund. p. 309: vi ad pernicitatem incita." Gloss. Barth. Theb. IX. 149: incita, velox." Postremo quo omnis ambigendi causa tollatur, et in Statii aliquot libris esse in cursibus testantur Lindenbrogius Queckinsque (qui non perspexerunt v. 829 incepta fieri oportere in coepta cf. VII. 737. Conject. III., quod jam video dubitanter propositum esse a Duebnero p. 305) et vero in Frisingensi et Monacensi inveni ipsum illud incursibus. Cf. X. 560 Frising. discurribus. corr. discursibus; nam alia pervagatissimi hujus erroris exempla alias proferentur; nunc licet adjicere Statii verba VIII. 403: nulli sine praeside currus" sic transcripta esse in Paneg. Bereng. II. 143: nullus sine praeside vector."

Ex his commonefio de Mortis incursu, qui describitur Theb. VIII. 378:

Mors fruitur coelo bellatoremque volando
Campum operit nigroque viros invitat hiatu
Nil vulgare legens, sed quae dignissima vita
Funera praecipuos annis animisque cruento
Ungue notat.

Quem locum insigniter corruptum esse ab Wakefieldo, qui in Eur. Alc. 855 collato versu III. 416: nigroque polos involvit amictu" jussit hoc corrigi: investit amictu", quis est quin pro certo putet ab Barthio p. 873 hoc edoctus: omnes meliores libri damnant merito hanc spuriam scripturam legitimamque restituunt hiatu"? Cujus ejusdem rei argumento est, quod Scheftlariensis liber vocem amictu tenet superscriptam nimirum ab eo, qui glossemata stilo signavit. Nec vero minus liquet (praesertim comparatione facta Achill. I. 79: Invitat curru dictisque ita mulcet amicis") nullo pacto stari posse, quo satis certo sibi stare omnes videntur, ipsius Barthii judicio: „quod invitari patiantur se a morte in hiatus ejus, ad amentiam hominum pertinet." Quid igitur? Wakefieldine sententiam judicabimur meliorem sic fecisse, si fere idem hic dici statuerimus atque a Claudiano R. Pros. III. 87: nox oculorum infecerat ignes — non cessura pruinis Membra colorantur picei caligine regni" fretique et quaestione adnot. Eclog. 2 p. 12 et Conject. XVI. instituta et codicum hac diversitate: Virg. Georg. 389 infuscat vellera. Menag. inficiet (cf. Lucan. IV. 66 Guelf. 3: coeli fiscator Eoi) et Plaut. Cist. I. 1, 21 (Dac. Fest. p. 554) infucabat: infuscabat. Ovid. Trist. II. 486. Lucan. X. 137. Claudian. R. Pros. II. 96: fucantur: fuscantur. Heins. Pr. Cons. Stil. II. 135 p. 386 hanc scribendi rationem edixerimus: nigroque viros infuscat biatu?" Recte enim in hac sententia poni hiatum docet ipse Statius Theb. VI. 873: non integer ille Flatibus alternis aegroque effetus hiatu et I. 352 (Sidon. Ap. II. 48): sicco quos asper hiatu Persolidat Boreas." Vet. Schol. p. 120: flatu aspero congelat" (cf. Claudian. Ruf. I. 63: Jam flatu violare diem"). Barth. Silv. II. 1, 215 p. 197), qui loci non cogniti fecerunt, ut Wakefieldus id conjectaret, quod esset vel his deterius: infestat, incestat (cf. Claudian. Mall. Theod. 267. R. Pros. II. 217), invadit (Cort. Luc. I. 241 p. 74. Sil. IX. 144: Invadit nati tremebundis colla lacertis." II. 680: flammas invadit hiatu"). Sed haec et talia moliri supervacuum est. Nam verum eruendi copiam facit ipsum illud, quod in Monacensi reperi: mutat, quod corrector hoc modo perpoliendum putavit: transmutat. Quis enim neget sublato jam vitio et eo, de quo Conject. VII. copiosius disseruimus, et illo, quod infra in disceptando versu Silv. IV. 8, 6 patefaciemus (viros invitat: viris sinmittit), perplexum locum plane et perspicue expediri:

> nigroque viris se immittit hiatu
> Nil vulgare legens?

Quod quidem secretum et extra vulgarem usum positum est ac Statio dignissimum. Documento est Theb. X. 673: dea — magna cunctantis pectora dextra Permulsit tacite seseque in corde reliquit" et quem Barthius p. 1231 omisit, Ovid. Met. VIII. 819: Fames — solutum — geminis amplectitur alis Seque viro inspirat" (cf. Barth. Theb. IV. 190 p. 967). Quod pro explorato attuli, fefellit etiam scriptorem Paneg. Bereng. II. 132 (cf. Stat. v. 385): Mors — Campum operit nigroque

viros invitat hiatu Arma ciens aboletque domos, connubia, natos." Qui idem v. 215: Saevior et miseris instat regnator Etruscis Hesperiae timidumque vocat Widona per agmen Nil vulgare legens, sed quae dignissima vita Funera, praecipuos annis animisque cruento Fert gladio", alteram rem, quam Statius v. 381 prodidit, sic immutavit corrupitque, ut nec ad illam famam accommodate scriberet, quam secutus est Euripides Alc. 74: ὡς κατάρξωμαι ξίφει et quos nominarunt Wowerus Petron 168 p. 653 Barthio Silv. II. 1, 147 p. 186 laudatus, Cerda Virg. Aen. IV. 698 p. 486. Monkius Eur. l. d. p. 19 sq. (add. Mythogr. III. 9, 11 p. 220, 6: nisi — Proserpina nomen hominis in poste apud inferos notasset vel crinem de capite abscidisset — mori quis non posse dicebatur), et ab eorum exemplo discederet, qui Mortem et Parcas morituris manum injicientes fecerunt. In qua re explicanda tam leviter versati sunt Cerda Virg. Aen. X. 419 p. 473. A atque Ursinus Virg. Ill. p. 481, interpretes Tib. I. 3, 4 p. 62 Diss. Gronovius Sen. Hipp. 467 p. 249. Marklandus Silv. III. 1, 135 p. 219. Cortius Lucan. III. 242 p. 349 cf. Oud. Apul. Met. VI. p. 442, ut ne Hesiodi quidem testimonium interponerent longe omnium gravissimum Scut. Herc. 251: πᾶσαι δ' ἄρ' ἵεντο Αἷμα μέλαν πιέειν (Κῆρας). ὃν δὲ πρῶτον μεμάποιεν Κείμενον ἢ πίπτοντα νεούτατον, ἀμφὶ μὲν αὐτῷ Βάλλ' ὄνυχας μεγάλους cf. 263. 266 idemque illustrissimum et maxime insigne ad aperiendam sententiam Statii Silv. II. 6, 78: Rhamnusia — jacenti Injecit ucxus carpsitque immitis adunca Ora verenda manu" et 1, 137: Subitas inimica levavit Parca manus. Quo, diva, feros gravis exseris ungues?" Theb. l. d.: Funera — cruento Ungue notat", quos locos „a Marklando bene restitutos" crepare ne nunc quidem Queckius I. p. XIV. II. p. XIII. desiit; restituerant autem illum Meursius Arnob. II. 2 atque Barthius p. 185, hunc de optimi libri auctoritate, ut diximus adnot. Eclog. v. 46 p. 74, idem Barthius p. 874 addita ejusdem libri glossa hac: „sanguinis nota, qua extremum digitum tinxerat." Quae quidem convidetur spectare, quod qui „iuventa ac per hoc naturali, morte sua" (Schol. Juvenal. X. 113 p. 393) vitam finivissent, sicca morte descendere dicebantur, ὑγρὸς νέκυς autem cadaver sanguine foedatum (Valck. Eur. Phoen. 1448 p. 486). Ceterum contra atque in Statii carminibus factum est apud Sedulium I. 56: depellis ab angue venenum. Cant. ungue.

Quod superest: illa Monacensis libri discrepantia cernitur cum in aliis locis, ut Claudian. Eutr. II. 329: ventrem invitant pretio. Med. quart. mutant et quos attulit Burmannus Phaedr. I. 31, 4 p. 103 et Eleg. Nuc. 117 p. 839, tum in Silv. I. 3, 42, si credis Gronovio et Marklando aliisque, quos paulo inferius nominabimus, verba haec:

nigros imitantia murmura somnos

arbitratis sic immutanda esse: invitant", quum in Rehd. et Vindob. hoc exstet: mutantia. Quod quidem nullius negotii est (cf. Calpurn. Ecl. I. 79 mittat. Dorv. mutat. Burm. Claudian. R. Pros.

I. 62 p. 546. Drak. Liv. VII. 39, 10 p. 332) sic perpolire, ut existat hoc:

mittentia murmura somnos.

Ut autem apertissima res tot doctorum aciem fugeret, factum est insolentia verbi mittendi. Quod in eadem sententia positum invenio in Anth. Lat. III. 61, 7: Et non sollicitos missura papavera somnos" et a Silio V. 354: somnum tacto misisse chelydro Anteibat cunctos", quos locos componere fugit Heinsium Sil. III. 302 p. 151 et Wernsdorfium P. L. M. VI p. 200. Quamquam alii recordati Theb. IV. 431: dulcesque altissima somnos Lux movet" fortasse praeferent hoc: motantia" cf. Heins. Ovid. Met. XIII. 937 p. 926. Burm. Virg. Aen. III. 415 p. 408. Nec majoris moliminis est tollere alterum, quo ejus versus sententia laborat, vitium. Nam neque quod a Gronovio et Heinsio inventum commendavit Burmannus Anth. Lat. III. 26, 1 p. 475: pigros invitant murmura somnos" neque, quod audacius arcessivit Marklandus: teneros invitant murmura (carmina) somnos", tam aptum verumque puto esse, quam quod ego restitui volo:

pingues mittentia murmura somnos

repetitum ex Ovidii aliorumque iis locis, quos explanarunt Heinsius Ovid. Her. XII. 170 p. 169 et Burmannus Lucan. X. 354 p. 721. De origine autem vitii comparare commodum est cum ea, quae Conject. XI. exprompsimus, tum Claudiani locum Idyll. VI. 65: Hinc pingues repetunt fessi sudore lacunas." Vatt. Pal. Barthol pigras cf. Lucan. l. d. Guelf. 1 pigues. Avien. D. O. 581 usu. cod. A. Venet. risu, alia, quae adnot. Eclog. v. 46 contulimus. Statius igitur suo jure recuperavit mittendi verbum. At in Virgilii Aen. XII. 629: nos saeva manu mittamus funera Teucris" quid Peerlkampio p. 441 scribendum fuerit, non dubie indicat Thebaidis locus IX. 566, quem strictim attigit Heinsius Claudian. Ruf. I. 222 p. 49: mutua Grajis Sidoniisque simul nectebat vulnera Mavors"; neque enim quidquam illa verborum mittendi et nectendi permutatione frequentius accidisse comprobavimus Sin. III. p. 59 sq. 221. add. Claudian. Prob. 79: sub juga ferrea nectit. Isingr. mittit. Eademque ope subveniendum est Corippo Jo. I. 487: sin proelia mecum Mittere posse putas" et VII. 225: Castra movere placet, non tristia mittere bella", de quo egregie fallitur Mazzucchellius[11]) p. 225: „mittere hic est pro com-

[11]) Ejusdem Corippi verba VII. 117: si fas civilibus armis Jusque datum est ensum, propera", de quibus hoc pronuntiatum est judicio a Mazzucchellio: „fortasse eusum est per syncopen pro ensium, nisi mavis legere extensum pro est ensum", liquet expressa esse ad exemplum Lucani I. 2 (Cort. p. 2 sq. Burm. Eleg. ad Liv. 54 p. 800. add. Savar. Sidon. Apollin. Ep. II. 13 p. 168. Burm. Petron. 108 p. 642), hac autem ratione emaculanda: „si fas civilibus armis Jusque datum est, ensem propera", ut Sil. XII. 393: media inter-

mittere" (quod ipsum extat V. 243: externis committere proelia terris" et VI. 300. VII. 228: committere pugnam Vicinis liccat ferventi caede Latinis", quocum differt id, quod legitur v. 244: Gentibus una salus celerem committere pugnam); namque aliud monstrabant vel contraria illa: Maximian. Eleg. V. 2: missus Tranquillum cunctis nectere pacis opus. Val. Flacc. III. 503 foedera necte et Boeth. Cons. Phil. I. Metr. V. 43 p. 639. A: Quisquis rerum foedera nectis." Stat. Silv. Praef. V.: propiorem nexum amicitiae tuae cuperem." Ennod. Epist. I. 9 p. 24. C: inter novos concordiae nexus." (Guillerm. Apul. V. 272: magnus amoris — nexus conjunxerat illos"). Heins. Claudian. Pr. Cons. Stil. II. 156 p. 387. Sin. l. d. p. 60 not. 11.

Quod modo repudiavimus verbum fuscandi, id sequuti aliquid jam dicamus in quibus locorum generibus inveniatur. Theb. VI. 576: primusque cutem fuscatur olivo." Heins. Ovid. Art. Am. I. 513 p. 578. Calpurn. Decl. II. p. 796: hoc ipsum, quod ita infuscatam cutem livor infecit, dies longa extenuat: nivea plerumque membra sole fuscuntur." Sil. XI. 270: fuscabat et Hesperus umbra Paulatim infusa properantem ad littora currum." (Gualth. Alex. III. 512: tenebris fuscare diem.") Weitz. Vul. Flacc. I. 396 p. 84. Cort. Luc. IV. 66 p. 438 cf. Apul. de Mund. p. 362: ὄλυμπον — quem ab omni fuscitate ac perturbatione vident liberum." Quibus subjungo Symmachum Ep. I. 3 p. 17 Par.: „cavimus, ne sobriam solitudinem nostram sodalitas plebeja fuscaret" (quem locum primus emaculasse falso sibi videtur Marklandus Silv. III. 4, 65 p. 289). Calpurn. Decl. XXIV. p. 821: dum non per manum vilem jus pietatis infuscet. Justin. XII. 5, 5: ne victoriae gloria saevitiae macula infuscaretur. (Gualth. Alex. II. 511: obscurent — praeconia regum Quorundam maculae. III. 243: denigrare valeret Crimine candentem titulos infamia famam"). 11, 7: ne gloriosam militiam seditionibus infuscarent. Sidon. Apollin. VII. 506: quem fuscat id unum, Quod te Roma capit." Ennod. Carm. II. 15 p. 338. A: Candida ne meritis fuscentur stamina nostris. Epist. IV. 3 p. 71. B: ut quod propriae conservationis nube fuscavi, splendida conscientiae serenitate detergeat." Pacat. Pan. 3, 4: hanc gaudiorum praesentium lucem tristium commemoratione fuscare", quibus similia haec posuit Gualtherus Alex. IV. 358: candorem famae fuligine labis Obfuscare queat." Boeth. Cons. Phil. I. 4 p. 628 sq.: quam (dignitatem) uti alicujus sceleris admixtione fuscarent. IV. 3 p. 798. B: praemium bonorum, quod nullus deterat dies, nullius minuat potestas,

---

valla patentis Corripiunt campi properatis eminus hastis" cf. II. 346: pressae properata casside malae" cf. Broukh. Tib. IV. 1, 205 p. 380 sq. et quem addit Burmannus Anth. Lat. I. 72, 181 p. 50, Lambin. Hor. Carm. II. 7, 24.

nullius fuscet improbitas." Quos locos qui praeteriit Barthius Adv. XXIII. 13 p. 1138 sq. ne Statio quidem Silv. III. 4, 66 intendit:

ne prima genas lanugo nitentes
Carperet et pulchrae fuscaret gratia formae.

Quamquam nostrum quidem judicium sic fert, ut hinc tollendum arbitremur verbum, de quo dedita opera quaesivimus. Sed rem ordine edisseramus. Et primum quidem non mediocriter Fallitur Marklandus quamvis, ut videtur, Huschkio Tib. I. 8, 31 p. 218, nuper Duebnero laudatus, qui „non intelligo, inquit, quo sensu lanugo earpat genas: vestit quidem et obumbrat genas, sed carpere genas alia omnino res est et febris vel phthisios potius, quam lanuginis. — Scripsit Statius: genas lanugo nitentes Spargeret. Nihil certius." Adversus quem qui disputat his: Vrat. Par. optime carperet; lanugo diffunditur quasi in genas, latius serpit, majorem partem genarum occupat", Queckius p. XXI. omnino nihil dicit. Neque Imhofius Cond. Crit. p. 29 manifestum verbo carpendi praebuit patrocinium. Scilicet parum perceptum fuit doctis hominibus id loquendi genus, quod adnot. Eclog. v. 33 p. 52 explanavimus; qui enim nitentes genas lanugine carpi scribit, is nitorem genarum carpi scribit, ut apud Silium est X. 400: galeis carpsere superbum Cristarum decus" ac Senecam Oct. 530: Florem decoris singuli carpunt dies" Prudentiumque περὶ στεφ. X. 102: nulla deinde senectus Frontis decus invida carpet" cf. Sen. Hipp. 476: Varia leti genera mortalem trahunt Carpuntque turbam." Stat. Silv. II. 1, 140. 6, 79: carpsitque immitis adunca Ora manu." Drak. Sil. II. 458 p. 99 et Liv. III. 5, 1. Burm. Val. Flacc. VII. 533 p. 632. Wopk. Sedul. I. 24 p. 38. Et his quidem cumulate huic parti satisfecisse videremur, ni scrupulosius scrutandi necessitatem injungeret Rehdigeranus liber, in quo duo illa: ne prima sunt omissa. Quo certissimo iudicio fraus eorum dilucescit, qui quod a plerisque usurpatum invenissent (Cerd. Virg. Aen. X. 324 p. 459. A. B. adnot. Eclog. v. 29 p. 34. add. Sil. VI. 128: primo malas signabat Regulus aevo") huc transferre haud cunctanter olim ingressi sunt. Jam quaerenti, quid occulte latere statuendum sit, non dubito hoc proferre: sparsa. Quod conjectandi potestatem facit ipsum istud prima. Namque et voces primus et parvus (Burm. Ovid. Fast. I. 113 p. 13 et Remm. Palaem. de Pond. 32 p. 399. Claudian. Eutr. II. 121: parva quies. Leid. prima. VI. Cons. Hon. 364 spatiis parvis. Jun. Oxon. primis cf. Laud. Ser. 82 parvus. Med. pr. pirrus) et parvus et sparsus (de quibus dictum est Conject. XVII.) inter se permutatas esse compertum habemus. Sparsam lanuginem autem sic dixit Statius, ut Valerius Flaccus IV. 233: Vixdum etiam primae spargentem signa juventae" et Virgilius Aen. V. 416: Temporibus geminis canebat sparsa senectus" (cf. Ovid. Met. VIII. 567: raris jam sparsus tempora canis." Markl. Silv. p. 289). Itaque sic statuo librarium Rehd., quod quoquo modo depravatum: neparva. parca. parta.

passa (Conject. l. d. adnot. Eclog. v. 77). nesacra (cf. Lucan. IX. 290: sparsi mellis amorem. Guelf. Berol. sacri) invenisset, malnisse stilo praeterire, quam prodere ad intelligendum difficilia vel a sententia loci valde aliena aut inferre vocabulum adulterinum.

Verum ampliorem alter versus ambigendi et deliberandi materiam suppeditat. In quo versu quod verum esse Gronovio, Marklando (cf. in Silv. II. 2, 149 p. 232), Duebnero visum est: „pulchrae fuscaret gaudia formae", id fortasse dicar idonea ratione confirmasse. Quum enim fuscandi verbum sic, ut nigrandi (Lucret. II. 733. 793 ac Barth. Silv. II. 6, 83 p. 242 cf. Daum. Caus. Amiss. Rad. L. L. XVIII. p. 484) in duas sententias diduci nullo compertum esset exemplo (scit hoc ipse Imhofius Condic. Crit. p. 24: „novavit Statius fuscare pro eo, quod melius diceretur, fuscere" idemque sensisse videtur Huschkius l. d.), similitudinem autem verborum nigrare: nigrere, albare: albere praetexere comminiscendo vocabulo fuscere majoris audaciae videretur, quam, ne datae opportunitati veterem maculam abstergendi desim, ex Gloss. Labb. p. 79: „Fuscantem μαvιxόv" hoc eruere: „Fuscamentum μελαντιxόν" (cf. Theoph. Nonn. Epit. XLII. p. 188: ὀφρύων μελαντικά. Gloss. Labb. p. 93: Infuscat μελαίνει, μιλει, quod esse oportuit σπιλοῖ), animum subiit recordatio Pacati l. d. et sententiae a Propertio positae II. 14, 19: Cui majora senis Tithoni gaudia vivi, Quam gravis amisso Memnone luctus erat" eorumque locorum, in quibus legi gandia mortis Theb. X. 628 (leti Val. Flacc. VI. 178). Mantuanae gaudia famae Silv. III. 7, 28. 4, 50. speratae gaudia formae Ovid. Met. XIV. 652 (quocum omnino sententia discrepat Achill. I. 167: Forte et laetus adest: o quantum gaudia formae Adjiciunt") cf. Claudian. R. Pros. I. 286: venturae sperantes gaudia praedae" jam Marklandus docuit, cui ipsi potius, quam Gronovio adstipulatus nolo interpretari in significando ipso puerili flore (Claudian. Eutr. I. 344) et quasi oris lumine (Prob. et Olybr. 70: Ante genas dulcis quam flos juvenilis inumbret Oraque ridenti lanugine vestiat aetas") fere sic positum esse vocabulum gaudium, ut a Plinio N. H. XX. 1 p. 288: adamanta opum gaudium." XVI. 25, 40 p. 25: flos gaudium arborum. — Sunt tristes quaeque non sentiant gaudia annorum. III. 5, 6 p. 224: gaudentis opus esse naturae" cf. Burm. Val. Flacc. I. 109 p. 34. Hic vero non levis dubitandi causa inde incidit, quod quum gratiae vocem gloriam in permultis locis (Claudian. Pr. Cons. Stil. II. 51. Sec. Cons. 47. Laud. Ser. 225. Ovid. Pont. III. 2, 27. Burm. Her. XXI. 62 p. 310. Drak. Sil. XIII. 664 p. 676. Sen. Med. 226 Graeciae. Flor. gloriae) insidiatam esse in confesso esset, quo gratiae per gaudia sua sede dejectae quasi vicarius muneri Marklandi Silv. II 2, 149 p. 232 succedens fidem facerem, nihil quidquam succurrit, nisi quod apud Aratorem I 482: spes est ad gaudia velox" ex Voss. 1 grandia idemque ex Voss. 3 II. 113: humanum transcendunt gaudia votum" et in iis locis, quos disceptavit Rittershusius Gunth. Lig. VIII. 393

p. 159, contra apud Claudianum Eutr. I. 360: grandia semper Deligit" ex Jun. Ois. Flor. Maz. Pal. gaudia enotatum me legere memini. Nam ne quis forte apud Claudianum R. Pros. III. 205: sermonum gratia mecum, Mecum somnus erat" gaudia potius, quam gratiam memorari velit: apud Petronium Anth. Lat. III. 224, 3 legitur: Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus", apud Statium Silv. V. 3, 249: rursusque ubi dulce remitti, Gratia quae dictis?" et Ovidium Her. XII. 12: linguae gratia ficta tuae" cf. Gunth. Lig. X. 503: lepos consuetus adest magnique capacem Ponderis ingenuam comitatur gratia vocem." Ergo gratiam formae (ut Ovid. Met. VII. 44: ea gratia formae cf. Art. Am. II. 570. Claud. Laud. Ser. 225: neglectae gratia formae" Burm. Anth. Lat. III. 224, 6 p. 656 cf. Oud. Apul. Met. II. p. 107. Markl. Silv. l. d. p. 232. Suet. Tit. 3: forma egregia et cui non minus auctoritatis inesset, quam gratiae. Stat. Silv. II. 2, 10: nitidae juvenilis gratia Pollae. Theb. IX. 880: Aegraque per trepidos exspirat gratia visus. Silv. I. 2, 107 et Achill. I. 290 eximium formae decus. Theb. VI. 574 formae laudem. Silv. II. 1, 139) in loco sic retinere visum est, ut fortius aliquid et significantius quaereretur, quam istud pulchrae a Marklando p. 289. invalido auxilio defensum: quid enim verba haec Statii Via Domit. 15: „Pulchrae supplicium timere formae" et Suetonii Vit. Persii: fuit verecundiae virginalis, formae pulchrae" possunt pro gratia pulchrae formae? Recordanti autem simul discrepantiam librorum Quintiliani XI. 3, 40: clara, pura. Voss. 1. 3 pulchra et Ovidii Fast. II. 33: tempora pura. Moret. pulchra. Met. II. 713: pura — sacra", ubi „plura nonnulli et pulchra" (Heins. p. 152 cf. Martial. III. 75, 5: puras — baccas. Thuan. pluras) et quos commemoravit Burmannus Met. II. 856 p. 163, et exemplum Senecae Hipp. 648: Cum prima puras barba signaret genas" (quas genas alii leves dixerunt Husebk. Tib. l. d. Jac. Quaest. Ep. I. 3, 4 p. 45) obvium hoc fuit: pura forma id est nivea ac prope virginea (Achill. I. 161. Nonn. X. 180: Ἄχνοα — χιονέης — κύκλα παρειῆς). Qua re ita deliberata non jam latuit invitante atque allectante maxime Lucano X. 135: „fortior aetas, Vix ulla fuscante tamen lanugine malas" ad pervagatissimum fuscandi verbum per illam licentiam permiscendi litteras et has: li, lu (la) atque u (adnot. Eclog. v. 19 p. 37 et Conject. V. add. fumantia: flammantia Burm. Ovid. Met. XIII. 421 p. 890. XIV. 796. Martial. X. 104, 2 faventis undae. Mod. flaventis. cf. flavis: fulvis Claud. Ruf. I. 91. Nupt. Hon. 57. fluvios: flavos Heins. et Burm. R. Pros. III. 332 p. 629. favebat, fovebat: flammabat Conject. XII.) et illas: m et sc (primus: priscus Claudian. Nupt. Hon. 289. Burm. Ovid. Met. V. 677 p. 375 et Fast. I. 7 p. 2 et Lucan. VIII. 837 p. 602. vanus: vascus, de quibus alibi dictum est) a librariis id deductum esse utque adeo detortum, quod sic consignatum viderentur invenisse: flumarent id est flavcrent (cf. Columell. X. 311 flavebit. Pol. flammebit. Burm. Claudian. Soc. Cons. Stil. 18 p. 412. Ovid. Am. I. 2, 11 face

crescere flammas. Pal. Vatic. flavescere. Moret. Exc. Dons. cod. Prisc. flammescere). Ut apud Virgilium est Aen. X. 324: flavens prima lanugine malas." Sil. XVI. 487: Omnes primaevi flaventiaque ora decori." Valck. Eur. Phoen. 32 p. 15. Ac similiter quamvis in mentione diversarum rerum flavus color reprehenditur et ab Ovidio Am. II. 5, 39: ne longis flavescere possit ab annis — ebur" cf. Bronkh. Prop. IV. 7, 82 p. 448 et ab Valerio Catone Dir. 16: Pallida flavescant aestu sitientia prata", quem locum (dissimillimum Symmachi Laud. Gratian. 9 p. 36: sponte seges matura flavesceret" et Ermoldi Nigelli Eleg. v. 11: Aurea rura sibi flavescunt, rosea prata. cod. roseam id est roscida) Naekins omisit comparare et cum Rutilio It. I. 479: ubi flagrantes admovit Sirius ignes, Cum pallent herbae" Ovidioque Fast. I. 688: 'Nec vitio coeli palleat ulla seges" et cum Quintiliano I. 3 p. 34: herbulae, quae inanibus aristis ante messem flavescunt" et Plinio N. H. XV. 29, 36 p. 478: postquam evaluit (plebeja myrtus) flavescente patricia" (Heins. Ovid. Met. X. 194 p. 702 flaccescente incepto non sane probabiliore, quam si quis Statii locum hoc modo: flacceret gratia similem faceret Afranio Divort. X. 65 p. 148: jam flaccet fortitudo" cf. Gloss. Stat. Achill. I. 336 p. 350 Duebn.: invicta virtute) non flaccescente." Arnob. VII. 32 p. 252: omnipotentia numina — mollita flaccescunt. IV. 22 p. 151: flaccescentium voluptatum ardorem." Gloss. Labb. p. 119: μαραίνομαι maceror, marcesco, flaccesco, exaresco" et quod Graecis receptum est μαραίνεται ῥώμη, ἀκμή Rhoer. Porphyr. p. 285. Baehr. Plut. Pyrrh. 15 p. 188). Add. Plin. XVI. 6, 7 p. 6: fagi folium celerrime flavescens. XIX. 8, 47 p. 279: menta — aestate virêt, hieme flavescit" cf. XVIII. 13, 34 p. 170. Ergo pro explorato affirmo pristinum illorum versuum statum fuisse hunc:

> ne sparsa genas lanugo nitentes
> Carperet et purae flaveret gratia formae.

XX.

Nondum ad liquidum perducta est illa de Silv. IV. 8, 6:

> Nec solum festas secreta Neapolis aras
> Ambiat

quaestio. Magnopere enim laborat Marklandus: „Quis mihi dicet, inquit, quare Neapolis hoc loco secreta dicatur? Ego nihil hoc loco possum, nisi Statius scripserit laetata, idem quod laeta facta, ut apud Claudianum Sec. Cons. Stil. 177 de re simili: puerum — laetatus at ille sustulit et hoc sensu passim occurrit haec vox. Sed hoc non admodum placet." Certe cautius et consultius fuit proponi hoc: secura. Quod quidem dico similiter ab eodem Marklando in alio Statii loco properatum esse sic demonstraturus, ut a Claudiano exordiar. In ejus enim locum Laud. Ser. 139:

tu blando poteras sermone mederi,
Alloquiis haerere tuis secreta fideli ***
Prisca puellares reverentia transilit annos

id, quod apud Ovidium invenitur Art. Am. I. 555 et Her. I. 103, hoc modo transferre: Alloquiis haerere tuis cen cura fidelis" quum prompta res sit et in expedito posita maxime per Heinsium R. Pros. I. Praef. 6 p. 538 et Drakenborchium Sil. XI. 326 p. 562 vocum secreta et secura saepius permutatarum testes, aliud tamen suadet consensus librorum mirabiliter ad tuendum fideli conspirans. Succurrit autem hoc:

Alloquiis haerere piis. Sic corde fideli
Prisca puellares reverentia transilit annos

(non omnino dissimile Guillermi Apul. V. 348 loco: promittunt omnes se corde fideli — servire paratos"). Ut Pr. Cons. Stil. II. 31: Corde tuo delubra tenens" (cf. Burm. Ovid. Pont. III. 6, 26 p. 836. Hertzb. Prop. II. 9, 6 p. 125. Gualth. Alex. VI. 107: Illis corde sedet fuga"). Stat. Theb. X. 220: omnibus idem Corde deus (Ermold. Nigell. Eleg. 48: Est cui corde pius noster et almus amor" cf. Sil. XIV. 531, quum in Theb. IV. 490 legatur: Quippe in corde deus"). Imhof. in Ecl. ad Ux. 14 p. 14. Theb. VI. 829: sed corde labores Ante alios erat uncta pale", quem locum gravius corrupit Marklandus Silv. V. 3, 93 p. 383 hoc modo: sed cara labores Ante alios" hic quoque consectatus vocem ad nullius librarii fraudem expositam. Levius est, quod primum se in sic converti (B. Get. 411: se voce regunt. Oxon. sic voce), deinde tuis jussi esse piis: hoc enim „centies a librariis in meus, tuus, suus transmutatum" novit Burmannus Lucan. I. 111 p. 15. V. 310 p. 328 et Ovid. Met. VII. 172 p. 465. Pont. III. 1, 10 p. 810; vocula que quidem: Alloquiisque haerere" non magis hic opus est, quam, ut hoc utar exemplo, apud Virgilium Aen. III. 233: praedam pedibus circumvolat uncis, Polluit ore dapes." At longe alia ratione consulendum est versui R. Pros. I. 191: Heu quoties praesaga mali violavit oborto Rore genas! quoties oculos ad tecta retorsit", qui in Voss. sic scriptus extat: oculos ad creta retorsit." Nam aut fallor aut narratur Ceres oculos pone movisse (Theb. I. 547. Conject. XV. cf. Coripp. Jo. III. 424: Fortuna retorsit Vultus retro suos." Cic. Catil. II. 1, 2: retorquet oculos saepe ad hanc urbem." Ouwens. Noctt. Hag. III. 3 p. 369 sq. Gualth. Alex. I. 271: Sed dulces oculos animumque retorquet ad Argos") sive respectans abisse (Drak. Sil. XII. 729 p. 602). Ut apud Ovidium est Met. III. 68: Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit Vulneraque adspexit." Drak. Sil. IX. 507 p. 481. Stat. Theb. V. 562: colla refusus In tergum. 460: velox in terga revolvitur annus". Vet. Schol.: retro." cf. Ovid. Fast. III. 161: moras solis, quibu in ssua signa rediret. codd. aliquot regna, unus terga. Ac similem maculam de Propertio quodam versu nondum satis expolito

tollendi copia erit Emendd. Prop. IX. 3. Nunc tempus id pertexendi, quod supra incepimus. In quo enim loco tantopere laborat Marklandus, ut his censeat ampliandum: „secreta Neapolis. Ven. secrata. quidnam est monstri, quod sub hac voce latet?", eum locum sartum tectum reliquit Duebnerus: „Secreta, inquit, sola, sine aliis." Ergo, ne quid de interpretatione vocis secreta dicam infra paucis definiendae, haec ei sententia et oratio placuit: Nec solum festas sola Neapolis aras Ambiat"; placuit etiam Imhofio, qui in iis exemplis, quibus „multa a Statio novata esse" demonstrare ingressus est de Silv. Condic. Crit. p. 24, hoc numeravit: „secreta pro sola IV. 8, 6." Adeo hic doctorum hominum aciem fefellit illud vitii genus, quo apud Livium VIII. 22, 6: in insulas Aenarium et Pithecusas" in cod. Leid. Portug. aliis insulas Senariam, inde apud Marcianum Capellam VI. 644 p. 527 (de quo pluribus disseruimus Subsiciv. IV. Philol. 1850 p. 732): a Surrento in octavo milliario Capreae Senaria dicta et Telentea" (scrib. Telonca), apud alios alia ejusdemmodi multa (Subsic. l. d. p. 730 cf. Stat. Silv. V. 3, 209 lucos in otaque id est lucos semotaque. Conject. V. Theb. VIII. 878 viros invitat: viris se immittit, ut supra XIX. evicimus) provenerunt. Quid enim magis et promptum propositumque et integrum et perspicuum, quam hoc:

Nec solum festas exserta Neapolis aras
Ambiat?

Si enim litterarum fides exigitur, haec: ecreta et exerta permutanti non dubie suffragantur exempla et Lucani II. 543 exserti. Barberin. 2 excerti. Martialis VII. 63, 10 asserto — orbe. Helmst. a certo et apud quos erecta, execta, extera similisque suffecta esse infra commemorabimus et Pacati Pan. 35, 1: exsertiorem operam", ubi quod in Guelf. est execratiorem, apte convenit illi Venetae editionis memoriae: secrata (cf. Apul. Met. III. p. 224: proh. Jupiter Hospitalis et Fidei secrata numina. Pal. sacrata. Fort. exserta). Sententia autem quid requirat, non latet: tantum enim abfuit, ut secreta (Heins. Claudian R. Pros. I. Praef. 6 p. 538. Cort. Lucan. VIII. 40 p. 281. Stat. Theb. XII. 291: soporiferas coeli secreta per umbras Juno — ibat." VII. 151: Jupiter — tunc forte polum secretus habebat." Vet. Schol. p. 668: in secretiore poli parte erat") a Statio diceretur celeberrima urbs, ut facilis et expedita juberetur in laetitiae partem venire, ut Theb. IX. 681: notamque tremiscit Silva deam, saevis ubi quondam exserta sagittis Fecundam lasso Nioben consumpserat arcu" (Vet. Schol. p. 1057: expedita, exercitata, strenua" et quos praeteriit Jacobus Quaestt. Epic. p. 152, Schol. Lucan. II. 543 p. 161: exerti i. expediti ad omne nefas — parati ad malum." Isidor. Origg. X. 81 p. 326: Exertus in loquendo expeditus." Gloss. Ambros. Claudian. Mall. 42 p. 245, quam praeteriit Hildebrandus Gloss. Paris. 245 p. 132: exertus probatus." Gloss. Placid. p. 459: exerti autem dicuntur, qui virtutem suam exernut et in promptu

habent"). Neque omitto Silvarum V. 2, 39 Iocum: „quod tempus amicum Fraudibus, exerto quaenam bona tempora bello" allaturus rem ad notitiam maxime pertinentem: quam enim Marklandus Gronovio laudem tribuit his: „nescio cui debeamus pulcerrimam lectionem edit. Gronov. exerto, nisi ipsi Gronovio, de qua tamen non monuit, quod sciam" propagavitque sic Duebnerus p. 285: „exerto tacite Gronovius" — nam Queckius p. XXV. nihil ipse attulit nec hoc quidem memoravit exerto exhiberi a Barthlo l. p. 104 acceptum, ut suspicari licet, a Meursio Arnob. II. 3 p. 48, a quo „verbum extorto mutatum esse" scribit ille Animadv. p. 450 —, ea laus faciendum est ut jam tandem contingat Meursio ac Livineio Pacat. Pan. 35, 1 p. 369, qui „eundem vocem, inquit. restituo et Statio: exerto bello id est aperto marti; inepte editur extorto." Alii loci, in quibus et exertos humeros (Gloss. Ampl.* p. 325: Exerta nuda et aperta." Hildebr. Gloss. Paris. 245 p. 132). lacertos (Sidon. Apollin. XXII. 33), exertiores manus (cf. Gualth. Alex VIII. 312: tortoribus — Exsertis manibus — saevitiae misero genus omne parantibus." IX. 190: sequitur levis ala ruentem Atque exserta manus"), exserta ubera, labra (Seren. Samm 59, 1045 cf. Stat. Silv. II. 1, 138: feros gravis exseris ungues. Natal. Com. de Venat. III. p. 104: exertos dentes — apri") similinque et exertus bellator, exertum agmen (Claudian. VI. Cons. Hon. 299), exertius consurgere, defendere, exertiorem operam navare, exertam vigiliam, exertam veritatem proferre (Salvian. de Gub. Dei V. p. 169, 5), exertam iram (Alcim. Avit. IV. 392. Prosp. Aquit. Sent. V. p. 624. B cf. Guillerm. Apul. IV. 521: insolitumque furorem Exserit"), invenimus, indicati sunt a Rittershusio Salvian. l. d. p. 163 sq. et Coripp. Just. I. 289 p. 343. Savarone Sidon. Apollin. V. 13 p. 39. Davisio Caes. l. d. Broukhusio Prop. II. 21, 44 p. 85. Oudendorpio Frontin. II. 1, 3 p. 146. Burmanno Anth. Lat. II. 155, 6 p. 335 cf. Ouwens. Noctt. Hag. II 17 p. 309. Peerlk. Virg. Aen. V. p. 326. Spaldingio Quintil. XI. 3, 116 p. 421, et Casaubono Spartian. Sev. 3 p. 592. Barthio Claudian. Mall. 42 p. 82 et Stat. Theb. I. 413 p. 145 Heinsioque Claudian. p. 246 et 820 et Idyll. VII. 15 p. 684 et Ruf. II. 400 p. 98 et Val. Flacc. III. 526 p. 296 (quem praeteriit Arntzenius Sedul. I. 311 p. 93 et Eumen. Or. pro inst. schol. 1, 1 p. 176 sq.). Valesio Ammian. Marc. XXVII. 10, 16 p. 264. Wopkensio Pacat. l. d. p. 429 sq. Dederieho Dict. Cret. p. LI.

Juvat autem ei voci a frequentissima librariorum iniquitate vindicandae certe aliquo modo inservire. Primum enim Ovidius Fast. III. 872: „et extentas porrigit usque manus" (codd. Burm. exactas, externas cf. Lucret. et Maximian. ll. infra d.) suo jure recuperare videtur „exsertas manus" (cf. Met. II. 270: Neptunus aquis — brachia — Exserere ausus erat") idemque Art. Am. III. 302: extentos fertque superba pedes", fortasse etiam Propertius II. 3, 6: Ibat et expenso planta morata gradu" (cf. Lucan. X. 123: extenso laxavit stamina velo. Succ. 2. Guelf. 8 expenso. Sen. Herc. Fur. 68,

de quo infra dicetur: expenso, experto, exserto) quaeri potest an praedicaverint exertos pedes, exertum gradum: acumen enim habet commemoratio pedis expediti et quasi stricti ejusdemque — mirum — cunctati (cf. Burm. Val. Flacc. VI. 540 p. 554) gressusque simul exertius prolati avidique et suspensi: qualem incessum magnum superbiae documentum esse vel Petronius arguit 126 p. 772: superbiam captas — quo enim spectant flexae pectine comae — quo incessus tute compositus et ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia, nisi quod formam prostituas, ut vendas?" Quamquam comparatio Senecae l. d.: expenso. Flor. experto et Lucani V. 102 expositum. Thuan. sec. expertum animum eo inclinat, ut expositum potius gradum a Propertio dictum arbitrer, quam exsertum, ut est apud Angilbertum de Carolo M. III. 266: Temperat expositum spatii moderamine gressum" cf. Stat. Silv. I. 2, 34: aperto Ire redire gradu."

Jam in Quintiliani loco XI. 3, 76: oculi rigidi et extenti" dubitari vix licet quin recte suspicatus sit Spaldingius restituendum esse exserti: firmissimum enim quod afferam testimonium habeo Apuleji Met. II. p. 144: exsertis et inconnivis oculis semper in cadaver intentis", unde ad Statii locos Theb. II. 506: Pallentes erecta genas" et V. 95: Sic erecta genas" (Heins. Claudian. p. 962 exesta vel offusa cf. Val. Flacc. IV. 482 p. 375) sic corrigendos: exserta genas" tuto progrediare per ipsum Lactantium II. l. d. quamvis eodem vitio affectum: erectas genas habens" id est exsertas cf. adnot. Eclog. v. 85. Ammian. Marc. XVI. 10, 10: velut collo munito rectam aciem luminum tendens." Bentl. Hor. Carm. I. 3, 18 p. 10. Neque illi Spaldingii consilio non ea res suffragatur, quod et eodem modo variatum scribendo est in eodem capite 116: manus exertiores: extensiores, apud Claudianum R. Pros. III. 377: exerta manus in Voss. pr. extensa, apud Valerium Maximum V. 4, 7 exserto ubere in aliquot libris extento et verbum exerciti e Voss. 1. 3 enotatum saepius in locum verbi exserti suffectum esse comprobarunt Wopkensius Pacat. l. d. et Spaldingius p. 390 et 421 cf. Oud. Lucan. III. 693 p. 252. Arntz. Eumen. l. d. add. Hegesipp. l. infra affer. Unde ne quis labatur ad Silii versum XVI. 253: extentaque tellus Syrtibus" (praetenta Heins. Drak.) audacius in aliam sententiam corrigendum, cautum volo esse exemplis Lucani VIII. 539: Perfida qua tellus Casiis excurrit arenis" et Ovidii Met. XI. 151: clivoque extentus utroque Tmolus." Libet hoc adjicere in ea sententia, in qua Ovidius Sunion expositum (Burm. Fast. IV. 563 p. 276) posuit, a Statio Silv. II. 2, 80 dici exsertam Megalian.

Nec Ermoldum Nigellum quidem praetereo III. 83: „Jam magis atque magis mens improba nutat et armis Insuper extentis bella nefanda negat", ubi et exsertis scribi par est, ut apud Ovidium est Fast. III. 814 ensibus exsertis" Claudianumque Ruf. II. 401 (et Gualtherum Alex. IX. 424: exserto si quis confligere ferro Audeat")

et Sidonium Apollin. VII. 177: strictumque per amplos Exserere gladium populos" Ammianumque Marc. XIV. 2, 16: exsertantes — gladios", et inventis Muratorii movet, Pertzii rogat, parat praeferendum est veget ut iis verbis, quae posita sunt v. 215. 323: Bella cient" et IV. 128: bella movet", aliquanto rarius, ita Ennii exemplo commendabile Ann. 477 p. 70: Vulcanum ventus vegebat." Com. 2 p. 153: aequora salsa veges ingentibus ventis": consectari enim ejusmodi verborum insolentiam Ermoldum documento est etiam versus IV. 43: Diluvii hos rapidis sepelivit denique flustris (Salm. Tertull. Pall. p. 139 sq. Gron. Obss. Eccles. IV. p. 43. Suet. Oudend. p. 1020. Maji Class. Auct. V. p. 492. V. D. Iud. Litt. Gotting. 1834 p. 422 sq.).

Sed praestat vetera repeti. Lucretius igitur I. 230: „Unde mare, ingennei fontes externaque longe Flumina suppeditant" Lachmanno p. 31 videtur scripsisse: extentaque longe, in longitudinem extenta, quae longa dicuntur Ovidio Met. XIV. 339." Equidem non ignoro rem, quam Lachmannus et ii, quibus auctoritas pro argumento solet esse, edisserere supersedit: in duas partes diduci verbum extendendi, ut et hoc legamus apud Silium VI. 142: non ullo Libycis in finibus amue Victus limosas extendere latius undas Et stagnante vado patulos involvere campos" et Avienum D. O. 424: caerulenm Padus evomit antro Flumen et extento patulos premit aequore campos" Ammianumque Marc. XV. 4, 2: Rhenus — extenditur" et Pomponius Mela I. 19: pontum huc atque illuc longe rectoque limite extentum" Priscianusque D. O. 414: tendi longo gurgite Ladonem" scribat atque Avienus D. O. 963: hic late Rhebas extenditur amnis" Wernsdorfio quidem p. 1085 sq. (cf. Oud. Caes. B. C. II. 24, 4 p. 639) videatur prodere „non tam lato Rhebam alveo esse, quam longe venire". quamvis obviam esse hanc mutationem: longe Rhebas extenditur" intelligatur ex Conject. XIII. Scimus haec; nihilo minus sic fert judicium nostrum, ut quod paulo rarioris usus est, verum esse arbitremur: exsertaque longe Flumina." Similiter enim Avienus D. O. 845: Mille dehinc amnea unus (Taurus) vomit, exserit unus Flumina per terras", quod cum versu 212: „quod brevis exitus undas Exserit" comparatum tamen in suspicionem vitii vocavit Schraderus p. 1064. Cf. Apul. Met. VI. p. 406: angusti canalis exserto contecti tramite." Accedunt loci, in quibus tum „fusi fluvii caput vastum exserere" dicuntur (quos locos infra afferemus), tum „pontus in terras insertus" Avien. 104., insertus Anien Stat. Silv. I., 3, 2 memoratur vid. Barth. Theb. XI. 268 p. 1326. Wernsd. Avien. 32 p. 897. Mutatis autem vocibus fidem faciunt Ovidius Fast. III. 872: exsertas — manus", ubi „extensas multi, externas unus" (Burm. p. 227). Hermas Past. III. Sim. 9, 2: externis brachiis dextris. codd. Davis. Caes. B. G. VII. 50, 2 p. 396 exertis. Apulejus Met. II. p. 164 exertam vigiliam. Fux. exteram. Quintilianus XI. 3, 116 exertiores. Ambros. 2. Guelf. Goth. exteriores. Livius VIII.

9, 5 manu exerta. Portug. extra. Quibus ita propositis simul viam patefecimus de Manilio V. 479: Externis tamen actus erit nunc voce poetis, Nunc tacito gestu" longe probabiliora proferendi, quam quae Jacobns p. 185 suasit: His dexter tamen actor erit."

Jam a Seneca Herc. Fur. 68: Robore experto tumet" exsertum potius praedicari robur ut credam, animum inclinat memoria codicis Florentini (Heins. Claudian. p. 820): experto comparata cum reliquorum librorum scriptura expenso cf. Ovid. Fast. III. 814 ensibus exsertis. Petav. sec. experta. Vat. crepta, ut Ovid. Fast. I. 626: Jus — exemptum. Bav. Gotting. ereptum. Petav. exertum cf. Cort. Lucan. VII. 159 p. 165 et 391 p. 201. Drak. Sil. VII. 287 p. 360. Arntz. Arator. I. 170 p. 72. add. Conject. IX. Claudian. Pr. Cons. Stil. I. 165 exsecta — messis. codd. erecta, erepta (ut Idyll. VI. 11 erectior. Exc. Lucens. ereptior), execta. Stat. Silv. I. 1, 23 assertae munere prolis. Rehd. adsectae (quibus exemplis utemur alias in disceptando Martialis loco XII. 57, 17) cf. Ammian. Marc. XXVII 19, 6 exsertus. codd. ex sextus, et sextus. Nec apud Ovidium Fast. I. 626: Jus tamen exemptum restituisse ferunt" (codd. amissum, admissum, ereptum, exceptum [12]), ut Stat. Achill. I. 300 exempta casside. al. excepta. crepta) non hoc auctoritati Petaviani primi: exertum dandum est, ut aut exsertum jus id est manifestum (nisi forte quis audeat interpretari jus loco motum Schneid. Veget. I. 26, 6 p. 34 et Ind. Rer. et Vocab. p 184) restituatur aut assertum.

Proximus his exemplis gradus est ad contestandum cum errorem, quem supra de Statii Theb. II. 506 et V. 95 exemimus. Idem enim peccatum est apud Claudianum Ruf. II. 401 exerto ense in Vatt. Pal. Med. sec. erecto. Mall. 42 exsertus navita in Jun. erectus. Idyll. VII. 15 exserit in Vat. Luc. al. egerit, erigit cf. Pr. Cons. Stil. l. supra d. Quibus locis adjiciam Valerii Flacci versum VI. 88, quem mirari subit a Burmanno p. 500 ad exemplum Claudiani VI. Cons. Hon. 299: Hoc magis exsertum raperem succinctior agmen"

[12]) Ne quis forte Glossam Amplon. p. 326, 86: Excepta sagitta et 329, 65: Exepta sagitta "Statii ei loco, in quo est: exserta sagittis referendam putet aut ad reconciunandas voces hss: ex epta's sagitta" id est exeres, epteres (Inscr. Latt. 3608 p. 131 Orell.: Exere Tritone. Gloss. Amplon. p. 325, 5 exapla sexies. Sin. V. p. 98 not. 21) deducatur memor Ottonis Frising. Gest. Frid. I. 33: triremibus et biremibus, quas modo Galeas seu Sagittas vulgo dicere solent. "Caug. Gloss. III. p. 670): pro certo affirmo nota librariorum levitate litteras c et g commutantium saciata vertisse in sagitta, verba excepta, exepta autem ipsa re nihil differre cum eo, quod p. 329, 60 integrum manet: Exempta satiata". Spectari enim hic versum Virgilii Aen. I. 216: Postquam exempta fames vel Zutichemius codex declarat, in quo invenitur excepta. Quibus sic disputatis convicisse videor mirificum errorem Hildebrandi Gloss. Paris. 241 p. 132 haec commenti: „Amplon. 329, 60 legendum pro exempta satiata exempta soluta".

non exactum esse sic corrigendo: Hos super exsertam Phalces agit aequore pubem Cum fremitu." codd erectam nubem. Carr. lib. aerutam. Neque Gellius VII. 3, 55: commodius autem erectiusque de bis meis verbis — existimabit" aut Ammianus Marc. XV. 5, 11: etiamtum squalens et maestus suamque et populnris Silvani vicem ingemiscens adhibitis Francis, quorum ea tempestate in palatio multitudo florebat, erectius jam loquebatur" erectius videtur scripsisse, sed exsertius (cf. Gell. l. d.: sincerius corrigere", quod optime explicavit Otho p. 483), ut est apud Scholiastam Cic. Planc. p. 156: quanto pater ejus quaedam liberius et exsertius adversus quosdam primores senatus dixisset." Quibus similia supra attulimus. Quid, quod apud eundem Ammianum 7, 2: terribili impetu praefectum incessebat ut timidum; sed ille stabilis et erectus immissis adparitoribus correptos aliquot — multavit" dubitari potest an praefectus exsertus dictus sit, ut ab aliis, quos in hoc capite commemoravimus, exsertus bellator, nauta? Cf. Sen Prov. 3: contumacissimum et rectissimum.

Inde autem, quod apud Statium Silv. V. 2, 39 excrto bello discrepat Rehd. exorto. vulg. extorto et apud Apulejum Met. I. p. 15 exerto cachinno Reg Pith. Fux. exorto. Basil. 1 extorto cf. Nazar. Pan. Constantin. 19, 2 coelestes exercitus tui. Guelf. exortus et Apul. et Gloss. Paris. ll. infra affer.: exarta: exerta", progredi licet ad redarguendum Francii consilium Valerii Flacci IV. 723 versum: „hinc Boreas cedens glacialibus auris Pontus et exorta facilis concrescere bruma" sic corrigendi: inducta — bruma": satius enim fuit memorari exsertam brumam id est aerem, exertius venientem (Ammian. Marc. XXIII. 4, 9: exserto vigore discussum") vel etiam vocum supra contestatarum alterutram sumi: expertam (Stat. Achill. I. 187) vel exceptam (Theb. V. 79. Cic. Rabir. Post. 15); apud Claudianum autem Ruf. II. 170: „dictatur facinus missusque repente, Qui ferat extortas invito principe voces" inertia vocum „extortas invito" temperanda ac corrigenda videtur hac ratione: exsertas invito principe voces" id est implacidas, strictas, ut exserta minari Casaub. Spartian. Sever. 3 p. 592. (Barth. l. supra d. cf. Ermold. Nigell. Eleg. I. 62: tu mox exsere jussa libens"[13]). Nec apud

[13]) Nec recte sensisse videtur Jahnius, qui apud Censorinum D. Natal. 4 p. 13, 1: „nec non in agro Tarquiniensi puer dicitur divinus exaratus nomine Tages" contra codicum Darmst. Vatic. auctoritatem: divinitus exoratus (marg. exortus) Lachmanni sententiae: „divinus" favit (quam sententiam ipse verborum ordo: „puer dicitur divinus" respuit) comprobavitque Guilielmi commentum exaratus. Vix enim dubitari potest, quin qui „cum terra araretur et sulcus altius esset impressus, exstitisse repente" dicitur a Cicerone de Div. II. 23, subito exsiluisse ex glebis terrae" a Scholiasta Lucan. I. 637 p. 99 (ut Claudian. I. Stil. 320. Sen. Oed. 587: „proiluit cohors" cf. Lucan. IV. 551 emicuit), a Censorino narretur: divinitus exsertus" cf. Ovid. Met. X. 504: quaeritque viam (infans), qua se — exsereret.

Ammianum Marc. XXIV. 4, 29: ut improviso inde exorta agminis nostri terga feriret extrema" non hoc videtur praestare: exserta.

Desinam in iis locis, in quibus erupit exercitus, exercitatus, quae ipsa vox pro voce excitus tum aemula illius exsertus (Claud. Mall. l. d. exsertus. edd. excitus. IV. Cons. Hon. 299 exsertum agmen. Vatt. Rott. Med. sec. Petav. pr. excitum. Thuan. exutum) tum ipsa iniquam experta vocem exutus (Claudian. l. d. et B. Get. 36 mediis exuta tenebris. Moret. Med. excita. Liv. IX. 31, 12 castris exutum. Voss. 2. Lov. 3 excitum cf. Stat. Silv. I. 1, 23 adscitae. Gron. codd. assertae) saepius exarata est Drak. Liv. V. 8, 7 p. 68. Oud. Apul. Met. VIII. p. 589. Cort. Lucan. V. 497 p. 643. Burm. Quintil. Decl. CCLXV. p. 500. Jis enim exemplis, quae Casaubonus Spartian. Sever. 3 p. 593. Valesius Ammiau. Marc. ll. dd. p. 235 et XXVII. 10, 16 p. 204 (cf. Ammiau. XVIII. 8, 4: „excitatius clamitantes." fort. exsertius, ut exsertus clamor, cachinnus Stewech. Apul. Met. I. p. 15). Wopkensius Pacat. p. 449. Spaldingius Quintil. XI. 3, 76 p. 390 cf. Oud. Lucan. III. 693 p. 252. Arntz. Eumen. pro inst. schol. p. 176 disceptarunt, habeo quem adjiciam primum Claudianum B. Get. 36: „Per te namque unum mediis exuta tenebris Imperio sua forma redit" (codd., quos supra nominavimus, exuta. Jun. exusta cf. Munck. Hyg. 102 p. 191. Seren. Sammon. 23, 411 exuto Paderb. exusto Pith. Tornaes.), si quidem illud mediis (Pr. Cons. Stil. I. 184: Aegra caput mediis erexit Graecia flammis. Pan. Bereng. IV. 80: Emicuit subito in mediis lux alma tenebris") tantum discrepare videtur cum verbo exuta (recte posito a Venantio Fortunato de Medardi Mirac. p. 714. A: Exutus tenebris, vestitus tegmine lucis" et Ambrosio Ep. ad Valentinian. p. 480 Par. „Exutae humentibus tenebris novum terrae stupuere solem"), quantum congruere aut cum eo, quod placuit Heinsio: excita, aut cum eo, quod proximi versus: claustrisque solutae Tristibus — leges" sententia suggerit: mediis exserta tenebris." Et ab Juniani quidem memoria exusta exspatiari libet ad Lucanum III. 132: Pacis ad exhaustae spolium non cogit egestas" (exaustae Hamb. exhustae Thuan. sec. exustae Voss.) et Stat. Theb. III. 259: exhausti solibus amnes (Heins. Virg. Georg. III. 432 p. 429. Pan. Bereng. I. 75). Put. oxusti.. Par. pr. exacti, inde ad Maximianum Eleg. V. 30: Atque sub exhausto pectore pingue femur", cui nemo vidit hoc reddendum esse: sub exacto pectine (ut Philodem. Anth. Pal. V. 132, 2: ὦ γλουτῶν, ὦ κτενός, ὦ λαγόνων. Juvenal. VI. 369) cf. Lucan. VII. 490: quota pars cladis jaculis ferroque volanti Exacta est." Thuan. tert. Exhausta. Drak. Liv. III. 39, 9. Cort. et Martyni — Lag. Luc. V. 44 p. 568 sq. Burm. Lotich. Carm. I. 11, 13 p. 422 sq. add. Burm. Prop. III. 7, 10 p. 563. Jan. Macrob. Sat. VII. 20, 7 p. 607. Sed redeo ad Claudianum. De sententia enim verborum: mediis exserta tenebris" cum alia comparare commodum est, ut Gualth. Alex. II. 227: Explicitum tenebris —

orbem." Stat. Silv. T. 3, 104: Exsere semirutos subito de pulvere vultus" (cf. Theb. V. 87: antra dei fumantis anhelos Exsernere apices"). Theb. XII. 305: Cynthia — tibi nimbosum languet jubar: exsere, quaeso, Cornua" (cf. Erhard. Petron. 127 p. 783 sq. Avien. Arat. Phaen. 1144: manet Arcitenens, dum spicula coelo Exserat), tum Paneg. ad Pison. 256: „Possumus impositis caput exonerare tenebris Et lucem spectare novam", de quo loco ab Webero multum discrepat nostrum judicium. Recolenti enim simul similitudinem exempli Soph. O. R. 24: ἀνακουφίσαι κάρα βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου cornuaque, quae contulerunt Dorvillius Charit. II. 4 p. 307. Hemsterhusius Lucian. Somn. 13 p. 196. Wyttenbachius Plat. Phaed. p. 302, et diversitatem librorum et verba exornare et exercere variantium (quibus locis in Emendd. Prop. IV. 2 dicemus) et exercere et exsertare (Virg. Aen. III. 425: Ora exsertantem. Hamb. exercentem. Prosp. Aquit. l. infra affer.) non dubium videtur esse quin duarum vocum opus sit restitutione hac: implacidis caput exsertare tenebris", quarum vocum alteram Burmannus Prop. I. 10, 15 p. 110 eruit, alteram probandi et stabiliendi locus erit in disceptatione Aetnae versus 19 Emendd. Prop. VI. 2. Denique non alienum est in comparationem adducere Ovidium Fast. I. 299: illos pariter vitiisque locisque Altius humanis exseruisse caput. Sil. I. 29: magnanimis Romam caput urbibus alte Exserere. Ovid. Met. XIII. 838: nitidum caput exsere ponto. Lucan. V. 598: ab Oceano — caput exseris —, Core" et Sen. Agam. 484: rapidus ora Corus Oceano exserens. Nemesian. Cyn. 213: Phoebus et attonito pallens caput exserit orbe (cf. Gualtb. Alex. II. 306: posterus exserit orbem Luciferum Titan." Petron. 114 p. 684: tunica contectus exseruit ad osculum caput"). Avien. D. O. 1157: Fusus ab Armenia vastum caput exserit antro. Wernsd. v. 1158 p. 859. Stat. IX. 412 (ut Virg. l. d.): Ora exsertantem (IV. 731: Ora catenatas procul exertantia linguas"). Auson. Mos. 470: fonte supremo Exseris auratum taurinae frontis honorem." Ammian. Marc. XIV. 9, 3 aurem per aulaeum." Eumen. pro Schol. 21: Britanniam squalidum caput-fluctibus exserentem." Avien. O. M. 504: Juxta superbum mons sacer caput exserit (D. O. 528: caput inserit astris. Sil. VII. 19: emerito sacrum caput insero coelo. Stat. Theb. III. 550: coelo mentem insertasse). 96: sinus — in quo insulae sese exserunt Oestrymnides". Wernsd. 470 p. 1245 cf. D. O. 702: Thasos — Proserit albenti se vertice."

Venio jam ad Prosperum Aquitanicum Sent. LXI. 10 p. 643. A: „Quod latet, exercet: quod superat, reparat". Qui ab illa sententia exorsus: „miris operum signis ostenditur auctor Rectoremque suum condita quaeque canunt" facere, si quid ego video, non potuit, quin bis absolveret: Quod latet, exsertum est" sive quod ego pervelim, exsertat." Quibus verbis similia sunt cum alia, quae in medium attulit Schofferus Phaedr. I. 6, 2 p. 46, tum Paneg. ad Pis

253: Nutanti protende manum, tu, Piso, latentem Exsere" (ad hanc enim speciem visum est revocare, quod in codice Varsaviensi est tu nati, ut legimus: nutantem adhuc principem Tac. Ann. I. 17. Caecinam Hist. III. 40. nutantem Colchida curis Val. Flacc. VII. 153. Burm. Lotich. Eleg. V. 11, 37 p. 345. 695. Peerlk. Virg. Aen. V. p. 346, quem fugit cum Ovidio Met. X. 375 contendere Gualtherum Alex. II. 46: Darius — Memnonis excessu labefacto pectore nutat." add. 230: chartam dextra nutante legendam Porrigit" cf. Ennod. Vit. Epiphan. p. 236. D: Nutantes domini haec tantum, quae accipiunt, diligunt, firmissimi illa potius, quae dimittunt" cf. p. 215. A: nutabat status periclitantis Italiae". add. nutans respublica Salm. Treb. Poll. 5 p. 261, quem omisit Arntzenius Plin. Pan. 5, 6 p. 30. ratis Lucan. III. 665. Claudian. B. Gild. 220. agmen B. Get. 595).

Denique Hegesippum IV. 29 fol. XLIV. vers.: cognoscit praevalidam manum e diverso affore, strenuam bellis, exercitatam triumphis", in quo loco se in codice invenisse exercitam testatur Gronovius Obss. Eccl. XXI. p. 229 sq. (Stat. Theb. VII. 168: rarisque exercita castris), quis jam est quin concedat exhibuisse haec: manum — exsertam triumphis" expressa ad exemplar Statii: dea saevis exserta sagittis (nolo enim de XI. 437: curvatis erectus fluctibus pontus" idem suspicari atque de Ammiano Marc. XV. 9, 8: Druidae — quaestionibus occultarum rerum altarumque erecti sunt") Claudianique: exsertus lentandis navita remis", quos Heinsius Mall. 42 p. 245 comparavit, non item Jacobus Quaest. Epic. II. 4, 4 p. 151 sq.?

Postremo lux affundenda est Glossae Paris. p. 131, 213: Exarta vacua vel parva." Quae tantum abest, ut ab Hildebrando hoc commento: exansta vacua" probabiliter sit restituta, ut facta locorum similiter corruptorum p. 287, 4: Vacua, parva, exerta" (cf. Apul. Met. IV. p. 406 exserto contecti tramite. Reg. Fux. Oxon. Dorv. Pith. Guelf. exarto). p. 233, 60: Parva, vacua, exausta" in hanc speciem recte reformetur: Exarta, vacua vel pura." Quae enim loca exarta dicantur, docet Cangius Gloss. II. p. 298 sq. (Leg. Burgund. Tit. 13: Si quis — in silva communi exartum fecerit"), quae pura, Burmannus Ovid. Fast. III. 582 p. 203, quem neglexit Rupertius Tac. Ann. II. 16 p. 164, voces parva et pura autem ad commutandum faciles fuisse et bujusmodi locis colligitur, quales sunt Martialis IV. 50, 22 vada pura. Putean. para et Lucani II. 128 parvum. codd. Cort. p. 208 parum, et exemplis compertum est cum aliis, quae in Emendd. Prop. IX. 2 afferentur, tum iis, quae proposuit Burmannus Ovid. l. d. et Lucan. VI. 367 p. 417.

Corrigenda. Addenda.

P. 10, 3. Usus et Ausonio veniebant gaudia cultu.
— 11, 17. p. 884 et Adv. p. 771.
— 13, 30. Add. Ennod. Epist. I. 3. p. 16. B: nec venas suas succo bibuli humoris infundit. 12. p. 26. C: ariditatem meam colloquii fluentis infunde. IV. 7. p. 73. A: marcida profundo squalore terga per ebrietatem undae salutaris infundit. cf. Vit. Epiphan. p. 219. B: repente Nepotis animum disscusionis amor infundit."
— 18, 8. Ammian. Marc. XVI. 12, 11: quo vigore inedia, siti laboreque membris marcentibus occurramus? Ennod. Epist. I. 4. p. 17. C: inediam — marcentibus diu debui tolerare visceribus. 5. p. 18. C: ad redivivam valetudinem tremebunda marcescentium cardinum limina juvenescunt. Cf. Sen. Med. 113: Exente (Hymenaee) solemnem digitis marcentibus ignem.
— — 27. Heins. I. 86. p. 9. et Adv. III. 4. p. 427.
— 26, 8. Stat. Theb. XII. 565 jam cominus. eod. Barth. opt. jamque eminus cf. I. 319 hac aevum. id. eod. hacque aevum.
— — 27. Gualth. Alex. IV. 16: jam cana senectus Funeris assedit loculo cf. X. 34.
— 28, 9. V. 16. Verba labente gradu memoriam afferunt versus V. 3, 35: Nunc etiam labente manu — Ordior acclinis tumulo", quem a Marklandi (Quoekiique) injuria et auctoritas Rehdigerani libri defendit et similitudo exempli Sen. Med. 347: Palluit audax Tiphys et omnes Labente manu misit habenas", quod fugit Schraderum Animadv. ad Mus. XIII. p. 252.
— 29, 1. Venant. Fortunat. p. 704. A: Coeperit ut tegere ardentes cutis uda favillas.
— 35, 37. Sen. Hipp. 620: Tu, qui juventae flore primaevo viges. Gualth. Alex. V. 501.

P. 36, 27. V. 22. Similiter Statius Theb. XI. 606: Vincis me miserum, vincis, natura, parentem". Cf. Silv. II. 1, 34. Barth. Theb. XI. 466. p. 1368.

— 44, 34. Cerda — et Dempsterus Claudian. R. Pros. III. 376. p. 633. Apul. Met. VII. p. 498. fleta et lacrimosa.

— 46, 8. Vocabula pollice et pectine permutata notavit Carpzovius Dracont. Hexaem. 207 p. 58.

— 47, 21. Quem ipsum versum cum aliis a scriptore Iliadis Homericae mutuatum esse omnes incompertum habent auctorem Panegyrici Bereng. I. 65: Dantque choros molles et tympana dextera pulsat (v. 886) Atque lyra graciles extenso pollice chordas Percurrit septemque modos modulatur avenis (Illa lyra v. 887). Rura colunt alii, sulcant gravia arva juvenci (v. 890), Tondent prata greges pendentque in rupe capellae (v. 893).

— 49, 35. dives Vertumnus.

— 50, 36. quamquam ei ipsi incerta chelys satis placuit Adv. p. 771.

— 51, 7. Petron. 132. p. 815. incepto sermone. al. inerto.

— 64, 30. Ovid. Met. VIII. 659: Interea quoties haustum cratera repleri Sponte sua-vident. codd. aliquot toties.

— 70, 23. Theb. V. 710: tanto solatus funera voto Pensavit lacrimas. Frising. munere voti. Monac. munere vota.

— 71, 25. Quod in codice Abbonis, idem cus extat in codice G. Macrobii Sat. I. 5, 10 et Gloss. Paris. 200 p. 130: Eus vox inclamantis est. Cf. Stat. Theb. V. 133: deus has deus. Ms. Lindenbr. heus.

— 73, 10. Lachm. Lucret. II. 27. p. 76.

— — 29. Aen. XII. 837. Ovid. Met. XII. 291. uno ore.

— 74, 14. versantes cf. Ammian. Marc. XXII. 16, 2 magnorum. Epist. Crit. 18 p. 23 jam ignorant), litteras cu antem sa.

— 77, 16. Et Barthius quidem ad Statii verba: „haec illa venit post verbera merces" haec adscripsit: Magis heroicum et virile est in rem praesentem quod noster codex praefert vulnera. Ita Papinius ipse I. 474: hanc perhibent post vulnera junctis Esse fidem". Nec vero despero fore, ut nonnulli in hoc etiam eclogae versu praeferant vocem insolentiorem: verbere in ea sententia dictam, in qua ab aliis vox ictus poni solita est. Quintilian. VI. Praef. p. 492: simili ictu ferirer" id est verbere fortunae, quod apud Gellium legitur.

— 80, 34. cf. Theb. II. 354: oscula moestis Tempestiva genis posuit.

P. 83, 17. Quintilian. Decl. Trib. Marian. 7 p. 80: Abjurandus est, inquit, non esse sanguis tuus". Ennod. Vit. Anton. Praef. p. 238. B: abjurat praedicationis dulcedinem perfuncta mens saeculo. Epist. II. 15 p. 46: abjurans Italiae communionem. 17 p. 47. D linguae cultum. IV. 13 p. 77. A: stili curam. V. 3 p. 88. A: ne potioris dignatio ad poenitentiam redeat de abjuratione fastidii. VI. 13 p. 106. B: abjurantem me de praefati negotio ultra vilescere bajulus impulit. 32 p. 112. A: abjurata est caritatis religio. VIII. 11 p. 137. A: vitia carnis abjurans. Opusc. VIII. p. 257. A: sanctorum poenae, dum corona quaeritur, abjurantur.

— 85, 8. apud Lucretium III. 72 gaudent in tristi funere patris. Aetn. v. 19, de quo dicetur Emendd. Prop. VI. 2.

— 98, 33. omnium et hominum (Buenem. Lactant. V. 6, 1 p. 597, hominum —.

— 100, 7. Statius Theb. IV. 144: magnumque objectus detinet amnem". Vet. Schol. p. 944: ut objecto corpore spatiosum amnem sustinere possit".

— 101, 29. Eutrop. II. 13 ulcera. Thuan. vulnera. Flor. Bon. viscera.

— 112, 29. Carmina et stamina in pluribus poetarum locis confundi et permutari" docent Burmannus Anth. Lat. IV. 353, 13 p. 267 et Wernsdorfius Maximian. Eleg. III. 11 p. 332.

— 117, 1. V. 72. His verbis similia leguntur Theb. IX. 376: Hoc tibi semidei munus tribuere parentes?

— 119, 24. Achill. II. 71, ubi — ego primum memor Silii III. 160: Quae dum perlustrat crebroque obit omnia visu" cf. Virg. Aen. X. 447, deinde Theb. II. 589: partes pariter divisus in omnes Hos obit atque illos (Frising. abit. superscr. init cf. Ovid. Her. XVIII. 9 obeunda, al. adeunda. abeunda. Lact. Inst. III. 21, 4 lupanar obeant. al. habeant), tum Valerii Flacci III. 178: frigidus orbes Purpureos jam somnus obit cf. Cort. Lucan. VII. 565 p. 226. Heins. Ovid. Her. l. d. p. 262 suspicatus aliquando sum scriptum fuisse: penates, Ceu miretur, obit.

— 123, 2. Auson. Grat. Act. p. 729: Celebre fuit Titi Caesaris dictum: Perdidisse se diem, quo nihil boni fecerat". Ennod. — p. 226. A.

— — 37. Gualth. Alex. II. 536 Cyrum delicias orbis. Tac. A. II. 41.

— 132, 16. A quo Claudiani loco Krahnerus noster Philol. XXVII. 1 p. 68. 87 proficere videtur potuisse ad Propertii locum IV. 1, 9: Qua gradibus domus ista Remi se sustulit, olim Unus erat fratrum maxima regna focus" sic

(geni: gremi, remi) constituendum: Quot (quod Neap.) gradibus domus illa Geni se sustulit olim —" cf. Barth. Stat. Silv. I. 1 p. 12.

P. 137, 5. Ochsnerus.

— 138, 19. Eumen. Grat. Act. 1, 3: porrectaque hac invicta dextra sublevasti.

— 142, 25. dudum — cf. Ammian. Marc. XXII. 16, 2 magnorum. Epist. Crit. ad Bergk. p. 23 jam ignorant. — Stat. — Virg. Aen. XII 582: Bis jam Italos hostes. Ofil. — Cf. Virg. Aen. X. 19: quod jam implorare queamus. Rottend. tert. quod implorare. adnot. Ecl. 46 p. 74. Quare videtur tutius Paldamo fuisse Horatio Carm. III. 5, 17 hoc reddere: Si non periret jam inmiserabilis Captiva pubes", quam istud: vae miserabilis.

— 144, 34. quid, quod iis verbis.

— 145, 2. cf. Cort. Lucan. VI. 527 p. 90.

— 158, 29. Simili errore Latiae et Latias confusa esse infra XIV. p. 216 indicabimus.

— 162, 37. cum omnes tum Peerlkampius Virg. Aen. IV. p. 270.

— 166, 4. Liv. XXXII. 11, 1: a Charopo principe Epirotarum missus (Caropo Lovell. Gaertn.). — Scribendum est Charopem. Quamquam non ignoro in codicibus Aurelii Vict. V. Ill. 51, 1 inveniri „Charopae principis" cf. Arntz. p. 214.

173, 18. Theb. IV. 190: injecerat arma Atropos obrueratque deum. Vet. Schol. p. 967: Apollinem, divinum spiritum, scientiam videndi fata". Add. v. 356: Bellator nulli caluit deus" cf. 564: genetrix Cadmeia — Jam dimissa deo. 405: Baccho jam demigrante quievit.

— 177, 16. Handio — Emendd. Arnob. (Anal. Prop. XI) p. 72.

— 184, 14. Add. Sen. Tro. 85: per colla fluant Moesta capilli.

— 186, 31. umor Put. — et Darmst. Censorin. 4 p. 11, 10.

— 194, 39. et Met. XIII. 682: at Aouiis — oris. codd. aliquot Haemoniis cf. Lucan. VI. 436 Haemonidum. Ois. Eumenidum.

— 204, 38. Sequitur hos Wannowskyus de promiscuo verb. act. et neutr. usu p. 13. Progr. Posn. 1867: „flagrabat incendebat eam, ut similem filium ex Aenea gignere cuperet, aut, quod in lexicis desideratur, est id, quod ostendere cf. Naz. Pan. Constantin. 14: flagrabant verendum nescio quid umbone corusci id est emicabat in iis majestas" ille quidem Nazarii loco mire abusus.

— 216, 44. Unde intelligitur apud Ammianum Marcellinum XV. 10, 5: „eversi graves" probabiliter a nobis Epist. Crit. ad Bergk. p. 4 conjectatum esse cranes i. e.

traites, tramites (cf. adn. Eclog. 86 p. 147 Noas: Nomas. Conject. XVII. p. 241 Ebos: Embros).

P. 217, 35. Meinek. — Nihil ad cognoscendam judicandamque causam contulit Haeckermannus Comm. in Juvenal. Sat. p. 32 Progr. Gryphisw. 1867: „Caeruleus XV. 7 simpliciter ita pro marinus dici posse, ut opponatur adjectivo fluvialis, vix arbitror. Vocatur quidem Neptunus apud Ovidium Met. I. 275 caeruleus frater, vocantur ibidem II. 8. Fast. III. 874 caerulei dii, quin etiam Fast. II. 112 caerula puppis, sed additur fluviis id epitheton Tib. I. 7, 14 Cydnus caeruleus. III. 4, 18 caeruleus amnis, pariter atque mari Sen. Hipp. 1160".

— 219, 28. Utroque Statii loco allato (IV. 690: viridisque comis exhorruit humor — Et cava ferventi durescunt flumina limo. XII. 167: Horruerant lacrimae) probasse sibi Klussmanuus visus est Philol. XXVI. 4 p. 625 „apud Arnobium I. 3: cum etiam flumina cognoverimus ingentia liminis (limnis) inhorruissē siccatis recte emendatum esse a doctis hominibus limis". Immerito: namque ut Orellii sententiam Arnob. l. d. p. 284: „indurnisse solummodo dicitur de fluminibus frigore congelatis" perspicuum est illo Statii loco confutari, ita haec: flumina limis (limo) inhorrescunt siccatis" paria et similia esse illis: ferventi durescunt flumina limo" nemo facile concedet. Quare in eam partem quaerendum esse ratus, in quam Meursii inventum lymphis (cf. Anal. Prop. X. p. 66) spectat, hanc concepi suspicionem: quum eo errore, quo alius pro avus scriptum esse docui adnot. Eclog. 24 p. 37, coeptum esset consignari li, id, quod verum erat, adscriptum fuisse: u, inde conflatum (liuinis) extitisse limnis pro ninis id est venis, ut apud Martialem IV. 66, 12: saucia vena in Vossiano B invenitur vina et apud Ovidium Met. XIV. 792 venas in Moretano rimas idemque in Symposii Aenigm. 70, 2 in Lugdunensi cf. Martial. X. 30, 10. VI. 49, 2 vena. Put. venena. Venis enim locum dari aptissime declarat Seneca Nat. Qu. III. 15: vena modo exsiccatur aliquo impedimento, modo coit velut in cicatricem. Ovidius Pont. IV. 2, 17: ut limus venas excoecat in undis. codd. al. cum venas siccat. Met. XIV. 788. Claudian. Ruf. I. 303 (Heins. p. 755): venisque perustis Corruptos Stygiam pestem desudet in amnes". Lucan. IV. 302. X. 264. IX. 500. Rutil. It. I. 103

Pallad. IX. 8, 2. Lact. Instit. VII. 12, 23: rivi deficiente vena fontis arescunt.

P. 222, 52. Quae litterae memoriam subjiciunt Lysiae c. Philon. p. 879: φῇ δὲ καὶ ταῦτα καὶ αὐτὸς γενόμενος, quem locum rectius Sauppio: φημὶ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς παραγενόμενος et Kaysero: φήσει δὲ ταῦτα αὐτὸς ἐλεγχόμενος videor exiguo conatu reconcinnare: φημὶ δὲ καὶ ταῦτα ἐκεῖ αὐτὸς γενόμενος, ut ἐκεῖ referatur verbis τοῖς τὸν Πειραιᾶ καταλαβοῦσιν.

— 228, 10. Namque monstrare iter dici potest luna, quae effulserat i. e. fulgere coeperat, non item, quae fulserat id est fulgere desierat. Catull. 8, 3. 8: Fulsere quondam candidi tibi soles". Omitto enim eos, qui dixerunt: nubes fulgescere flammis, Solis radiatione.

— 234, 11. Jac. Del. Epigr. VIII. 39, 6 p. 275.

— 244, 40. Heins. Pont. I. 8, 55 p. 734.

— 245, 23 Apud. Ammianum Marc. XV. 10, 5: montanis defluentibus rivis eversi" in Epist. Crit. ad Bergk. p. 5 malui ruinis restituere, quam quod in eadem fere sententia positum et nobis succurrerat et Bergkio placuit jam hujus correctionis auctori: si nivibus operti latuerint vel montanis defluentibus pruinis eversi sint, cautes [calles?] — pervaduntur". Qui idem XVII. 7, 6 verum credit esse hoc: servabant intactos", (quod promptum ac propositum — signo est locus Ovidii in Epist. Crit. p. 25 positus: reserata. Berol. servata — ipse spreveram ut nulli librariorum injuriae obnoxium), XIX. 6, 8 autem hoc: audito licet pedetentim euntium sonitu", denique XXII. 16, 2 verba: apud hecatompylos enim Thebas nemo magnorum" a nobis Epist. Crit. p. 23 sic correcta: caput hecatompylos olim Thebas jam ignorant" (cf. Barth. Stat. Theb. IV. 108 p. 929: „Caput: in optimo libro capud, ut alibi semper") scribit sibi videri ad hunc potius statum revocanda: „et Abydum: hecatompylos enim Thebas vix magi norunt". Denique idem allato Julii Victoris p. 390 Halm. loco hoc: quidam mortuum ostendit, petit judicivam, contra dicitur" docuit Senecae Controv. IX. 26, 1 reddendum esse: gravis judicina est"; ipse post editum Prop. Emendd. Specimen p. 23 sq. aliquid de restituenda voce juridicina suspicatus eram memor et Jureti Symmach. V. 73 p. 140 Oudendorpiique Apul. Met. VI. p. 395 et Livii XXXI. 39, 6 Erigonum. Harl. Egonum.

— 256 extr. Sed quia alia ejusdem levitatis exempla notavimus Philol. XIX. p. 152 sq., licet perstringere ea, quae idem

doctus suo more ac modo argumentatus est p. 263 de Consentio de Barb. et Metapl. 9. 31. „Consentius 9 ait siquis audeat admissa dihaeresi sic cludere versum: dixisse Phoebum utique barbarismum esse, quia auctoritate deficiat. Jam-apparet non potuisse ab eo tribui 31 Lucano gravissimo poetae quod alias dicat barbarum et exemplo vacuum". Egregia vero haec ejus perspicacitas, qui quod nomen Consentius reprehendit a Lucano nullo auctore positum — positum autem in eo Heliacon (Heliadas perperam vocat Muellerus) loco, quo opinio quorundam Phoebi nomen a φάος (Etym. M. p. 796, 5) et ἥβη (Isidor. VIII. 11, 54 p. 276 temere omiss. a Pottio Philol. 1862 Suppl. II. 3 p. 302) factum esse dictitantium attingenda eo fere instituto fuerat, quod Ovidium in Fastis secutum videmus —, id nomen a Lucano positum fuisse negat. Ergo, ut de plurimis, quae in Cinnae commentariis proferentur, exemplis unum excerpam, credent jam omnes apud Cinnam non lectum fuisse tabis: sic enim est apud Charisium I. p. 73, 118: „Cinna in Smyrna hujus tabis dixit nullo auctore". Nec vero doctissimus juvenis non perceptum habet, quid scripserit Lucanus. Probe qui cognorit, inquit, Lucanum, is minime dubitabit posuisse Consentium pro dihaeresis exemplo Lucani illud II. 51: Aquilone Suebos. Scilicet ubi corruptelam traxit Suebos eandem, qua in Horatii versu traditumst foetos pro eo quod est suetos, homo male recordatus prius positum illud: dixisse Phoebum parvum errorem ingenti intendit peccato". Nimirum homo omnium et rerum et scriptorum gnarissimus hoc vult atque obtinet fuisse olim grammaticos, qui ignorarent nomen a Lucano, Silio (V. 134), Seneca, Claudiano, Ausonio, Sidonio Apoll. (V. 480. Heins. Add. in Claudian. Pr. Cons. Stil. I. 190 p. 1019, quem sua auctoritate obruit Muellerus p. 263) frequentatum, usurparent (memores, credo, Lucretiani exempli coepit, quod praeteriit Muellerus) amarentque vocabulum insolenter ac plane novo exemplo fictum Pho-ebos. Idemque vel tacito arbitrio hoc obtinet non quaeri debere, an duo exemplorum paria protulerit Consentius — videntur enim sibi respondere hinc Horatii verba: feraeque su-etae et Virgilii: adsuescent (cf. Lucret. II. 903. Anthol. Lat. 1597, 10 p. 202. su-emus Lucret. I. 60. VI. 954. su-erunt Cic. Arat. fr. XXVI. p. 8. su-escit Bed. Conflict. Ver. et Hiem. 15), inde exempla plane singularia Lucani Pho-ebos vel Pha-ebos

et ejusdem Virgilii seripedem (Heins. Aen. VI. 804 p. 128), sed tribus earundem litterarum exemplis: suetae, Snevos, adsuesceut additum temere aut in supervacuum esse aeripedem illud „unici stuporis" (Muell. p. 265) documentum. Denique idem vult ac jubet nihil omnino inter se differre litteras Aquilone Snevos et dixisse Phoebos, eodem autem errore, quo foetae pro suetae, pro Suebos provenisse primam Fuebos, inde Phoebos. Sed quoniam vel bis allatis satis apparuit, quid sit in quaestione perdifficili atque implicatissima μέγα τι νεανιεύεσθαι, desinam (cf. Conject. p. 242) in Statli versu Silv. V. 3, 183, de quo haec Muellerus p. 275 scripsit: „iuepti sunt ei, qui Statio hodieque adscribant non unam quidem eb causam falsum: Phrygil lanea est pro eo, quod est verum: Lanea cui Phrygii est". Queckium is carpit scilicet ad eum errorem revolutum, quem cum omnes tum Marklandus Duebnerusque exagitaverant, carpit autem et post Imhofium Condit. Crit. p. 44 et nulla habita ratione codicis Rehd. et editionis Parm., in quibus extat: Cur Phrygii lateat coma flaminis.

P. 259, 47. Insolentiore vocabulo usi sunt Suetonius fragm. p. 1020 Oud. et Isidorus XIII. 21, 2 p. 428: Torrens fluvius, qui a pluvia crescit, siccitate torrescit id est arescit (Fest. p. 270: siccitatibus exarescit) cf. Liv. IV. 30, 8 (Cellar. Sedul. Hymn. II. 65 p. 263): defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivosque". Calpurn. Ecl. V. 87: rimosa palus et multo torrida limo Aestuat". Nec minus memorabile, quod in aliam partem spectat, exemplum Prisciani Laud. Anast. 115: Flumina torrebant fluviis mutata cruoris," quod ab injuria Boissonadii scribendum esse currebant arbitrati defensum Theb. Parad. II. 5 p. 171 nunc confirmare licet Glossa Labb. p. 152: „πλημμυρεῖ iuundat, torret, exuberat". Quam afferri oportuit a Peerlkampio Bibl. Crit. V. P. I. p. 102, qui Prisciani verba ducta ait esse e Claudian. III. Cons. Hon. 100 (cf. Hand. Stat. Silv. I. 2, 97 p. 236): turbaque cadentum Starct, ni rapidus juvisset flumina sanguis".

I.

Index scriptorum.

II.
Index rerum grammaticarum ac verborum.

Eclogam descripsit Novae Strelitiae Henricus Hellwig,
Conjectanea Berolini Eduardus Weinberg.

Typis expressit Berolini Eduardus W[illegible]